CODEX DIPLOMATICUS
ET EPISTOLARIUS
REGNI BOHEMIAE

EDIDIT

GUSTAVUS FRIEDRICH

TOMI III

FASCICULUS PRIMUS

INDE AB A. MCCXXXI. USQUE AD A. MCCXXXVIII

PRAGAE MDCCCCXLII

SUMPTIBUS TERRAE BOHEMIAE

TYPIS DR. ED. GREGRI ET FILII

PLAGULAE 1—30 APUD ALOISIUM WIESNER IMPRESSAE SUNT.

EMITTENTI mihi in lucem voluminis tertii adhuc imperfecti fasciculum primum pauca de CODICIS huius fatis difficultatibusque videntur esse praefanda.

Permulta sane in hoc opere concinnando contra meam voluntatem acciderunt neque fortunam coeptis meis blanditam esse affirmare possum. Anno 1915 bello, quo tum totus fere orbis terrarum primum exarsit, omnia iam flagraverant, cum instante atque impellente viro, qui tunc Archivo terrae Bohemiae praefuit, invitus et frustra resistens coactus sum, ut editionem voluminis tertii praecipitarem atque primas eius plagulas prelo subicerem, quamquam nonnullae chartarum turmae iis temporibus nondum adeo examinari poterant, ut res critica ad umbilicum adduceretur. Nonnullis autem mensibus elapsis, quibus impetrare non potui, ut ad eas chartas autographas, quas denuo esse examinandas necessarium duxi, aditus mihi pateret, aliis iisque gravissimis de causis in libro typis excudendo continuari non potuit. Itaque factum est, ut demum bello anno 1918 finito, operae typographicae anno 1920 ad rem intermissam reverterentur. Sed etiam tunc opus propter recentem typorum penuriam nisi lentissime non procedebat, quia typographeum maxima plumbi copia antea ad usus belli collata novos eiusdem formae typos comparare non poterat. Huc accessit, quod etiam editor rebus mutatis ad alia, quae moram non patiebantur ipsaque temporis erant longissimi, saepissime revocatus opus huius CODICIS edendi intermittere cogebatur. Cum denique nuperrime typographeum quondam florentissimum re familiari comminutum interiisset atque etiam papyri ad hunc CODICEM olim specialiter confectae copia exhausta esset, ab opere promovendo ad incertum tempus recedendum erat. Ne autem eae partes, quae iam prelum reliquerant, in receptaculi tenebris inutiliter laterent, ii quorum intererat decreverunt, ut hic saltem voluminis tertii fasciculus primus iuris publici fieret.

CODICIS volumen tertium, sicut propositum erat, chartas et epistulas temporibus Venceslai I. regis, h. e. a mense Decembri anni 1230 usque ad exeuntem mensem Septembrem a. 1253, conscriptas, quae ad res gestas regni Bohemiae pertinent, amplectetur omnes. Quarum chartarum maxima ex parte saltem excerpta adhuc sive in Regestis Bohemiae, quae Karel Jaromír ERBEN *edidit, sive in supplementis, quae Josef* EMLER *materiam eiusdem operis porro tractans collegit, viris doctis praesto fuerunt. Quamquam multarum ex iis textus variis in collectionibus sparsim invenitur, tamen affirmare audeo earum textus integros ex autographis vel e codicibus antiquis haustos demum hac in editione mea praeberi. Materiam a decessoribus collectam denuoque collatam nonnullis chartis postea demum repertis augere quidem mihi contigit, pluris autem facio, quod in hoc CODICE singularum chartarum fides ratione critica examinata atque aestimata est.*

Iis ex chartis, quae ad annos supra commemoratos in Regestis collectae partimque exscriptae sunt, hoc in CODICE non inveniuntur omnes. Etenim expulsae sunt praesertim omnes chartae falsae, quas demum ab infausto editore Codicis diplomatici Moraviae (unde a Regestorum editore repetitae sunt) fictas esse non sine magno labore iam multis annis ante cognovi. Itaque hoc in volumine chartarum materia collecta tandem viris doctis praebetur ab iis sordibus purgata et emundata, quae antiquae Bohemiae fatis, condicionibus, rebus gestis rite perspiciendis non parum saepe offuerunt.

Praeterea ex huius CODICIS serie etiam eas chartas eieci, quae nota temporis et textu Venceslao I. regnante ortas quidem se esse simulant, re vera autem centum vel pluri-

bus annis post falsae pro veris subrepserunt. Chartae id genus spuriae seorsim demum in totius voluminis parte extrema typis exprimentur.

Cum fasciculus, qui nunc demum in lucem emittitur, iam plus quam ante V lustra typis exscribi coeptus esset, factum est, ut ad nonnullas chartas notabilia quaedam cognita et iudicia ab aliis viris doctis prolata interim prodierint neque in annotationibus meis singularum chartarum textum praecedentibus commemorata sint. Qua de causa in nonnullis annotationibus praeter alia opus H. Zatschekii, quod Beiträge zur Diplomatik der mährischen Immunitätsurkunden inscribitur, locis suis laudari non potuisse dolendum est. Supplementa id genus nonnulla sub fine totius voluminis huius CODICIS collocare in animo habeo.

Etiam tertii voluminis textum praeparantem me plurimi administri et officiales archivorum et bibliothecarum, in quibus autographa et alia manu scripta conquirebam, valde adiuverunt. Praeterea complurium amicissimorum virorum doctorum, quorum consilium in singulis quaestionibus enucleandis adii, auxilio non sum destitutus. Quorum nomina ad praefationem definitivam differens, quam volumini perfecto adiuncturus sum, interim omnibus etiam hoc loco gratias ago maximas. Praeterire autem non possum, quin singulariter iam hic commemorem, quanta animi promptissimi voluntate me collega meus Dr. Bohumil Ryba in spinosioribus annotationum mearum locis latine reddendis iterum ac saepius devinxerit.

Dabam Pragae mense Junio a. 1942. *G. F.*

1.

Königin Kunigunde von Böhmen stimmt dem Tausch des Dorfes Hodina zwischen Ottokar I. und dessen Sohn Wenzel einerseits und dem Abt des Klosters in Plaß andererseits zu und bestätigt die Urkunde darüber.

. . . .

2.

König Wenzel I. von Böhmen vergibt von neuem dem Kloster in Ossegg die Erträge der 9. Woche von dem Zoll in Kopitz, der von König Otakar I. geschenkt ist.

Prag, 1231 Jan. 4.

3.

Papst Gregor IX. ermahnt Erzbischof Eberhard II. von Salzburg und den Bischof Siegfrid von Regensburg, kaiserlichen Hofkanzler, daß sie von den geistlichen und weltlichen Fürsten, deren Namen er ihnen übersendet und unter denen auch König von Böhmen genannt wird, sich Sicherheit im Namen des Kaisers Friedrich geben lassen gemäß dem Wortlaut des Friedens, der zwischen der Kirche und dem Kaiser bei San Germano wiederhergestellt ist.

Im Lateran, 1231 Jan. 16.

4.

Papst Gregor IX. bestätigt die freundschaftliche Beilegung des Streites, der zwischen dem Abt und Convent des Klosters in Klosterbruck und zwischen Adam, dem Priester der Michaeliskirche in Znaim, über das Pfarrecht der Nicolaikirche, die zu jenem Kloster gehört, über die Bestattungen, über die Zehnten und über andere Dinge bestand.

Im Lateran, 1231 Jan. 18.

5.

Christian, der erste Bischof von Preußen, schenkt den Brüdern des St. Marienhospitals der Deutschen in Jerusalem die Rechte und Erträge im Gebiet von Kulm, die er vom Bischof in Schröttersburg (Plock) empfangen hat.

1231 (vor März 21.).

6.

Papst Gregor IX. nimmt Königin Konstanze von Böhmen mit allen Gütern und insbesondere denen, die ihr als Mitgift gehören, in seinen Schutz.

Im Lateran, 1231 April 10.

7.

Papst Gregor IX. überläßt dem Abt Vitoslavus von St. Marien, dem Propst Peter und dem Kanonikus der Breslauer Kirche mag. Thomas den Streit zwischen Kloster Breunau und Bischof Johann II. von Prag über zurückgehaltene Zehnten des Klosters zur Entscheidung.

Im Lateran, 1231 Mai 11.

8.

Papst Gregor IX. nimmt die Äbtissin und die Schwestern des Klosters St. Franziskus in Doubrawnik in seinen Schutz und bestätigt ihre Besitzungen und anderen Güter.

Reate, 1231 Juni 18.

9.

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster in Breunau in seinen Schutz, er bestätigt ihm die Besitzungen, Freiheiten und die Immunitäten, besonders die von staatlichen Steuern, die von Herzog Boleslaus gewährt sind.

Reate, 1231 Juni 20.

10.

Papst Gregor IX. überläßt es dem Archidiakon Johannes, dem Dekan Viktor und dem Kanonikus und Magister Thomas in Breslau, den Prozeß zu entscheiden, der zwischen Abt Dluhomil von Breunau und dem Prager Bischof Johann II. um eine Summe nicht bezahltes Geld schwebt, für die des Bischofs Vorgänger Andreas von dem genannten Abt ein gewisses Dorf im Namen der Prager Kirche gekauft hatte.

Reate, 1231 Mai 26.

11.

König Friedrich II. bestätigt, nachdem König Ottokar gestorben ist, das Königreich Böhmen mit allen Ehrenrechten, Rechten und allem Zubehör dessen Sohn Wenzel als Besitz.

Melfi, 1231 im Monat Juli.

12.

Bischof Gebhardus von Passau kauft den Teil des Lehns, der zwischen dem Mühlfluß und der Donau liegt und den der böhmische Edle Witigo von ihm und der Kirche Böhmen zum Lehn hat, für 300 Mark Silber nach Passauer Gewicht, die an bestimmten Tagen zu zahlen sind, zurück.

Velden, 1231 Dez. 17.

13.

Abt Dietrich von Ossegg verkauft die Dörfer Swina und Wranowa dem Kloster in Kladrau für 140 Mark.

1231.

14.

Bischof Robert von Olmütz gesteht der Kirche St. Jakob im Flecken Brünn, deren Patronat dem Kloster in Oslawan zukommt, das Pfarrecht zu und setzt in der Kapelle St. Nicolai, die im Bezirk jener Kirche liegt, einen italienischen Priester ein.

Mödritz, 1231.

15.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt dem Kloster in Welehrad das Privileg, das ihm König Ottokar I. am 27. XI. 1228 zugestanden hat, und wiederholt alle Worte desselben.

Welehrad, 1232 Jan. 18.

16.

Papst Gregor IX. schreibt den Vorstehern und Brüdern des Ordens der Praedikanten in dem Königreich Böhmen, daß er aus dem Bericht der Bischöfe und Kapitel von Massovien, Schröttersburg und Breslau erfahren habe, wie die preußischen Heiden gegen die Christen toben. Er ordnet an, daß sie die Pflicht der Kreuzzugspredigt auf sich nehmen und die Gelübde der armen und schwachen Kreuzfahrer im Reiche Böhmen zu einer Fahrt nach Jerusalem umändern in solche zu einem Zug zur Unterstützung der Brüder des deutschen Hospitals gegen die Preußen. Denen, die die Waffen zu einer so gerechten Sache ergreifen, verspricht er Ablaß.

Reate, 1232 Jan. 23.

17.

Bischof Gebhard von Passau überträgt ein Lehn, das von Siboto von St. Ulrich heimgefallen war, für 200 Mark Silber zu Lehnrecht dem Engelschalk, Bürger von Passau, und dessen Sohn Christian, da er einen Teil des Lehens des edlen Witigo, der sich zwischen dem Unterlauf des Flusses Rüschemvhel und der Donau erstreckt und den Witigo von ihm und der Kirche zu Lehn besaß, für 300 Mark Silber zurückkaufen will.

Passau, 1232 Febr. 2.

18.

Papst Gregor IX. überträgt dem Bischof Laurentius, dem Dekan und Kantor in Breslau den Rechtsstreit zwischen dem Praezeptor W. und den Brüdern des Heiligen Grabes von Zderas an einem Teil und den Äbten von Plaß und von Ossegg des Zisterzienser-Ordens und dem Kanoniker Johann von Prag am anderen Teil um den Zehnt Besitzungen und andere Dinge, den sie schon vor dem Abt von Strahow geführt haben, zur Entscheidung.

Reate, 1232 Febr. 21.

19.

Papst Gregor IX. befiehlt den Pröpsten von Bautzen und von St. Afra und dem Dekan von Meißen, daß sie für Zahlung der Pension von jährlich 100 Mark Silber an Peregrinus, der einst Bischof in Prag war, seitens dessen Nachfolgers sorgen.

Reate, 1232 März 10.

20.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt dem Kloster Tepl alles Land von der Quelle des Flusses Tepl bis zu dem Ort, wo der Bach Hluboka in jenen Fluß mündet.

Bei Tepl, 1232 Juni 8.

21.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Kloster Tepl als Ersatz der Kosten, die er ihm mit den Legaten des Kaisers und den Fürsten Deutschlands zugefügt hat, als er dort weilte, das Dorf Unola mit allem Zubehör.

Bei Tepl, 1232 Juni 28.

22.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt dem Kloster in Plaß die Schenkung der Dörfer Oberbirken und Aujest von dem Baron Ratmir und setzt fest, daß diese Dörfer von aller Steuer frei seien.

. . . .

23.

König Wenzel I. von Böhmen erkennt an, daß das halbe Dorf Langenwolmsdorf, das im Bezirk seines Königreiches gelegen ist, mit seiner Zustimmung und Erlaubnis vom Burggrafen Otto v. Dohna der Kirche in Meißen gegeben worden ist.

Prag, 1232 Aug. 1.

24.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt dem Kloster in Oslawan das Privileg, das von seinem Vater Ottokar I. gegeben ist.

Znaim, 1232 Aug. 7.

25.

Markgraf Primisl von Mähren schenkt seinem Kapellan Gregor das Land der zwei Kämmerer in dessen Dorf Lodenitz und den dabeiliegenden Wald.

Znaim, Mitte Nov. 1232.

26.

König Wenzel I. gesteht dem Kloster in Doxan das Recht zu, eine Stadt am Ort Königsberg zu gründen; er gesteht ihr die Freiheiten zu, die die anderen Städte in seinem Reich haben, und unterwirft sie seiner und des Propstes von Doxan Gerichtsbarkeit.

1232.

27.

Der Abt Vitoslavus von St. Marien in Breslau und seine vom Papst ernannten Mitrichter setzen das Kloster in Breunau in den Besitz der Zehnten von den Gauen Leitmeritz, Bilin und Tetschen, die ihm Bischof Johann II. von Prag vorenthielt.

1232.

28.

Herzogin Ludmilla von Bayern gründet das Kloster Seeligental in der Vorstadt von Landshut. indem ihr Sohn Herzog Otto von Bayern zustimmt.

1232.

29.

Die Königin Konstanze von Böhmen und ihr Sohn Markgraf Primisl von Mähren schenken den Nonnen bei der Kirche St. Peter in Olmütz Land bei dem Dorfe Drozdowitz, das zur Burg Neuschloß gehört.

Olmütz, 1233 Jan. 21.

30.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt seiner Mutter Konstanze den Bezirk Witschin mit Dörfern, die genannt werden, und gibt ihr die Erlaubnis, diese Dörfer weiterzugeben.

Prag, 1233 Febr. 6.

31.

Königin Konstanze von Böhmen verkauft dem Kloster in Tepl gewisse Dörfer, die sie von König von Böhmen als Geschenk erhalten hat, deren Namen genannt werden.

Prag, 1233 Febr. 6.

32.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt, daß der Verkauf des Bezirks um Witschin, den die Königin Konstanze mit namentlich angeführten Dörfern verkauft hat, mit seiner Zustimmung geschehen sei.

Prag, 1233 Febr. 6.

33.

Der Komtur des Hauses der Deutschritter in Böhmen Rudeger verkauft dem Kloster in Tepl die Pfarre in Witschin und Neumarkt und das Dorf Böhmisch Borau.

Prag, bei St. Peter, 1233 Febr. 6.

34.

Papst Gregor IX. befiehlt dem Bischof Robert von Olmütz und den Prälaten der Kirchen derselben Diözese, daß sie die Äbtissin und die Nonnen des Klosters in Doubrawnik gegen Übeltäter und Eindringlinge mit kirchlichen Strafen zu schützen.

Anagni, 1233 Febr. 23.

35.

Papst Gregor IX. gewährt allen wahrhaft Bereuenden, die die Kirche des hl. Franz in Doubrawnik am Festtag des genannten Heiligen besuchen, einen Ablaß von 20 Tagen.

Anagni, 1233 Febr. 23.

36.

Graf Albert von Bogen, Vogt der Kirche in Windberg, überträgt, da er den Weg ins Jenseits antreten will, der Kirche in Windberg die Kirche in Viechta, sobald der gesetzmäßig eingesetzte Pfarrer Wolfing verstirbt. Er fügt auch wegen des Ansehens und der Würde derselben Kirche eine andere Pfarre im Lande Böhmen, genannt Schüttenhofen, mit dem dabeiliegenden Dorf Podmokl als Besitz mit gleicher Pflicht und ewigem Recht hinzu.

1233 März 25.

37.

Papst Gregor IX. nimmt das Hospital in Kladrau in seinen Schutz und bestätigt alle Besitzungen und Güter desselben.

Im Lateran, 1233 März 30.

38.

Markgraf Primisl von Mähren schenkt dem Kloster Bruck das Patronatsrecht der Kirche in seinem Dorf Brenditz.

Znaim, 1233 April 2.

39.

Johannes, der Sohn Sybotas, verfügt über seine Besitzungen; er erwähnt dabei, daß die Grenzen zwischen den Schlesiern und Mährern festzusetzen sind.

Pramsen, 1233 Juni 15.

40.

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster des hl. Georg in der Burg Prag und alle seine Besitzungen in seinen Schutz, von denen die meisten genannt werden, und bestätigt demselben Freiheiten und gibt ihm neue Rechte und Freiheiten.

Im Lateran, 1233 Juni 2.

41.

Papst Gregor IX. gesteht dem Prager Dekan Arnold zu, daß er die Kirche zu Retz mit dem Prager Dekanat zusammen behalten darf.

Anagni, 1233 Aug. 4.

42.

Papst Gregor IX. befiehlt dem Bischof Rudigero von Passau, daß er Arnold, den Prager Dekan, in den Besitz der Kirche Retz einführt und ihn darin schützt.

Anagni, 1233 Aug. 4.

43.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt, daß das Gut Borek, um das zwischen den Söhnen des Edlen Wolfram aus Mähren und dem Kloster in Seelau Streit war, jenem Kloster einst zugesprochen war, und beschreibt die Grenzen desselben.

Kladrau, 1233 Aug. 25.

44.

König Wenzel I. von Böhmen gesteht dem Kloster in Kladrau in allen Besitzungen, die es hat und haben wird, Freiheiten zu, die er genau bestimmt, und setzt fest, daß in der Stadt Kladrau zu des Klosters Weihe jährlich 2 Wochenmärkte sein sollen.

Kladrau, 1233 Ende Aug.

45.

Propst Peregrinus von Melnik verkauft zusammen mit den Kanonikern seiner Kirche die Dörfer derselben Tisa und Tirna dem Kloster in Kladrau mit Zustimmung des Bischofs Johannes.

1233 Ende Aug.

46.

Abt Reinher von Kladrau verkauft zusammen mit den Mönchen seines Klosters mit Zustimmung König Wenzels und Bischof Johannes' des II. von Prag das Dorf Korejtek dem Kloster in Plaß für 110 Mark Silber, mit diesem Geld löst er die Dörfer Tisa und Tirna ein.

1233 Ende Aug.

47.

Abt Reinher von Kladrau verkauft zusammen mit den Brüdern seines Konvents das Dorf Pschitulnov dem Radoslav von Zwirschen.

1233 Ende Aug.

48.

Hermann genannt Balk, Meister des deutschen Hauses, verkauft zusammen mit seinen Brüdern die Güter jenes Hauses in Gumpolds und am Fluß Iglau dem Abt Hermann von Seelau und seinem Kloster für 100 Mark Silber.

1233.

49.

Bischof Robert von Olmütz bestätigt den Verkaufsvertrag über die Güter, die der deutsche Orden in Gumpolds und am Fluß Iglau hat, zwischen dem Kloster Seelau und Hermannus, genannt Balk; und derselbe überläßt die Seelsorge der Kirche in Iglau dem Abt von Seelau und bestätigt dem Kloster die Zehnten, die derselben Kirche gehören, in Dörfern, die genau genannt sind.

1233 Ende Aug.

50.

Markgraf Primisl von Mähren schenkt das Dorf Doloplas, das von den Steuern und anderen Belastungen befreit ist, dem Kloster in Langheim.

1233 Sept. 25.

51.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Kloster in Kladrau das Dorf Sittna mit dem Wald Lobetsch und das Landgut eines Erben in dem Dorf Turschan und bestätigt den Kauf der Dörfer Tisa und Tirna.

Prag, 1233 Dez. 13.

52.

Papst Gregor IX. beauftragt den Erzbischof von Gnesen und die Bischöfe von Breslau und Olmütz, daß sie nicht zulassen, daß die Herzogin-Witwe Viola von Oppeln und Ihre Söhne von irgendjemand belästigt werden.

Im Lateran, 1233 Dez. 23.

53.

Markgraf Primisl von Mähren erlaubt dem Kloster in Leitomischl, daß seine Besitzungen in Mähren und namentlich in dem Dorf Pamietitz von denselben Diensten und Belastungen frei seien, von denen das Kloster Welehrad frei ist, und schenkt dem Kloster das Recht des Kirchenpatronats in Eiwanowitz und befreit die Untertanen desselben von der Zollzahlung in seinem Lande.

Olmütz, 1233 Dez. 27.

54.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Hospital St. Maria der Deutschritter das Dorf Senomat, damit die Schäden gutgemacht werden, die von seinem Heer in Mähren den Besitzungen des Hospitals zugefügt worden waren.

Selz, 1233.

55.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Abt und dem Kloster auf der Insel für 100 Mark Silber, die ihm gegeben sind, das Patronatsrecht der Kirche in Skripel und den Hof ebendort, 2 Hufen in Laschowitz und 4 Leibeigene aus Schebrakow.

Mühlhausen, 1233.

56.

König Wenzel I. von Böhmen erneuert die Schenkung des Dorfes Aunietitz mit allem Zubehör durch König Ottokar, wie sie beschrieben wird in der Urkunde des Priesters Zbyhniev über die Gründung der Kirche in jenem Dorf, er fügt der Kirche in Prag das Land hinzu, das in demselben Dorf von seinem Vater den Kämmerern

geschenkt worden ist; er läßt die Urkunde des Zbyhnev einrücken und er bezeugt, daß die verletzten Grenzen der Besitzungen in diesem Dorf auf seinen Befehl von neuem festgesetzt seien.

1233.

57.

Königin Konstanze von Böhmen nimmt den Bezirk Gaya des Klosters in Hradisko mit allen Besitzungen desselben, die in dem Gau Lundenburg gelegen sind, in ihren Schutz und gewährt Freiheiten in weitem Umfang mit Zustimmung König Wenzels I.

Tischnowitz, 1233.

58.

König Wenzel I. von Böhmen erneuert den Prager Deutschen, seinen Bürgern, gewisse Rechte und Freiheiten, die ihnen von Herzog Sobieslaus II. eingeräumt waren und von König Ottokar I. bestätigt waren, und gibt ihnen neue Freiheiten dazu.

. . . .

59.

Papst Gregor IX. beauftragt den Bischof (Rudiger) von Passau, daß er dem Prager Dekan Arnold sein Lehn in der Diözese Passau zurückgeben läßt.

Im Lateran, 1234 Jan. 12.

60.

Papst Gregor IX. beauftragt den Probst, Dekan und Scholastikus von Regensburg als Richter des Prozesses, der zwischen den Kanonikern von Sadska und dem Adligen Heinrich schwebt.

Im Lateran, 1234 März 17.

61.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt dem Kloster in Plaß das Dorf Bezdiekau, das demselben Gumpold, der Sohn Detlebs von Potvorov, mit seiner Zustimmung gegeben hatte.

Plaß, 1234 März 20.

62.

König Wenzel I. von Böhmen nimmt das Kloster St. Franzisci in Prag und das Hospital, das zu demselben gehört, das bei St. Castulus gelegen ist, in seinen Schutz und gesteht ihnen gewisse Freiheiten zu, mit denen die Kirche in Vysehrad ausgestattet worden ist.

Bei Prag, 1234 März 21.

63.

Papst Gregor IX. bestätigt dem Abt Dluhomil von Breunau und seinem Kloster das Urteil, das für sie Abt Vitoslaus von St. Marien in Breslau mit seinen Mitrichtern über gewisse Zehnte gegen Bischof Johann II. von Prag gefällt hatte.

Im Lateran, 1234 März 29.

64.

König Wenzel I. von Böhmen befreit Reinhard Niger, einen Prager Bürger, und seine Kinder von allen städtischen Steuern.

Bei Prag, 1234 März 29.

65.

König Wenzel I. von Böhmen erlaubt, daß das Dorf des Klosters in Doxan mit Namen Jokes, das er von der Dienstpflicht gegen die Burg Elbogen befreit hat, nach deutschem Recht umgesiedelt werden kann, und gesteht den anderen Besitzungen desselben Klosters, die schon vorher umgesiedelt sind, dieselben Freiheiten zu.

Strahow, 1234.

66.

Markgraf Primisl von Mähren gesteht dem Kloster in Hradiště zu, daß in dessen Dorf Odersch und in den dazugehörigen Gütern die Freiheiten beachtet werden sollen, die er genau beschreibt. Diese Freiheiten bestätigt Bischof Robert von Olmütz aus seiner kirchlichen Macht.

Welehrad, 1234 April 5.

67.

Papst Gregor IX. bestätigt dem Kloster in Tepl Dörfer, die genannt werden.

Im Lateran, (1234) April 13.

68.

Papst Gregor IX. beauftragt die Äbte von Kladrau und Breunau des Benediktienerordens und die von Nepomuk und Plaß des Zisterzienserordens, daß sie gemäß dem Beschluß des allgemeinen Konzils ein Kapitel bei irgendeinem Kloster in diesem Jahr zusammenrufen und sowohl die exempten, als auch die nicht exempten Äbte und Prioren der Diözesen Prag und Olmütz zwingen zu jenem zu kommen. Er ordnet an, daß diese Kapitel auch später in einzelnen Jahren abgehalten werden sollen.

Im Lateran, 1234 April 20.

69.

Markgraf Heinrich von Meißen schenkt das Dorf Kreischa mit allem Zubehör dem Kloster in Buch.

Prag, 1234 April 25.

70.

Graf Zdislaus schenkt dem Kloster Zderas die Kirche in Bubna mit allem Zubehör.

Prag, 1234 Mai 1.

71.

Papst Gregor IX. befiehlt dem Propst, Dekan und Scholastikus von Meißen, sie sollen den Bischof Johann II. von Prag zwingen, daß er dem Abt und den Mönchen des Klosters in Breunau die Zehnten, die ihnen durch Vitos aus, Abt von St. Maria in Breslau und seine Mitrichter zugesprochen sind, auslöse und für die Wegnahme Genugtuung leiste.

Im Lateran, 1234 Mai 6.

72.

Papst Gregor IX. belehrt den Abt von Strahow, auf welche Weise er in der Kirchenzucht bei Übeltaten der Kanoniker und Untertanen vorgehen muß.

Reate, 1234 Juni 8.

73.

König Wenzel I. auf Bitten des Abtes Dluhomil erneuert die Freiheiten und Befreiungen, die von Herzog Boleslaus II. dem Kloster in Breunau einstmals gewährt und von König Pschemysl Ottokar I. noch einmal erneuert sind.

Prag, 1234 Juni 18.

74.

Markgraf Primisl von Mähren überträgt dem Kloster in Klosterbruck das Patronatsrecht in seinem Dorf Tassowitz.

Znaim, 1234 Juli 12.

75.

Papst Gregor IX. beauftragt den Bischof, Probst und Scholastikus von Meißen, nicht zu erlauben, daß das Kloster in Breunau von den Kanonikern und Klerikern Prags am Festtag der unschuldigen Kinder heimgesucht wird und die Mönche von ihnen belästigt werden.

Reate, 1234 Juli 19.

76.

Markgraf Primisl von Mähren bestätigt dem Vogt und den Bürgern von Mährisch Neustadt die Freiheiten, die von seinen Vorgängern gewährt sind. Er setzt fest, daß der Jägermeister wegen des Dorfes Strelitz außer seinem Jahrgeld nichts von den Bürgern fordern darf. Er verhindert, daß sie von einem fremden Gerichte berufen werden. Er gewährt demselben Dorf das Meilenrecht, er verbietet, daß Goldgräber in den umliegenden Dörfern wohnen und nächtigen, er setzt fest, daß jede Art von Metallen innerhalb der Grenzen, die beschrieben werden, zu der genannten villa gehören.

Olmütz, 1234 Aug. 5.

77.

Markgraf Primisl von Mähren schenkt dem Kloster in Oslawan das Patronatsrecht der Kirche in Mohelno.

1234, vor dem 26. Aug.

78.

Bischof Robert von Olmütz bestätigt dem Kloster in Oslawan die Schenkung des Patronatsrechtes der Kirche in Mohelno von Markgraf P(rimisl) von Mähren und gewährt demselben die Spiritualien von derselben.

Mödritz, 1234 Aug. 26.

79.

Papst Gregor IX. teilt der Schwester König Wenzels I. von Böhmen Agnes mit, daß er das Kloster St. Franziskus mit dem Hospital in Prag in Recht, Eigentum und Schutz nehme, nachdem des apostolisch Stuhls. Der König selbst den Grund und Boden der römischen Kirche gewährt hatte.

Spoleto, 1234 Aug. 30.

80.

Papst Gregor IX. beauftragt den Bruder Johannes, Ordensprovinzial in Sachsen, und den Bruder Thomas, Kustos des Minoritenordens in Böhmen, daß sie die Schwester König Wenzels I. Agnes als Äbtissin des Klosters St. Franzisci in Prag einsetzen.

Spoleto, 1234 Aug. 31.

81.

Papst Gregor IX. spendet allen Christengläubigen in Böhmen und Polen (Schlesien), die das Kloster St. Franzisci in Prag mit der nötigen Ehrfurcht besuchen, bei der Einweihung desselben ein Jahr Ablaß und am Jahrestag der Weihe 40 Tage Ablaß und ebensoviel am Festtag des Heiligen.

Spoleto, 1234 Aug. 31.

82.

Papst Gregor IX. beauftragt Bischof Johann II. von Prag, daß er nicht erlaubt, daß das Kloster St. Franzisci der Nonnen [des Ordens des heiligen Damian] in Prag belästigt wird, da es zum Recht und Eigentum des apostolischen Stuhles gehört.

Spoleto, 1234 Sept. 4.

83.

Bischof Johann II. von Prag gibt dem Kloster in Mühlhausen sein halbes Dorf Hruschtitz für das Dorf Horosedl im Tausch, indem er 80 Mark böhmischer Währung hinzufügt.

Prag, 1234 Sept. 24.

84.

Kaiser Friedrich II. nimmt Herzog Otto von Lüneburg wieder völlig in seine Gnade auf und überträgt den Prozeß, welcher zwischem ihm und dem Herzog wegen der väterlichen Erbschaft ausgetragen wird, und über das Eigentum seines Vaters, Herzog Heinrichs, der Entscheidung König Wenzels I. von Böhmen und anderer Fürsten des Reiches.

Monte Fiascone, Mitte Nov. 1234.

85.

Markgraf Primysl von Mähren schenkt dem Hospital St. Franzisci in Prag das Dorf Rakschitz auf Bitten seiner Schwester Agnes, der er es einst gegeben hatte, und gewährt ihm alle Freiheiten und Steuerfreiheiten. Diese Schenkung bestätigt König Wenzel I. von Böhmen.

Prag, 1234 Okt. 2.

86.

Königin Kunigunde von Böhmen schenkt dem Kloster Marienthal das Dorf Seifersdorf mit allem Zubehör.

Prag, 1234 Okt. 14.

87.

Markgraf Primisl von Mähren gewährt dem Kloster in Klosterbruck Freiheiten in großem Umfang.

Znaim, 1234 Okt. 22.

88.

Markgraf Primisl von Mähren bestätigt auf Bitten seiner Mutter Constantia die Gründung des Klosters in Tischnowitz, schenkt ihm Dörfer, deren Namen genannt werden, und gewährt ihm Freiheiten in großem Umfang, unter Bestätigung durch seinen Bruder König Wenzel I.

Znaim, 1234 Okt. 31.

89.

Markgraf Primisl von Mähren erneuert auf Bitten des Bischofs Robert von Olmütz der Kirche und dem Bistum dort die Bestätigung der Freiheiten, die von den Fürsten und besonders von seinem Vater König Pschemysl gewährt sind, indem er die Worte des Privilegs seines Vaters größtenteils wiederholt; er gewährt neue Freiheiten in großem Umfang; er setzt fest, daß einige Dörfer, deren Namen genannt werden, unter dem alten Bischofsrecht frei seien.

Znaim, 1234 Ende Okt.

90.

Markgraf Primisl von Mähren schenkt dem Kloster in Raigern mit Zustimmung König Wenzels I. dieselben Freiheiten, die der König Pschemisl Ottokar I. dem Kloster in Welehrad einst gewährt hatte. Er erneuert die Freiheit, die von den Herzögen Boleslaus und Bretislaus geschenkt worden ist, und bestätigt dem Dorf Raigern, das bei dem Kloster liegt, das Marktrecht.

Brünn, 1234 Nov. 2.

91.

Markgraf Primisl von Mähren erneuert auf Bitten des Bruders Hugo, der die Besitzungen des Hauses St. Johannis in Jerusalem in der Markgrafschaft Mähren verwaltet, die Bestätigung der Rechte und Freiheiten, die durch Markgraf Heinrich Vladislaus und König Pschemysl Ottokar I. einst bestätigt worden sind, und wiederholt alle Worte der Privilegien derselben.

Brünn, 1234 Nov. 10.

92.

Papst Gregor IX. beauftragt Bischof Robert von Olmütz, daß er zur Unterstützung der Kirche, die durch viele Notschreie aus dem Heiligen Lande erregt wird, selbst im März nächsten Jahres mit Soldaten komme oder sie schicke.

Perugia, 1234 Nov. 25.

93.

Papst Gregor IX. beauftragt Bischof Johann II. von Prag, daß er sich zur Unterstützung der Kirche, für den Schutz deren Freiheit der römische Kaiser Friedrich bereit ist, einen großen Heereszug zu unternehmen, rüste und im März nächsten Jahres mit einem angemessenen Heer selbst, komme oder, wenn er nicht kommen kann, ein solches schicke.

Perugia, 1234 Nov. 25.

94.

I. Papst Gregor IX. bittet Markgraf Primisl von Mähren, daß er im März nächsten Jahres der römischen Kirche ein angemessenes Heer zur Unterstützung des heiligen Landes schickt.

II. Er selbst ermahnt König Wenzel I. von Böhmen, daß er den Markgrafen, seinen Bruder, mit Soldaten unterstützt.

Perugia 1234, Nov. 27.

95.

I. Papst Gregor IX. überträgt dem Magister Philipp von Assisi, seinem Skriptor, die Einsammlung des Zinses, der dem apostolonischem Stuhl in Deutschland geschuldet wird.

Anagni, 1233 Jan. 10.

II. Philipp von Assisi, Skriptor und Gesandter des Papstes, bekennt, daß er von Engilbert, dem Procurator des Probstes Arnold von Wischehrad, den dem Apostolischem Stuhl fälligen Zins erhalten habe.

Köln am Rhein, 1234 Dez. 6.

96.

Markgraf Primysl von Mähren schenkt dem Kloster in Oslawan das Patronatsrecht der Kirche in Altstett im Troppauer Distrikt.

1234.

97.

Markgraf Primisl von Mähren befreit das Dorf Lewitz des Klosters in Saberdowitz von allen Diensten und Lasten nach dem Beispiel der Privilegien, die dem Kloster in Welehrad gewährt sind.

Troppau, 1234.

98.

Der Abt des Klosters in Langheim Heinrich verkauft das Landgut Dolloplasz, das er von Markgraf Pschemisl von Mähren als Geschenk erhalten hat, dem Kloster in Welehrad.

1234.

99.

Budisch von Namest bezeugt, daß Hermann von Rudikau, sein Verwandter, und dessen Mutter dem Kloster in Oslawan das Patronatsrecht der Kirche im Dorfe Rudikow geschenkt haben.

Oslawan, 1234.

100.

Johannes (von Polna), der Mönche zur Einrichtung eines Klosters des Zisterzienserordens (in Nischkau) von Ossegg annimmt, bietet das Dorf Nischkau und andere Besitzungen und Einkünfte der neuen Gründung an, außerdem verspricht er das Dorf Saar von seinem Bruder Pribislaus zu kaufen und dem Kloster zu schenken und einen Wald hinzuzufügen, in dem Dörfer gegründet werden können.

(1232—1234.)

101.

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster in Kladrau unter den Schutz des St. Peter und des apost. Stuhles, er bestätigt alle seine Besitzungen, von denen die meisten genannt werden, und gewährt ihm Rechte und Privilegien in großem Umfang.

....

102.

König Wenzel der I. von Böhmen schenkt der Kirche Allerheiligen in Leitmeritz den Zehnt von dem Zins und von dem Gericht dort und bestätigt alles, was jener Kirche von den Bürgern oder anderen Personen gegeben worden ist.

Prag, 1235 Febr. 12.

103.

Königin Konstanze von Böhmen schenkt die Besitzungen und Dörfer, welche sie von den Brüdern des Hospitals St. Maria der Deutschen gekauft hat, dem Hospital des Klosters St. Franziszi in Prag.

Brünn, 1235 Febr. 12.

104.

König Wenzel von Böhmen schenkt dem Kloster in Chotieschau seine Erbbesitzungen in dem Dorfe Staab, die auf tschechisch „kladské" genannt werden.

Pilsen, 1235 Febr. 17.

105.

König Wenzel I. von Böhmen gewährt den Brüdern des Hospitals St. Johannis von Jerusalem einen Markt in dem Dorfe Manetin zu halten und erlaubt, daß Prozesse wegen Verbrechen und Prozesse um Geld durch einen Richter, der von den Brüdern des dortigen Hospitals eingesetzt wird, entschieden werden; er befreit die Einwohner des Marktes von dem Gericht der Burgen Pilsen und Saaz und anderer Orte.

Prag, 1235 März 18.

106.

Markgraf Primisl von Mähren gewährt dem Kloster St. Stephani in Hradischt bei Olmütz dieselben Freiheiten, die die Kirche in Olmütz hat, indem König Wenzel I. von Böhmen zustimmt und indem Robert, Bischof von Olmütz, die Verletzer des Privilegs bannt.

(1234—1235 März.)

107.

Markgraf Pirmisl von Mähren gewährt dem Kloster St. Marien in Saberdowitz dieselben Freiheiten, mit denen das Kloster in Welehrad ausgestattet worden ist, indem König Wenzel I. von Böhmen zustimmt und indem Bischof Robert von Olmütz die Verletzer des Privilegs bannt.

Brünn, 1235 März 28.

108.

König Wenzel von Böhmen verkauft und schenkt dem Kloster in Mühlhausen das Dorf Mühlhausen, welches seine Amme Agnes lange Zeit gehabt hat.

Sadska, 1235 Mai 7.

109.

Papst Gregor IX. beauftragt den Bischof Ekkart von Merseburg, daß er über die Summe des der römischen Kirche geschuldeten Zinses von der Kirche St. Petri in Wischehrad und über den Wert des böhmischen Geldes in der Zeit der Auflegung des Zinses nachforscht.

Perugia, 1235 Mai 18.

110.

Papst Gregor IX. überläßt der Äbtissin Agnes des Klosters St. Franzisci in Prag und den Schwestern das Hospital St. Franzisci, das deren Kloster benachbart ist und von der obengenannten Äbtissin auf dem Boden der römischen Kirche aufgebaut ist, und bestimmt, daß das Hospital von demselben Kloster niemals getrennt wird.

Perugia, 1235 Mai 18.

111.

Papst Gregor IX. bestätigt dem Rektor und den Brüdern des Hospitals St. Franzisci in Prag die von der Königin Konstanze von Böhmen geschenkten Dörfer und Besitzungen. Er inseriert die Urkunde über die Schenkung.

Perugia, 1235 Mai 18.

112.

Papst Gregor IX. bestätigt dem Rektor und den Brüdern des Hospitals St. Franzisci in Prag die Schenkung des Dorfes Rachschitz von Markgraf Primisl von Mähren und wiederholt die Schenkungsurkunde wörtlich.

Perugia, 1235 Mai 28.

113.

Markgraf Primisl von Mähren schenkt dem Kloster in Tischnowitz das Dorf Lomnitz mit allen Freiheiten, die vorher dem Kloster durch sein Privileg gewährt waren, indem König Wenzel I. von Böhmen zustimmt und Bischof Robert von Olmütz es aus seiner bischöflichen Würde bestätigt.

Brünn, 1235 Juni 6.

114.

Papst Gregor IX. schreibt Beatrice, der Königin von Kastilien, Toledo und Leon, zum Lob von St. Elisabeth und führt Agnes, die Schwester des Königs von Böhmen, als Beispiel an.

Perugia, 1235 Juni 7.

115.

König Wenzel I. von Böhmen gewährt dem Kloster Plaß das Dorf Lasischt, welches ihm ein Ritter Boček geschenkt hat, zu ewigem Besitz.

Kladrau, 1235 Juni 24.

116.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Kloster in Kladrau einen Teil des Dorfes Sitno, der ihm gehört hat.

1235 Juni 25.

117.

Papst Gregor IX. trägt dem Abt von Altzella des Zisterzienserordens auf, daß er die Nonnen des Klosters von St. Marienthal in der Diözese Meißen, das von Königin Kunigunde von Böhmen erbaut und ausgestattet ist, in den einzelnen Jahren persönlich visitiert und in den Regeln des Zisterzienserordens unterrichtet.

Perugia, 1235 Juli 13.

118.

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster des hl. Franziskus in Prag und das Hospital in das Recht und Eigentum St. Petri und des apostolischen Stuhls auf, bestätigt die Güter und Freiheiten desselben, gewährt ihm mehrere Privilegien und setzt fest, daß der Gottesdienst dort nach römischen Brauch gefeiert wird mit der Ausnahme, daß er der Äbtissin und den Schwestern erlaubt, den Psalter nach gallikanischer Weise zu sprechen. Er legt ihnen auch einen Zins von einem Byzantiner jährlich auf.

Perugia, 1235 Juli 25.

119.

Markgraf Primisl von Mähren schenkt dem Kloster in Doubravnik auf Bitten der Äbtissin und des vornehmen Adalbert das Dorf Scheschow mit allen Besitzungen und andere Dörfer, von denen viele mit Namen genannt werden, und bestätigt ihnen Freiheiten und gewährt Privilegien in großem Umfang. König Wenzel I. bestätigt die Verfügungen; Bischof Robert bannt diejenigen, die sie verletzen.

Brünn, 1235 Juli 29.

120.

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster St. Marien des Zisterzienserordens in Tischnow in seinen Schutz und bestätigt alle Besitzungen, Rechte und Privilegien desselben.

Perugia, 1235, August 27.

121.

Bischof Ekkard von Merseburg, beauftragt auf Befehl des Papstes, befiehlt dem Prior des Klosters in Strahow, daß die Zeugen, die vom Probst und vom Kapitel jener Kirche genannt sind, am 21. II. 1936 sich in Wischehrad einfinden, damit er untersuchen kann, welchen Zins die Kirche St. Peter in Wischehrad dem Papst schuldet.

1235 ca. Juli/Aug.

122.

Der römische Kaiser Friedrich schenkt auf Bitten des Großmeisters Hermann dem Hospital St. Maria der Deutschen in Jerusalem die Kirche in Könitz. Unter den Zeugen: Wenzel, König von Böhmen.

Augsburg, Oktober (Mitte) 1235.

123.

Der Pfalzgraf bei Rhein und der Herzog von Bayern vertragen sich mit Abt Heinrich von Tegernsee wegen der Verteilung der Kinder der Dienstmannen in Gegenwart des Kaisers Friedrich II. Unter den Zeugen, die anwesend waren, wird König Wenzel von Böhmen genannt.

Augsburg, 1235 (Ende Okt.)

124.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt den Brüdern des Hauses St. Johannes von Jerusalem in Mailberg die Freiheit, die von Wladislaus, dem Markgrafen von Mähren, den Besitzungen des Hospitals im Lande Mähren gewährt ist, und das Haus Hradek bei Znaim.

Znaim, 1235 Juli 21.

125.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt seinem Kastellan Mstidruho das Dorf Nebowid unter der Burg Prag, ausgenommen den Grund des Hauses Pribyslaus', eines Prager Kanonikus, das er demselben als Eigenthum gegeben hat.

1235.

126.

Markgraf Primisl von Mähren löst auf Bitte seiner Gattin Margarete 8 Höfe des Klosters St. Peter in Olmütz, die unter dem Kloster liegen, von allen Abgaben zur Burg Olmütz ab.

1235.

127.

Erzbischof Robert von Olmütz gewährt der Äbtissin und dem Konvent des Klosters in Oslawan auf Bitten der edlen Heilwide, der Gründerin desselben, den Zehnt aller Dörfer und Kirchen, welche dem Kloster gehören oder gehören werden, ganz und gar zum Nießbrauch, vorausgesetzt daß für alle Kaplane, denen er seine Kirchen vergibt, für Pfründen hinreichend Sorge getragen wird.

Kremsier, 1235.

128.

Bischof Robert von Olmütz legt die Schenkungen, die der in der Kirche in Olmütz errichteten Propstei und der Kirche selbst gemacht sind, und andere Verfügungen über die Pfründen der Kanoniker und andere fromme Anordnungen ausführlich klar und verbietet unter Kirchenbann, daß sie verletzt werden.

. . . . . .

129.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Kloster in Welehrad das Dorf Groß-Olkowitz im Bezirk Znaim zum Ersatz der Schäden, die demselben seine Barone und Ritter in einem Kriege (mit Markgraf Pschemysl) zugefügt haben.

Kloster Welehrad, 1236 Jan. 18.

130.

König Wenzel I. von Böhmen übernimmt von neuem den Schutz des Hospitals des hl. Franz, das seine Schwester Agnes in Prag gegründet hat, und gewährt ihm Gerichtsexemption und dieselben Privilegien, mit denen die Kirche Wischehrad ausgestattet ist. Er setzt fest, daß Verbrecher, die auf das Gebiet des Hospitalhofes geflüchtet sind, unverletzbar sind.

Prag, 1236 (vor Febr. 6.)

131.

Der römische Kaiser Friedrich II. berichtet dem König von Böhmen und anderen Fürsten von den ungesetzlichen Handlungen, die von Herzog Friedrich von Österreich gegen das Reich verübt sind, und ermahnt sie, daß sie sich zur Sühnung zusammenschließen.

Augsburg, 1236 Juni.

132.

Der römische Kaiser Friedrich II. schließt ein Waffenbündnis mit König Wenzel I. von Böhmen und anderen Fürsten des Reiches und Bischöfen gegen Herzog Friedrich II. von Österreich und Steiermark.

Augsburg, 1236 Juni 27.

133.

Der römische Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Kloster in Berchtesgaden das am 15. Febr. 1213 gewährte Schutzprivileg. — Unter den Zeugen: W., König von Böhmen.

Augsburg, 1236 Juni (Ende).

134.

Der römische Kaiser Friedrich II. erklärt, daß das Privileg, das von Friedrich I. am 6. April 1157 den Wormser Juden gewährt wurde und das er Wort für Wort wiederholt, auf alle Juden Deutschlands, die unmittelbare Knechte der kaiserlichen Kammer sind, ausgedehnt werden soll, und verkündet ein Urteil des Hofgerichtes, durch das anerkannt wird, daß die Juden des Ritualmordes von Christenkindern unschuldig sind. Unter den Zeugen: W. König von Böhmen.

Augsburg, 1236 im Monat Juli.

135.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt, daß dem Kloster in Oslawan von seinem Bruder Primisl das Patronatsrecht der Kirchen in Altstett und Mohelno gewährt worden ist.

Bei Kamyk, 1236 Juli 31.

136.

König Wenzel I. von Böhmen befreit das Dorf Rotkirchen, das zur Pfründe des Prager Kanonikers Marquard gehört, von der Abgabe von Rindern und anderen Tieren für die königliche Tafel und bestimmt, daß die Dorfbewohner von der Zeugnispflicht, die „osada" heißt, frei sein sollen.

Prag, 1236 (vor Aug. 17.)

137.

König Wenzel I. von Böhmen nimmt die Brüder des Marienhospitals der Deutschen in Jerusalem, die in sein Reich versetzt sind, in seinen Schutz, bestätigt ihnen alle Besitzungen, die ihnen Herzog Conrad von Böhmen, Markgraf Wladislaus von Mähren und andere Vornehme geschenkt haben, und gewährt ihnen Freiheiten und Befreiungen vom Gericht.

Prag, 1236 Sept. 28.

138.

König Wenzel I. von Böhmen erneuert den Brüdern vom Marienhospital der Deutschen in Jerusalem das von König Ottokar einst gewährte Privileg, indem er es Wort für Wort einfügt.

Prag, 1236 Sept. 28.

139.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Kloster in Chotieschau seine erblichen Besitzungen, die tschechisch „kladské" heißen, im Dorf Horikovitz.

1236.

140.

Markgraf Primisl von Mähren bestätigt dem Kloster in Oslawan ein Dorf, das es von Hermann von Rudikow gekauft hat, und das Patronatsrecht der Kirche in Rudikow, das die Mutter des genannten Adligen mit seiner Zustimmung dem Kloster geschenkt hat.

Brünn, 1236.

141.

Markgraf Primisl von Mähren bestätigt den Brüdern des St. Johannishospitals in Jerusalem das Land im Dorf Köberwitz, das einst zur Burg gehörte, die von den mährischen Fürsten diesem Hospital geschenkt ist.

Olmütz, 1236.

142.

Abt Hermann des Klosters Selau legt den Streit, der über den Besitz des Flusses Lib mit dem Kapitel der Wischehrader Kirche lange Zeit bestand, dahingehend bei, daß der Fluß mit beiden Ufern und dem Fischereirecht der Kirche Wischehrad gehört, aber die vier an dem Fluß erbauten Mühlen beiden Kirchen dienen sollen.

Im Kapitel zu Wischehrad, 1236.

143.

König Wenzel I. von Böhmen befiehlt den Lehnsleuten im Olmützschen, daß sie aufhören, die Freiheiten der Olmützer Kirche zu verletzen und daß sie seinem Kaplan Gregor den im Dorfe Oderlitz zugefügten Schaden ersetzen. Er verbietet auch, daß Untertanen der Olmützer Kanoniker vor ihnen gerichtet würden.

(1236—37).

144.

Markgraf Primisl von Mähren bestätigt dem Kloster in Welehrad das Dorf Groß Olkowitz, das demselben auf seine und des Abtes Hartmann Bitten sein Bruder, König Wenzel I., für die in einem Gefecht zugefügten Schäden geschenkt hat.

Olmütz, 1237 Jan. 1.

145.

König Wenzel I. von Böhmen bittet Papst Gregor IX. mit vielen Worten dringend, daß er die Wünsche seiner Schwester Agnes erfülle.

1237 (vor Febr. 5.).

146.

König Wenzel von Böhmen schenkt den Brüdern des Marienhospitals zu Jerusalem eine Hufe beim Dorf Wirbaw und eine weitere mit einem halben Weinberg im Dorf Hosterlitz, die die edle Gisela zu Lebzeiten in Frieden besitzen soll.

Znaim, 1237 Febr. 16.

147.

Der römische Kaiser Friedrich II., der mit seinen Fürsten sich in dem Hof bei Wien aufhält, bestätigt dem Kloster in Niederaltaich die durch Tausch von Herzog Leopold von Österreich und Steiermark erworbene Freiheit und erneuert sie, weil diese Herzogtümer Österreich und Steiermark mit Gottes Gunst unter seine und des Reiches Herrschaft sich gewandt haben. Unter den Zeugen: Der König von Böhmen.

Wien, 1237 Ausgang Febr.

148.

Der römische Kaiser Friedrich II. nimmt die Häuser des Ordens St. Marien der Deutschen in den Herzogtümern Österreich und Steiermark und in der Mark Kärnthen mit ihren Untertanen und Besitzungen in seinen Schutz. Unter den Zeugen als erster: W. König von Böhmen.

Wien, 1237 Febr. (Ausgang).

149.

Der römische Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Kloster St. Florian das am 14. Febr. 1213 gewährte Schutzprivileg und erneuert es. Unter den Zeugen: Der König von Böhmen.

Wien, 1237 Febr. (Ausgang).

150.

Der römische Kaiser Friedrich II. nimmt das Kloster in Wilhering in seinen Schutz und gewährt ihm große Freiheiten. Unter den Zeugen König W. v. Böhmen.

Wien, 1237 Febr. (Ausgang).

151.

Der römische Kaiser Friedrich II. bestätigt dem Schottenkloster in Wien das Privileg, das Herzog Leopold von Österreich demselben einst gewährt hat. Unter den Zeugen: Der erlauchte König W. von Böhmen.

Wien, 1237 März (Anfang).

152.

Die Fürsten des Reichs, unter denen auch der König von Böhmen genannt wird, erklären, daß sie auf Wunsch und Willen des Kaisers Friedrich II. dessen Sohn Conrad zum römischen König gewählt haben.

Wien, 1237 Febr. (Ausgang).

153.

König Wenzel I. von Böhmen bezeugt, daß der edle Smil einen Teil des Dorfes Klappay dem Kloster in Tepl mit seiner Zustimmung verkauft hat und einen Teil des empfangenen Geldes dem Kloster für die Gebetsbruderschaft dargeboten hat.

Prag, 1237 März 7.

154.

Papst Gregor IX. schreibt den Prioren und Provinzialen des Predigerordens über den Bruder ihres Ordens Euechard, der, als er nach Troppau, einer Stadt Mährens, gekommen sei, von der Predigt zur Lästerung übergehend, sich nicht gescheut habe, in der Öffentlichkeit zu sagen, daß am Körper des hl. Franziskus keine Stigmata gewesen wären. Er trägt ihnen auf, den Bruder vom Predigeramt zu suspendieren und zum apostolischen Stuhl zu schicken, damit er den verdienten Lohn bekomme.

Viterbo, 1237 März 31.

155.

Papst Gregor IX. erlaubt der Äbtissin Agnes des Klosters zu St. Franziskus in Prag des Ordens des hl. Damian, daß sie fünfmal jährlich die Messe im Chor des Klosters hören und dem zelebrierenden Priester zuschauen dürfe.

Viterbo, 1237 April 4.

156.

Papst Gregor IX. erlaubt den Nonnen im Kloster des hl. Franziskus des Ordens des hl. Damian, daß die Äbtissin mit Rat des Visitators wegen des Klimas ihnen Dispens vom Fasten und für den Gebrauch von Schuhwerk und Pelzen erteilen kann.

Viterbo, 1237 April 9.

157.

Papst Gregor IX. schreibt an Bischof Robert von Olmütz über die Stigmata des hl. Franziskus und befiehlt ihm, daß er die Gnade der Stigmata bekannt mache, weil er in offenen Briefen an alle treuen Christen gesagt habe, weder der hl. Franziskus noch sonst ein Heiliger dürfe mit Stigmaten abgebildet werden, und derjenige, der das Gegenteil behaupte, sündige, und man dürfe demselben als einem Feind des Glaubens nicht Glauben schenken.

Viterbo, 1237 Apr. 12.

158.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Kloster in Tepl die erblichen Besitzungen, die tschechisch „kladské" heißen und die er in dem Dorfe Klappay gehabt hat.

Postelberg, 1237 April 12.

159.

Papst Gregor IX. nimmt das Kloster des hl. Franziskus in Prag in das Recht und Eigentum des hl. Petrus und unter den Schutz des hl. Stuhls und setzt unter Gewährung großer Privilegien fest, daß dort der Gottesdienst nach der Sitte der römischen Kirche gefeiert wird, ausgenommen den Psalter, den mit seiner Erlaubnis die Äbtissin und Schwestern nach gallikanischer Gewohnheit sprechen dürfen. Er legt ihnen den Jahrzins einer goldenen Obole auf.

Viterbo, 1237 Apr. 14.

160.

Papst Gregor IX. nimmt das Hospital des hl. Franziskus in Prag in seinen Schutz, bestätigt demselben die namentlich angeführten Besitzungen, gewährt ihm sehr reiche Privilegien und setzt fest, daß dem apostolischen Sitz von demselben jährlich ein Byzantiner zu zahlen ist.

Viterbo, 1237 Apr. 14.

161.

Otto II., Pfalzgraf bei Rhein und Herzog von Bayern, schenkt dem Kloster der Minoriten bei der Erlöserkirche in Regensburg den Platz vor dieser Kirche. Unter den Zeugen: Der König von Böhmen.

1237 Mai 12.

162.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt dem Marienhospital des Deutschherrenordens in der Siedlung der Deutschen in Prag die Besitzungen, die ihm von König Ottokar I. einst in Böhmen und Mähren geschenkt sind, unter namentlicher Anführung derselben.

1237 Mai 12.

163.

Papst Gregor IX. legt dem Propst und Kapitel des hl. Petrus in Wischehrad auf, daß sie für den Jahrzins von 12 Mark, der durch Cölestin III. auf 5 Mark herabgesetzt ist, der römischen Kirche 5 Mark gutes Silber zahlen sollen.

Viterbo, 1237 Juni 22.

164.

Ulrich von Kärnthen bestätigt, nachdem er von König Wenzel I. mit der Verwaltung des Bezirkes Lundenburg betraut ist, den Einwohnern seines Bezirkes die Rechte, die von Herzog Conrad Otto in dem Bezirk Brünn festgesetzt und von Primysl Ottokar I. erneuert sind.

Bisenz, 1237 Juli 14.

165.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt auf Grund eines Tausches mit dem Pfarrer Sdislaus von St. Peter in Brünn für bestimmte ausdrücklich genannte Güter dieser Kirche seinen Besitz im Dorf Parfuß der Kirche St. Peter.

Brünn, 1237 Aug. 14.

166.

König Wenzel I. von Böhmen gibt dem edlen Vratislaus, nachdem seine Schuldlosigkeit durch Zeugen bewiesen ist, die väterlichen Güter zurück und schenkt dem Kloster in Kaunitz die auf den Gütern erbauten Kirchen nach der Schenkung Wilhelms, des Vaters des Vratislaus.

Brünn, 1237 (August).

167.

Papst Gregor IX. nimmt den Abt und das Kapitel des Klosters in Saberdowitz und alle Besitzungen desselben in seinen Schutz und bestätigt ihm die Besitzungen, die er größtenteils namentlich anführt.

Viterbo, 1237 Sept. 24.

168.

Papst Gregor IX. schreibt an den Abt von Strahow, den Propst Eppo und den Archidiakon in Prag über den Rechtsstreit, der zwischen Herzog Heinrich von Schlesien und Krakau und dem Erzbischof Fulco und dem Kapitel von Gnesen besteht. Er trägt ihnen auf, daß sie den Herzog auf Bewährung vom Bann freisprechen und ihm einen letzten Termin innerhalb von drei Monaten festsetzen, innerhalb dessen er sich durch einen geeigneten Prokurator vor dem apostolischen Stuhl einfindet, um über das Grundsätzliche zu tun und anzunehmen, was die Rechtsordnung bestimmt.

Viterbo, 1237 Sept. 29.

169.

Papst Gregor IX. schreibt dem Bischof und Dekan in Schröttersburg und dem Dekan in Kruschwitz über den Streit zwischen dem Bischof von Breslau einerseits und dem Herzog Heinrich von Schlesien und seinem Sohn Heinrich andererseits, dessen Entscheidung vom apostolischen Stuhl dem Abt von Strahow und seinen Kollegen übertragen ist, die im Lande des Schwestersohns des Herzogs weilen. Er trägt ihnen auf, daß sie den Parteien einen letzten Termin setzen, an dem sie durch Prokuratoren vor dem päpstlichen Stuhl erscheinen sollen, da der Bischof und sein Kapitel vor den zuerst bestimmten Richtern ihre Sache nicht sicher zu vertreten wagten. Ferner ermahnt er sie, den ersten Richtern aufzuerlegen, daß sie ohne Ansehen der Person in ihrer Untersuchung der Sache so vorgehen, daß sie nicht nach einer Seite zu neigen scheinen.

Im Lateran, 1237 Okt. 23.

170.

König Wenzel von Böhmen schenkt dem Hospital des Deutschritterordens in Altenburg 8 Hufen in Sindemansdorf, die sein Ritter Andreas von Tettau nach Lehnrecht besaß.

1237.

171.

Bischof Robert von Olmütz bestätigt dem Kloster in Oslawan das Patronatsrecht der Kirche in Neukirchen im Bezirk Troppau.

Saberdowitz, 1237.

172.

Abt Reinher von Kladrau gibt den Bezirk seines Klosters, der Vladislavsko oder Sežemice heißt, im Austausch gegen den Bezirk Čižkov dem Gallus, Sohn des Marquard.

1237.

173.

Abt Reinher von Kladrau gibt mit Zustimmung des Prager Bischofs Bernhard, seines Konvents und des Königs Wenzel den Bezirk seines Klosters, der Vladislavsko heißt, im Austausch dem Gallus, Sohn des Marquard, für den Bezirk Čižkov.

1237.

174.

Markgraf Primisl von Mähren gibt der Schenkung des Bezirkes Semislav, den Adalbert von Doubravnik dem Kloster Doubravnik gegeben hat, seine Zustimmung.

Hulein, 1238 Jan. 27.

175.

König Wenzel I. von Böhmen bestätigt dem Kloster Waldsassen 6 Höfe im Dorf Pschan, die sein Vater demselben einst geschenkt hatte, und schenkt ihm das Erbgut seines Jägers Orta in dem genannten Dorf.

Prag, 1238 Febr. 20.

176.

König Wenzel I. von Böhmen mit seiner Gemahlin Kunigunde überträgt das aus seinem Besitz gegründete und dotierte Kloster St. Marienthal der Äbtissin Adelheid und den Nonnen des Zisterzienserordens zu ewigem Besitz, übernimmt den Schutz desselben und gewährt ihm genau umschriebene Freiheiten.

1238 Febr. 22.

177.

König Wenzel I. bestätigt dem Kloster Chotieschau den Besitz der von Propst Otto von Melnik gekauften Dörfer Torov, Tschernotin und Vrabina.

Bei Plaß, 1238 März 23.

178.

Herzog Heinrich II. von Schlesien und Krakau schenkt den Brüdern des Hospitals St. Johannis in Jerusalem das Dorf Kossen zur Aussetzung nach deutschem Recht. — Unter den anwesenden Zeugen: Herr Boleslaus, einst Herzog von Böhmen, und seine Bruder, Herr Sobieslaus.

Hobena, 1238 (nach März 19).

179.

Markgraf Primisl von Mähren schenkt dem Kloster in Hradisko für die ihm von Abt Gerlach geleisteten Dienste das Dorf Pohl mit den Freiheiten, die die andern Dörfer im Besitz des Klosters genießen und die das Dorf genoß, als es zur Tafel des Markgrafen gehörte.

Prag, 1238 März 30.

180.

König Wenzel von Böhmen bestätigt dem von seiner Mutter Konstanze gegründeten Kloster Tischnowitz alle Besitzungen, von denen er die meisten namentlich anführt.

Prag, 1238 Apr. 4.

181.

Der königliche Schenk Zbraslaus weist in seinem Testament einige Dörfer ausdrücklich seinem Bruder Hoier und der Gattin Domaslava unter gewissen Bedingungen zu. Derselbe schenkt andere namentlich angeführte Dörfer oder deren Einkünfte dem Hospital des hl. Franziskus in Prag, den Predigerordensklöstern in Prag und Königgrätz und dem Kloster der Minoriten von St. Jakob in Prag.

Wiklek, 1238 April.

182.

Papst Gregor IX. nimmt von der Äbtissin Agnes und dem Konvent des Klosters St. Franzisci in Prag des Ordens des hl. Damian den Verzicht auf das Hospital des hl. Franziskus entgegen und gestattet, daß sie gegen ihren Willen nicht zum Empfang irgendwelcher Besitzungen gezwungen werden können.

Im Lateran, 1238 April 15.

183.

König Wenzel von Böhmen bestätigt dem Kloster Plaß das mit seiner Zustimmung von dem Kämmerer Zdeslaus geschenkte Dorf Darowa, dann auch das von dem Ritter Protiva von Zizinkaw gekaufte Dorf Kosteletz und das vom Abt des Klosters Kladrau mit Zustimmung des Konventes gekaufte Dorf Korit.

Plaß, 1238 Apr. 19.

184.

Papst Gregor IX. überträgt dem Provinzial der Provinz Polen des Predigerordens und dem Prager Prior desselben Ordens die Pflicht, das Hospital des hl. Franziskus in Prag zu visitieren und zu reformieren, auf 5 Jahre.

Im Lateran, 1238 Apr. 22.

185.

Papst Gregor IX. überträgt dem Meister des Hospitals des hl. Franziskus in Prag, Albert, und seinen Brüdern den Besitz des Hospitals, auf das die Äbtissin Agnes und der Nonnenkonvent des Ordens des hl. Damian verzichtet haben, und erklärt, das Hospital solle unter dem dauernden Schutz des apostolischen Stuhls bleiben.

Im Lateran, 1238 Apr. 27.

186.

Papst Gregor IX. bestätigt dem Propst und Konvent des Klosters Doubravnik des Ordens St. Augustini die Besitzungen, die ihm einst von Stephan, dem Vater des Propstes, geschenkt worden sind.

Im Lateran, 1238 Apr. 27.

187.

Papst Gregor IX. mildert der Äbtissin und dem Konvent des Klosters des hl. Franziskus in Prag wegen der Rauhheit des Klimas die Strenge der Regel in gewissen Punkten.

Im Lateran, 1238 Mai 5.

188.

König Wenzel I. von Böhmen schenkt dem Kloster Plaß für das Dorf Koschlan, das er demselben einst zur Abgeltung einer Verpflichtung gegeben hatte, eine andere seiner Besitzungen namens Scheles.

Plaß, 1238 Mai 5.

189.

Papst Gregor IX. belohnt die Magd Christi Agnes, die auf die Äbtissinwürde verzichtet, und ermahnt sie feierlich, den höchsten Tugenden nachzustreben.

Im Lateran, 1238 Mai 9.

190.

Papst Gregor IX. befreit Agnes, die dem apostolischen Stuhl die Regel ihres Klosterlebens zur Bestätigung vorgelegt hat, von dieser und befiehlt ihr, die Regel, die er ihr unter seiner Bulle zuschickt, anzunehmen und ihr künftig in ihrem Kloster nachzuleben.

Im Lateran, 1238 Mai 11.

191.

Bischof Bernhard von Prag bezeugt, daß der Edle Všebor zur Zeit der Altarweihe in der Kirche Zderas erklärt habe, die namentlich angeführten Dörfer seien von ihm dieser Kirche geschenkt. Diese Schenkung ist auch durch eine Urkunde des Edlen festgelegt.

Prag, 1238 Mai 24.

1.

Kungunda, regina Bohemiae, commutationem villae Hodina inter Otakarum I. regem eiusque filium Venceslaum et abbatem monasterii in Plasy factam comprobat et chartam de ea re datam confirmat. — — —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A). Emler, Reg. Boh. II, pag. 579, num. 1342 (reg. perperam ad a. cc. 1285). — Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen XII (1874) pag. 71, num. 35 (reg.)

Charta manu quadam ignota scripta in monasterio ipso confecta esse videtur. — Charta notis temporis omnino caret. Commutationem villae Hodina etiam Kungunda regina adsentiente factam esse, iam diplomate Otakari regis anno 1229 dato commemoratur. Monasterium peculiarem quoque reginae consensum sigillo ipsius instructum mox postquam Otakaro rege mortuo cum marito suo solio scaeptroque potita esset, comparare sibi studuisse verisimile est. Quam ob rem chartam hoc loco posui.

Triplex funiculus difficile rumpitur et que sepius confirmantur, maiori vigore consistunt. Notum sit tam ‖ presentibus quam futuris, quod ego dei gracia Gungundis Boemorum regina concambium, quod fecerunt ‖ pie recordacionis rex Odakarus cum filio suo inclito rege Wencezlao ac marito nostro cum ‖ domino abbate de Plaz de villa quadam nomine Nahodini, illud factum, quod tunc temporis ordinatum erat per predictos, illud firmum et stabile habemus et presenti scripto privilegium, quod per cancellarium nostrum, prepositum Wissegradensem Arnoldum dabatur,[1] roboramus, ne possit inde aliqua calumpnia in posterum oriri.

Autographo appensum est lora membranacea sigillum fractum et attritum formae ex longo rotundae, cuius altitudo fere 90 mm, latitudo 52 mm sunt. In sigillo figura feminae in solio sedentis veste sinuosa indutae conspicitur, quae corona capiti imposita manu dextra scaeptrum gestat, sinistram vero pro pectore tenet. Circumscriptionis defractae haec literae supersunt: ///SIGILLVOꝛ · ◡/////////////////'S · DE//GRAC'A ◡◡//OꝛORVM · REGIN///.

2.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Osek proventus nonae septimanae de theloneo in Kopisty (Kopitz) ab Otakaro I. rege ei quondam donatos denuo donat. *Pragae 1231 ian. 4.*

---

1. 1) *i. e. privilegium Přemysli Otakari I. datum Pragae a. 1229, quod iam in CDBoh. II, pag. 341, num. 332 dedimus.*

Apographum insertum est confirmationi Přemysli Otakari II. regis datae 1272 iul. 14, cuius exemplar saec. XIV. medii servavit liber privilegiorum „Codex Damascus" dictus, qui in tabulario monasterii in Osek asservatur, fol. 4r — 4v (B).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 358, num. 764 (fragm.) — Scheinpflug, Die Urkk. im Kl.-Archive zu Ossegg, in: Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutsch. in Böhmen VIII (1870), pag. 36, num. 6 (reg.)

Notam temporis, quae procul dubio describentis incuria in codice corrupta est, secundum annorum coronationis rationem corrigendam esse existimavi.

In[a] nomine Domini amen. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod nos W.,[1] dei gracia Boemorum rex, secundum quod bone memorie karissimus dominus et pater noster, prout in eius privilegio super hoc dato plenius continetur,[2] monasterio de Ozzek nonam septimanam in theloneo de Copitz contulit, spontanea liberalitate et libera munificencia nostra contulimus, donavimus et concessimus idem none septimane theloneum eidem monasterio iure perhenni possidendum. Et ut hec collacio nostra imperpetuum robur optineat firmitatis, presentem litteram nostram, nostro munitam sigillo, prefato monasterio duximus concedendam. Datum Prage anno dominice incarnacionis MCCXXXI[b] mense ianuarii in octava puerorum[c] Innocentum, anno coronacionis nostre III. Datum per manus Ypolyti archidiaconi Pragensis coram testibus infra scriptis, videlicet eodem Ypolyto archidiacono Pragensi, Bohuzlao filio Zlauconis, Witcone et fratre eius Heinrico, Witcone iuniore, Johanne filio Zbizlai, Bohuzlao filio Radym,[d] Hotheborio et fratre eius Nedamiro[e] et aliis quam pluribus, quorum nomina propter prolixitatis dispendium duximus obmittenda.

3.

Gregorius IX. papa Eberhardum II. archiepiscopum Salisburgensem et Sigefridum episcopum Ratisponensem, imperialis aulae cancellarium, monet, ut a praelatis et principibus, quorum nomina iis transmittit, et inter quos etiam rex Bohemiae adfertur, cautionem nomine Friderici imperatoris recipere procurent iuxta formam pacis inter ecclesiam et imperatorem apud sanctum Germanum reformatae.[1] *Laterani 1231 ian. 16.*

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine II, quod in tabulario secreto Vaticano asservatur, fol. 44v, lib. IV, ep. 96a.

Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 108 (reg.) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 361, num. 766. — Rodenberg, Epistolae e regestis pontif. Rom. (in Mon. Germ. Epp. saec. XIII) I, pag. 343, num. 424. — Potthast, Reg. pontif. num. 8651. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 8630.

2. a) *Chartae apographo praemittitur in B inscriptio colore rubro scripta*: ‚Privilegium domini regis Otak*ari [!]* super theloneum none septimane in Copitz.' — b) ‚MCCXXX' *describentis incuria B.* — c) ‚in die sanctorum' *describentis incuria B.* — d) ‚Radyni' *B.* — e) ‚Hedainrico' *B.*

1) *Wenceslaus.* 2) *De hoc privilegio, quod ante a. 1207 datum esse verisimile est, vide ea quae in CDBoh. II, pag. 375, lin. 37 sq. commemoravimus.*

3. 1) *Acta, quae ad pacem apud S. Germanum et Ceperani initam pertinent, vide apud Weiland, Constitutiones (Mon. Germ. Leg. sect. IV) II, pag. 170, num. 126 sqq.*

4.

Gregorius IX. papa compositionem litis, quae inter abbatem conventumque monasterii in Louka (Klosterbruck) et Adam, presbyterum ecclesiae sancti Michaelis in Znojmo (Znaim), de iure parochiali ecclesiae sancti Nicolai ad monasterium illud pertinente, sepulturis, decimis aliisque rebus erat, amicabiliter factam confirmat. *Laterani 1231 ian. 18.*

Apographum saec. XV. exstat in cod. ms. ‚Matrica Lucensis' dicto, qui in tabulario terrae Moraviae Brunnae asservatur, pag. 69, num. XLIX (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 229, num. 209 — Erben, Reg. Boh. I, pag. 361, num. 767 (reg.) — Potthast, Reg. pontif. num. 8652.

Gregorius[a] episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis ..[1] abbati et conventui monasterii de Luca, Premonstratensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Ea, que iudicio vel concordia terminantur, firma debent et illibata consistere, ac ne in recidive contencionis scrupulum relabantur, apostolico convenit presidio communiri.[b] Sane peticio vestra nobis exhibita continebat, quod cum olym inter vos ex parte una et Adam, presbiterum ecclesie sancti Mychaelis in Znoym, Olomucensis diocesis, ex altera coram ..[2] abbate de Jerus et coniudicibus suis,[3] a sede apostolica delegatis, super iure parrochiali ecclesie sancti Nicolai, ad eorum monasterium pertinentis, sepulturis, decimis[c] et rebus aliis questio verteretur, tandem inter vos et eundem presbiterum mediantibus predictis iudicibus amicabilis super hiis composicio intervenit, quam apostolico roborari munimine postulastis. Nos igitur precibus vestris benignum impercientes assensum composicionem ipsam, sicut sine pravitate provide facta est et sponte ab utraque parte recepta et hactenus pacifice observata, necnon in litteris predictorum iudicum confectis exinde dicitur plenius contineri,[4] auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani XV kalendas februarii, pontificatus nostri anno quarto.

5.

Christianus, primus episcopus Prussiae, fratribus hospitalis sanctae Mariae Teutonicorum Hierosolymitanae donat iura et proventus in territorio Chulmensi, quae ab episcopatu Plozensi accepit. „Huius rei testes sunt: Albertus, abbas

4. a) *Apographo praemittitur inscriptio colore rubro scripta:* ‚Confirmacio Gregorii pape ecclesiis sancti Nicolai et sancti Michaelis' *B.* — b) ‚communiri' *in loco raso scriptum B.* — c) ‚turis, decimis' *in loco raso scriptum B.*

1) *Floriano.* — 2) *Friderico.* — 3) *scilicet Babone, abbate de Altenburg, et B. plebano de Hardegg.* — 4) *Litteras illas, datas in monasterio Louka a. 1226 iul. 24 dedimus in CDBoh. II, pag. 279, num. 285.*

Velegradensis, Chůnradus, Geroldus, Dietmarus subprior de Sancta cruce, Heinricus sacerdos, Gebolfus; fratres domus Theotonicorum: Fridericus, Heinricus, Ulricus et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini MCCXXXI, anno domini Gregorii pape noni quarto —." *1231 [ante mart. 21].*

Philippi, Preußisches Urkundenb. I, 1, pag. 63, num. 82 (ex autogr. tabularii reg. in Königsberg).

Chartam ante d. 21. martii datam esse annus pontificatus Gregorii IX. papae docet. Ad idem fere tempus referenda esse videtur eiusdem episcopi charta, qua hospitali Teutonicorum tertia pars omnium proventuum ad Christianum episcopum spectantium donatur. Cuius quidem donationis testes adferuntur: „Albertus abbas Velegradiensis; monachi Conradus, Geroldus, Heinricus sacerdos, Gebolfus; Wernerus de Praga; fratres domus Theutonice: Fridericus, Ulricus, Fridericus, Diepoldus —. Acta sunt hec apud Rubenichit a. — MCCXXXI, a. pontificatus Gregorii pape noni quarto." *(Voigt, CD. Prussicus I, pag. 24, num. 25 ex apographo in maiori libro privileg. apostolicorum in tabulario Königsbergensi; Philippi l. l. pag. 64, num. 83; CD. Moraviae VII, pag. 722, num. 59; Reg. imp. V, num. 11095). — Locus ‚Rubinich' in Austria situs fuisse videtur.*

6.

Gregorius IX. papa Constantiam, reginam Bohemiae, cum omnibus bonis et specialiter iis, quae ad eam ratione dotalicii pertineant, tuendam suscipit.

Laterani 1231 apr. 10.

Apographum exstat in Gregorii IX. papae registro, quod in tabulario secreto Vaticano asservatur, vol. II, fol. 71v, lib. V, ep. 18 (R).

Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 109 (reg.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 230, num. 210. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 361, num. 768 (exc.) — Rodenberg in Monum. Germ. Epp. saec. XIII, tom. I, pag. 351, num. 436. — Potthast, Reg. pontif. num. 8705.

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Carissime in Christo filie Constantie, illustri regine Boemie, salutem et apostolicam benedictionem.[a] Etsi sedes apostolica, cui licet immeriti presidemus, tamquam universalis mater omnibus aperiat viscera pietatis, non tamen omnes equali affectu prosequitur, sed maiori prerogativa personas illas diligit et honorat, quas in devotione repperit promptiores. Inde est, quod nos attendentes devotionem, quam ad sacrosanctam Romanam ecclesiam, matrem tuam, et personam nostram dinosceris habere sinceram, et preter comune debitum pastoralis officii, quo curam et sollicitudinem tenemur gerere singulorum, specialem serenitati tue gratiam exhibentes, personam tuam cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante Domino poteris adipisci, sub protectione suscipimus apostolice sedis et nostra. Specialiter autem Brecyzlauiensem, Pribizlauensem[b], Conowiz, Godenin, Bisenz et Budewigez provincias, quas ad te ratione

6. a) *In R superscriptio his tantum verbis colore rubro scriptis exprimitur:* ‚Constantie illustri regine Boemie'. — b) ‚Pribizlaun' *R.*

dotalicii asseris pertinere, sicut eas iuste possides et quiete, auctoritate tibi apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam[c] nostre protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.[d] Si quis autem[e] hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani IIII idus aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

7.

Gregorius IX. papa Vitoslavo, abbati s. Mariae, Petro praeposito et magistro Thomae, canonico Vratislaviensis ecclesiae, litem, quae est inter monasterium in Břevnov et Johannem II., episcopum Pragensem, de monasterii illius decimis detentis, diiudicandam committit. Laterani 1231 maii 11.

Apographum insertum est sententiae Vitoslavi abbatis eiusque coniudicum anno 1232 datae, cuius autographum in tabulario Musaei regni Bohemiae asservatur (A).
Erben, Reg. Boh. I, pag. 369, num. 783 (fragm. perperam ad a. 1232) — Grünhagen, Reg. z. Schles. Gesch. I, num. 370 — Potthast, Reg. pontif. num. 8741.

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis . . [1] abbati sancte Marie, . . [2] preposito et magistro Thome canonico Wratislawiensibus[a] salutem et apostolicam benedictionem. Abbas et conventus de Brevnov nobis conquerendo monstrarunt, quod venerabilis frater noster . . [3] Pragensis episcopus quasdam decimas ad eorum monasterium pertinentes contra iusticiam detinet et sibi reddere contradicit. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis, facientes, quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani V idus maii, pontificatus nostri anno[b] quinto.

8.

Gregorius IX. papa abbatissam et sorores inclusas monasterii sancti Francisci in Doubravník tuendas suscipit eisque possessiones et alia bona earum confirmat. Reatae 1231 iun. 18.

6. *c)* ‚Nulli ergo etc.‘ *R.* — *d)* ‚vel — contraire‘ *desunt in R.* — *e) Quae sequuntur usque:* ‚incursurum‘ *tantum compendio* ‚etc.‘ *indicantur in R.*

7. *a)* ‚Wrat‘ *A.* — *b)* ‚anno pont. nostri‘ *A.*

1) *Vitoslavo.* — 2) *Petro* — 3) *Johannes II.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario civitatis Brunnensis asservatur (A). Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 231, num. 211 — Erben, Reg. Boh. I, pag. 362, num. 769 (reg.) — Potthast, Reg. pontif. num. 8751.

In membranae replicatae parte sinistra nota b. r. *scripta est.*

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus.. abbatisse ac || sororibus inclusis monasterii sancti Francisci in Morauia constituti salutem || et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete || pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Spetialiter autem possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Reate XIIII kalendas iulii, pontificatus nostri anno quinto.

Autographo appendet filis sericis flavis et rubris Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem atque illa, cuius imaginem praebet Diekamp in Mitth. d. Instituts f. österr. Gesch. III, tab. paginae 626 adnexa num. 5 et 33.

9.

Gregorius IX. papa monasterii in Břevnov protectionem suscipit eique possessiones, libertates et immunitates atque immunitates saecularium exactionum a Boleslavo duce concessas confirmat. *Reatae 1231 iun. 20.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario abbatiae Břevnovensis asservatur (A). Ziegelbauer, Hist. monast. Brevnov. pag. 256 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 362, num. 770 (fragm.) — Pothast, Reg. pontif., num. 8752.

In autographi dextro angulo superiore quaedam cancellariae apostolicae nota scripta erat, quae iam legi non potest. In membranae replicatae sinistro margine nota ‚R. V.' *legitur. In autographi tergo manu cancellariae apostolicae adnotatur*: ‚[B]rew[no]w'.

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis..[1] abbati et conventui monasterii sanctorum Benedicti, Alexii et Bonifacii || de Brewniow, ordinis sancti Benedicti, salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis of||ficio propensius diligere

9. 1) *Dluhomilo.*

consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine con fovere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas et monasterium vestrum, in quo divino vacatis obsequio, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem locum, in quo dictum monasterium vestrum situm est, de Brewniow, et alias villas, terras, possessiones, redditus, iura et cetera bona vestra, libertates quoque ac immunitates a felicis recordationis Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, archiepiscopis et episcopis monasterio vestro concessas nec non libertates et immunitates secularium exactionum a clare memorie Bolezbhvo,[a] duce Boemie, fundatore prescripti cenobii vestri, marchionibus, baronibus et aliis Christi fidelibus vobis indultas, ac antiquas et rationabiles consuetudines eiusdem monasterii hactenus observatas, sicut ea omnia iuste ac pacifice optinetis et in instrumentis confectis exinde plenius dicitur contineri, vobis et per vos sepefato monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Reate XII kalendas iulii, pontificatus nostri anno quinto.

Autographo appensa est filis sericis flavis et rubris Gregorii IX. papae bulla plumbea, cuius imaginem praebet Diekamp in Mitth. d. Instituts f. österr. Gesch. III, tab. paginae 626 adnexa, num. 5 et 33.

10.

Gregorius IX. papa Johanni archidiacono, Victori decano et magistro Thomae canonico Vratislaviensibus litem, quae est inter Dluhomilum, abbatem de Břevnov, et Johannem II, episcopum Pragensem, de certa summa pecuniae non persoluta, pro qua Andreas, eiusdem episcopi antecessor, a praedicto abbate villam quandam nomine ecclesiae Pragensis emerat, diiudicandam committit.

Reatae 1231 iun. 26.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Břevnov asservatur (A).

Dobner, Monum. hist. Boem. VI, pag. 11 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 362, num. 771 (fragm.) — Potthast, Reg. pontif. num. 8755 — Grünhagen, Reg. z. schles. Gesch. I num. 372 (omnes perperam ad diem 27. iun.).

In autographi tergo in medio margine superiore atramento pallido quaedam cancellariae nota posita est, quae ‚R' legenda esse videtur.

---

9. *a) ita distincte A.*

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis ..[1] archidiacono, ..[2] decano et magistro Thome cano||nico Wratizlauiensibus salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius ..[3] abbas de Breumon[a] nobis || exposuit conquerendo, quod cum ipse bone memorie A.,[4] Pragensi episcopo, pro certa summa pecunie || nomine Pragensis ecclesie vendiderit quandam villam, eodem episcopo, priusquam pecuniam ipsam exsolveret, sublato de medio, venerabilis frater noster ..[5] Pragensis episcopus, successor ipsius, eidem abbati, ut tenetur, satisfacere contradicit. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis causam et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Reate VI kalendas iulii, pontificatus nostri anno quinto.

Autographo appendet e filis canabinis Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem atque in num. 9.

11.

Fridericus II., Romanorum imperator, Otakaro rege mortuo regnum Bohemiae cum omni honore, iuribus et pertinentiis filio illius Venceslao possidendum confirmat. *Melfiae 1231 mense iulio.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

*Goldast, De Boh. regni ... incorporatarumque provinciarum iuribus ac privilegiis ... commentarii (Francofordiae 1627) Append. docum. pag. 24, idem (editio H. Schminckii 1719) Append. docum. pag. *31, num. 15 = Balbin, Miscellanea hist. reg. Boh., Decad. I, lib. VIII vol. I, pag. 9, num. 10 — Lünig, Des Teutschen Reichsarchivs tom. VI, Part. spec. cont. I, Forts. 1, pag. 5 — Sommersberg, Scr. rer. Siles. I, pag. 925. — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 232, num. 212 — Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II, tom. III, pag. 294. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 362, num. 772 — Jireček, Cod. iur. Boh. I, pag. 65, num. 34. — Weiland, Constitutiones (Monum. Germ. hist., Legum sect. IV) tom. II, pag. 189, num. 154 — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 1883.*

Ficker l. l. diploma mense iulio iam progresso datum esse putat, quod in ipso archiepiscopus Barensis et magister hospitalis Teutonicorum testes adferuntur, qui mense iunio ab imperatore ad papam missi sunt.

(C.) § In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus[a] secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. § || Tunc imperiale fastigium sua rutilat dignitate ac potentie sue sceptra clarificat, cum ad reges et principes suo subiectos imperio sue radios claritatis

10. *a) ita distincte A.*

1) *Johanni.* — 2) *Victori.* — 3) *Dluhomilus.* — 4) *Andreae.* — 5) *Johannes II.*

11. *a) nomen litteris maiusculis scriptum A.*

effundit et ipsis ‖ paterna regna munifica largitione confirmat. Hinc est igitur, quod per presentem augustalem paginam notum esse volumus tam modernis quam posteris universis, quod cum olym vivente dilecto principe nostro Octakaro, illustri Boemorum rege, recepto á dilecto principe et affine nostro Watizláo iuniori rege, filio eius, homagio, iuxta morem concesserimus ei tamquam primogenito de innata liberalitate nostra regnum Boemie post eiusdem patris sui obitum ab imperio possidendum:[1] attendentes ad presens, rege predicto O.,[2] patre ipsius, rebus humanis exempto, qualiter ipse, dum vixit, nobis, illustri Romanorum regi Henrico, karissimo filio nostro, et imperio devotus extiterit, et memoratus filius eius Watizlaus, rex iunior, paterne devotionis erga nos, dictum regem filium nostrum et imperium imitator et successor existat atque iugiter grata et ardua servicia exhibet et in antea exhibere poterit gratiora, nec non etiam ob maioris dilectionis gratiam, qua suo incremento tenemur, cum illustrem reginam C.,[3] dilectam consobrinam nostram, habeat feliciter in consortem, concessionis dudum habite munera liberaliter prosequentes,[b] regnum Boemie cum omni honore ac dignitate, civitatibus, castris, villis et terris eidem regno pertinentibus et cum omni iure, quo dictus rex, pater eius, iddem[c] regnum rationabiliter noscitur possedisse, imperialis auctoritatis munimine confirmamus prefato Watizlao, iuniori regi, tenendum et possidendum, sicut tenere debet á nobis et imperio. Presentis privilegii auctoritate mandantes, quatinus nullus princeps, dux, marchio, comes, legatus nullaque sublimis persona vel humilis, ecclesiastica vel mundanä contra presentis confirmationis nostre divalem paginám venire presumat; quod qui presumpserit, penam mille librarum auri se compositurum agnoscat, quarum medietatem curie nostre et reliquam parti passe iniuriam se noverit soluturum. Ad huius itaque nostre confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturúm presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius autem rei testes sunt Lando Reginus, Ja.[4] Capuanus et Marinus Barensis archiepiscopi, familiares et fideles nostri, ..[5] Salernitanus et Pe.[6] Brundusinus archiepiscopi, R.[7] Melfiensis et P.[8] Rauellensis episcopi, frater Hermannus magister hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Jerusalem, Gebardus de Arneysten legatus in Ytalia, ..[9] langravius de Luckimber, comes Gerardus de Saúmes, Fridericus de Karo et Conradus de Smidilvelt, Manfridus marchio Lanzenzis,[d] Th.[10] comes Accerrarum, Riccardus marescalcus, Riccardus camerarius, Henricus magne imperialis curie magister iusticiarius et alii quam plure s

✠ Signum domini nostri Friderici[a] secundi, dei gratia invictissimi Romanorum (M.) imperatoris semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. ✠

11. *b) super ,q' titulus omissus est A. — c) ita A. — d)* ,Lanz̄' *A.*

1) *die 26. iulii 1216; vid. CDBoh. II, num. 127.* — 2) *Otakaro.* — 3) *Cunigundam.* — 4) *Jacobus.* — 5) *Caesarius.* — 6) *Petrus.* — 7) *Richerius.* — 8) *Petrus.* — 9) *Diepoldus.* — 10) *Thomas I. de Aquino.*

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense iulii, quarte indictionis, imperante domino nostro Friderico,[a] dei gratia illustrissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii eius undecimo, regni Jerusalem sexto, regni vero Sicilie tricesimo quarto, feliciter amen. Datum in civitate Melfie anno, mense et indictione pretitulatis.

Autographo adpensa est filis sericis rubris Friderici imperatoris bulla aurea. In priore bullae parte imago regis conspicitur in solio sedentis, qui manu sinistra globum cum cruce dextra vero scaeptrum gestat. Circumscriptio: ✠ FRIDERIC9 DI GRA • ROMANORVM IPATOR ⁊ SEP • AVG *[in sigilli area]* 'ST9 ⁊ REX ⁊ SICILIE IERLEM. *In altera bullae parte urbis imago cum turribus conspicitur. Circumscriptio:* ✠ ROMA • CAPVT MVNDI • REGIT. • ORBIS • FRENA ROTVNDI. *Bullae imaginem dedit Philippi, Zur Geschichte der Reichskanzlei unter den letzten Staufern, tab. VIII, num. 5 et 6; Posse, Die Siegel der deutschen Kaiser tom. I, tab. 30, num. 4 et 5.*

12.

Gebhardus, episcopus Pataviensis, partem feudi, quod Vítek nobilis Bohemiae a se et ecclesia Pataviensi habet, iacentem inter fluvium Böhm. Mühl et Danubium, pretio trecentarum marcarum argenti Pataviensis ponderis diebus praestitutis solvendarum redimit. *Velden 1231 dec. 17.*

Apographum saec. XIII. exstat in Codice traditionum ecclesiae Pataviensis III (ab Ottone de Lonsdorf concinnato), qui in tabulario generali regni Bavariae Monachii asservatur, fol. 111v—112r (B).

Monum. Boica XXVIII, pars 2, pag. 334, num. 90. — Urkundenbuch des Landes ob d. Enns III, pag. 5, num. 4. — Vid. et. Sperl, Die Grenzen zwischen Böhmen und dem Mühllande im Mittelalter und die Heimat der Witigonen, in Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutschen in Böhmen 38 (1900) pag. 403.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Gebhardus, dei gracia Patauiensis episcopus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Ad noticiam perveniat omnium presentem paginam intuentium, quod nos volentes absolvere feodum illud, quod Witigo, nobilis homo de Boemia, a nobis et Patauiensi possidet ecclesia, in hoc cum ipso convenimus, quod ei CCC^tas marcas argenti Patauiensis ponderis pro quadam parte feodi solveremus, que protenditur a fluvio illo, qui dicitur Rv̊schemuhel, in inferiori parte usque ad Danubium, quicquid ipse in dictis terminis a Patauiensi ecclesia dinoscitur possidere, homines, agros cultos et incultos, infeodata et non infeodata, tali condicione interposita, quod ei in festo purificacionis beate virginis proximo venturo[1] C marcas persolvamus, in pentecoste[2] C, in festo beati Martini[3] similiter C; hoc

11. *a) nomen litteris maiusculis scriptum A.*

12. 1) *die 2. febr. 1232. Vid. infra num. 17.* — 2) *die 30. maii 1232.* — 3) *die 11. nov. 1232.*

tamen pacto interposito, quod si in secunda solutione, in festo videlicet pentecostes, C marcas persolvere negligamus, prima solutio C marcarum sit deperdita; et si tercia solutio, videlicet in festo beati Martini, neglecta fuerit, extunc soluciones sint deperdite precedentes. Predictus eciam nobilis Witigo prefatum feodum, quod sicut diximus a Ruschmvhel in inferiori parte usque ad Danubium protenditur, nobis tali pacto obligavit, quod quando nos ei predictam pecuniam persolvamus, sive in terminis constitutis sive ante, ex tunc predictum feodum nobis et ecclesie vacabit libere et penitus absolute. Quod si prefatam pecuniam terminis constitutis neglexerimus, quidam ministeriales nostri, quos inferius subscribemus, fide data promiserunt, quod ei possessionem predicti feodi, quod nobis obligavit, restituant et resignent. Si vero predictam conventionem ratam habere nollemus, Otto de Tegernbach et Waltherus de Tannberch, ministeriales nostri, in dominica Invocavit[1] ad villam predicti nobilis, que Predal dicitur, accedent et inde non recedent, quousque quinquaginta marce predicto viro nobili persolvantur. Prefatus quoque nobilis fide data vice sacramenti firmiter compromisit omnia feoda sua, que a Patauiensi possedit et possidet ecclesia, in manus nostras obligando, quod ipse in iudicio illo, quod in bonis a nobis comparatis a duce Austrie habere dinoscitur, iuxta peticionem nostram et instructionem facere debeat, ut nostre ecclesie conservetur, et si aliquis nos in dicto iudicio gravare presumpserit, ipse per ius et potentiam nobis et ecclesie illud tenebitur defensare. Quod si facere non poterit vel noluerit, de predictis CCC^{tis} marcis L nobis tenebitur relaxare. Et ne aliquis tali facto per aliquam calumpniam valeat contraire, presentem paginam tam sigillo nostro quam sigillo predicti nobilis decrevimus communire. Huius rei testes sunt: Waltherus de Tannberch, Heinricus de Winspach, Chunradus Zachhalm, Heinricus de Monte, Wernhardus et Irnfridus fratres de Pogesruke, Siboto et Heinricus fratres de sancto Vlrico, Fridericus de Hengestslage, Wernhardus Jovchenberge, Heinricus de Griezperge et alii quam plures. Datum apud Velden anno dominice incarnationis $M^{o}C^{o}CXXXI^{o}$, $XV^{o}I$ kalendas ianuarii, indictione IIII.

13.

Theodoricus abbas de Osek (Ossegg) villas Svinná et Vranov monasterio in Kladruby pro centum et quadraginta marcis vendit. — *1231* —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario caes. reg. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 363, num. 773 (fragm.)

Autographum manu quadam ignota scriptum ad scribam quendam Cladrubensem revocandum esse videtur. — Indictio, quae in nota temporis adfertur, cum anno non congruit;

12. 1) *die 28. febr. 1232.*

cum autem epactae anni eiusdem XV sint, chartae auctorem tabulis quibusdam negligenter inspectis epactarum numerum pro indictione perperam legisse verisimile est.

Theodericus, dei permissione abbas in Ozzec licet indignus, omnibus in|| perpetuum. Cuncta mortalium negocia, que habenda fuerint statu solido, scrip||torum ac veracium sunt roboranda testium perhenni firmamento. Sciat ergo tam|| presentium quam futurorum successio, quia predium duarum villarum iuxta Misam sitarum, quarum vocabula sunt Zvina et Vranowe, quod ex datione bone memorie domini Scutiboronis nostre provenerat ecclesie et sue uxori ab antecessoribus nostris ad tempus vite sue usu fructuario fuerat delegatum, nos alio nostre ecclesie predio sibi dato, prefato tenore ab ea utendo, redemimus de ipsius manu. Nos vero idem duarum villarum predium, communi nostri consensu capituli, una nobiscum mediante priore nostro Budis, domino Reinherio abbate[a] sueque ecclesie in Claderub distraximus pro centum et XL marcis. Quam summam secundum pactionem integraliter et honeste nobis solutam ipsum negocium, secundum quod gestum est, huic pagine propter sinistros occursus a malicia hominum emergentes cum appensione nostri sigilli duximus inprimendum una cum predio ob cautelam sui ipsis tradentes, iugi observatione in sua ecclesia habendum. Testes autem horum sunt: dominus Johannes episcopus ecclesie Pragensis, Eppo prepositus maioris ecclesie Pragensis, dominus Cassianus abbas Porte Apostolorum, dominus Boguslaus fundator noster, Zlauco et Borso filii eius, Vitus de Belusiz, Sifridus Pucazizc de Praga et filius eius et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Domini MCCXXXI, indictione XV.

Sigillum, quod autographo lora membranacea appensum erat, iam avulsum et deperditum est.

14.

Robertus, episcopus Olomucensis, ecclesiae sancti Jacobi in burgo Brunnensi, cuius ius patronatus monasterio in Oslavany pertinet, ius parochiale concedit et in capella sancti Nicolai, quae iacet infra terminos ecclesiae illius, sacerdotem Romanum instituit. In Modriz 1231 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario civitatis Brunnensis asservatur (A). Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 233, num. 213 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 364, num. 774 (fragm.)

Autographum manu scribae, quem ,Robertus 10' vocamus, scriptum est. Eadem manus in autographi tergo adnotavit: ,R. episcopi super ecclesia sancti Jacobi in Brunna' *Chartam ab eodem auctore verbis contextam esse puto, a quo Roberti episcopi charta a. 1213 claustro monialium apud sanctum Petrum in Olomuc data (v. CDBoh. II, num. 106) et Přemysli Otakari regis diplomata CDBoh. II, num. 59, 110, 239, 272 aliaque composita sunt.*

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Nos dei gracia Rubertus, Olomucensis episcopus, abbatisse et toti sacro conventui in Valle|| sancte Marie, que vulgo dicitur Ozlauan, deo servientibus in perpetuum. Cum antiquorum

13. *a) ita scribae incuria (pro* ,abbati'*) A.*

matura et decocta prudencia gesta temporum || suorum consueverit scriptis mandare, eo quod gestarum rerum memoria esset tenax et firma, nos eorum imitantes vestigia statui||mus quedam necessaria claustro Vallis sancte Marie in scriptis redigere et precipue illa, que quodam tempore in nostra presencia sunt diffinita. Noverit itaque tam presens etas quam futura posteritas, quod illustris memorie IIIus rex Bohemorum Premisl nomine ad peticionem nostram et aliorum bonorum virorum pro remedio anime sue et inclite recordationis Wladizlay fratris sui, quondam marchionis Morauie, ius patronatus in ecclesia sancti Iacobi, que est sita in burgo Brunensi, cum omnibus appendiciis suis contulit claustro, quod vulgo vocatur Ozlauan, ad usus inibi deo serviencium. Super qua donatione eis suum dedit privilegium suo sigillo munitum.[1] Que ecclesia illos deberet habere limites, que[a] tempore fratris sui Wladizlay consueverat habere, videlicet quod omnes Teutonici et Gallici prefate ecclesie cum decimatione et omni iure ecclesiastico debeant subiacere. Nos autem illi ecclesie concessimus ius parrochiale quoad baptismum et sepulturam et cetera secramenta, que spectant ad ius parrochiale, quia illa ecclesia temporibus nostris fundata et a nobis in expensis abbatisse prenominate est[b] consecrata. Ecclesia autem sancti Nicolay, que iacet infra terminos ecclesie sancti Iacobi, non debet habere sepulturam, nec baptismum, nec huiusmodi sacramenta parrochialia. Set quia cives circa illam manentes maxime erant Romani et linguam Morauorum vel Teutonicorum non intelligebant, ideo auctoritate nostra facta fuit capella sancti Nicolay et a nobis consecrata, et dedimus eis Romanum sacerdotem, qui eorum linguas intelligeret et confessiones audiret et haberet diurnam utilitatem, qualiscumque posset fieri de oblationibus eorum, et si quid vellent ei boni specialiter facere, hoc suum esset. Et hoc fecimus cum consensu et consilio capituli nostri. Sacerdos autem in ecclesia sancti Iacobi non debet institui, nisi ad presentationem domine abbatisse et conventus illius ecclesie, salva ubique auctoritate diocesani episcopi et archidiaconi, ita ut eorum iuri in nullo detrahatur. Nec sacerdos debet institui ad ecclesiam sancti Nicolay, nisi salvo iure sancti Iacobi ecclesie et ab ipsa debet institui. Testes autem huius donationis et confirmationis sunt hii: Arnolphus Trebecensis, Conradus Zaberdouicensis, Otto Lutomislensis abbates, Ambrosius prepositus Cunicensis, Mauricius de Lubes, Luduicus et Simon de Weligrad, monachi ordinis Cisterciensis, dominus Nicolaus archidiaconus Brunensis, Conradus notarius Brunensis et alii quam plures. Datum in Modriz anno ab incarnatione Domini MCCXXXI.

Autographo appendebant filis sericis albis et flavis duo sigilla formae rotundae de cera naturali confecta, quorum fragmenta tantum supersunt. Primum sigillum ecclesiae Olomucensis fuisse videtur. Alterum sigillum est Roberti episcopi, quod eadem forma provectum est atque illud, quod iam in CDBoh. II, num. 78 descriptum est.

14. a) *ita* (‚q̄') *A.* — b) ‚est' *eodem atramento superscr. A.*

1) *Privilegium hoc a. 1228 dec. 6. datum dedimus in CDBoh. II, pag. 324, num. 322.*

15.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Velehrad privilegium, quod illi Přemysl Otakarus I. rex a. 1228 nov. 27 concesserat, confirmat eiusque verba omnia rescribit.

In Velehrad 1232 ian. 18.

Autographum in membrana scriptum in tabulario caes. reg. aulico Vindobonensi asservatur (A). Alterum autographum, quod quondam in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservabatur, iam deperditum est. — Apographum saec. XV. exstat in Codice Velehradensi (in tabulario terrae Moraviae) fol. 6.

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 235, num. 214 (ex A) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 365, num. 776 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 2' signamus. Diploma ab eodem auctore verbis contextum est, qui etiam Přemysli Otakari I. regis diplomata CDBoh. II., num. 110, 272 aliaque et Roberti episcopi chartam proxime praecedentem (num. 14) composuit. Quem quidem auctorem e clericorum ecclesiae Olomucensis numero fuisse pro certo affirmare ausim.

§ In nomine sancte et individue trinitatis amen. § Ego Wenzeslaus, dei gracia rex Boemorum IIII[us], monasterio Willegradensi Cysterciensis ordinis et fratribus ibi deo servientibus in perpetuum. Cum regalis potestas debeat esse clemens et munifica et precipue sanctarum ecclesiarum providere libertati et securitati, venerande antiquitatis decrevimus imi||tari vestigia et monasteria magnificentissime memorie avorum et proavorum nostrorum constructa insuperque celebris memorie patris nostri Premizle et inclite recordationis patrui nostri Wladizlai, abbaciam ab eis fundatam, dotatam et ditatam cura diligentissima manutenere fovere et tueri et iura ipsi abbacie afflua liberalitate concessa perpe||tualiter conservare in quantum divina nobis concedit auctoritas et nostra perspicacior providencia sacrosanctis ecclesiis valet consulere. Inspeximus autem privilegia excellentissimi patris nostri et insuper preclari patrui nostri, ideoque quicquid est ab eis iuris et libertatis concessum monasterio Willegradensi in eorum privilegiis, eidem monasterio || abprobamus et confirmamus. Et ne quis dubitet, quod in privilegio patris nostri contineatur, verbo ad verbum fecimus in hac carta exprimi, ut nullius animus, cum ex autentico nostro certam rerum habeat noticiam, possit aliqua suspicione turbari, quin nostre liberalissime voluntatis cognoscatur circa abbaciam Willegradensem plena devocio et continua defensio. Privilegium gloriosissimi patris nostri incipit sic: § In nomine sancte et individue trinitatis amen.[a] § Ego Premizl, qui et Othacarus, tercius rex Boemorum, monasterio Willegradensi *etc.*[1] Hic est expressus integraliter tenor privilegii patris nostri illustris memorie regis, qui et Othacarus cognominabatur. Quem tenorem nos auctoritate nostra confirmamus

15. *a) Invocatio indiligenter descripta est; nam in Otakari regis privilegio legitur*: In nomine sancte trinitatis et individue unitatis.'

1) *Sequitur privilegium Přemysli Otakari I regis anno 1228 nov. 27 monasterio in Velehrad datum totidem verbis descriptum, quod iam in CDBoh. II, pag. 319, num. 321 dedimus.*

et etiam ubicumque possumus eidem monasterio plenius et firmius volumus providere, secundum quod convenit magnifice potestati nostre. Testes quidem huius nostre confirmacionis et accedentis in privilegio patris nostri consensus sunt hii, qui ad hoc vocati sunt, et in quorum presencia hec acta sunt, scilicet in capitulo Willegradensi, ubi nostre potestatis plena accessit auctoritas; nomina autem testium sunt hec: Heinricus abbas Placensis cum monachis Lupoldo et Heinrico, Rivvinus abbas Gredicensis cum monacho Sebastiano, Bohuslaus filius Zlauconis, Heinricus filius Witiconis, Swatoslaus, Nycolaus filius Bohute, Watha subcamerarius, Jaroslaus subdapifer, Zbraslaus subpincerna, Sulizlaus filius Zvesth, Strezimirus, Ahna filius Milhost, Daleborus, Mladota filius Bohusse, Guntherus de Budissin Boemi; Moraui: Petrus comes, Slawa, Sudomirus, Pardus, Semislaus, Johannes, Andreas, Gerardus, Willehelmus pincerna et Lupoldus frater eius, Gebehardus. Que ut omnia rata permaneant, hanc nostre serenitatis paginam nostri sigilli munimine fecimus roborare. Datum in Willegrade anno ab incarnacione Domini $\overset{o}{M}C\overset{o}{C}XXXI\overset{o}{I}$, $X\overset{o}{V}$ kalendas februarii per manum Johannis, notarii nostri, Lutomericensis canonici, presidente domino Alberto, abbate reverendo.

Autographo appensum est filis sericis coloris rubri sigillum formae rotundae de cera coloris miniacei confectum duo latera habens, cuius diametros sunt 74 mm. In priori sigilli parte rex depingitur in solio sedens, qui corona capiti imposita manu sinistra globum cum cruce, dextra vero scaeptrum tenet. Circumscriptio: + PAX · REGIS · WENCEZLAI · IN · MANV · SANCTI. WENCEZLAI . *In altera sigilli parte depingitur sanctus Venceslaus in solio sedens, qui manu dextra hastam cum vexillo tenet, sinistra palmam gerens scuto innititur, in quo insigne aquillae conspicitur. Circumscriptio*: + SANCTVS · WENCESLAVS · BOEMORVM · DVX. — *Sigillum ita accurate cum illo congruit, quo Přemysl Otakarus I. ab a. 1224 inde usus est (v. CDBoh. II, pag. 256 ad num. 264), ut dubitari non possit, quin Venceslaus rex eadem forma usus sit, in qua tantum circumscriptio partis prioris immutata est. — Sigilli imaginem dedit Kalousek, Obrana sv. Václava ed. 2, pag. 131.*

16.

Gregorius IX. papa „ministris et fratribus ordinis Predicatorum in regno Boemie constitutis" scribit se ex relatu „Maçouiensis, Wladiçlauiensis et Wratislauiensis episcoporum et capitulorum suorum" percepisse, quomodo pagani Pruteni contra christianos saeviant. Mandat, ut assumpto sanctae praedicationis officio „pauperum et debilium crucesignatorum in regno Boemie" vota peregrinationis Hierosolymitanae in succursum fratrum hospitalis sanctae Mariae Teutonicorum adversus Prutenos commutent. Correpturis arma in tam iusta causa indulgentias pollicetur.

Reatae 1232 ian 23.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine II, quod in tabulario secreto Vaticano (Reg. Vatic. tom. XV) asservatur, fol. 148^{v} — 149^{r}, lib. V, ep. 168. Raynaldi, Annal. eccl. XIII, pag. 387 (fragm.) — Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 110 (reg.) = Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 239, num. 217 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 366, num. 778 (fragm.) — Grünhagen, Reg. z. Gesch. Schles. pag. 160, num. 376

(reg.) — Philippi, Preuss. Urkundenb. I, 1, pag. 66, num. 87 — Rodenberg, Epist. e reg. pontif. Rom. selectae (Mon. Germ. hist., Epp. saec. XIII) I, pag. 370, num. 460 (ex Rayn.) — Potthast, Reg. pontif. num. 8848 — Auvray, Registres de Grégoire IX, tom. I, col. 478 num, 754 (extr.).

17.

Gebhardus, episcopus Pataviensis, „partem feodi nobilis viri Witegonis, que protenditur a fluvio, qui dicitur Rv̊schemvhel, in inferiori parte usque ad Danubium, quam ipse a se et a Patauiensi ecclesia possidebat, pro CCC marcis argenti redimere volens" quoddam feodum a Sibotone de sancto Udalrico vacans Engelschalco, civi Pataviensi, et filio ipsius Christiano pro ducentis marcis argenti iure feodali confert. Pataviae 1232 febr. 2.

Monum. Boica XXVIII, pars 2, pag. 336, num. 91 et pag. 449 (e Cod. traditionum eccl. Pataviensis III) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 367, num. 779 (extr.)

Gebehardi episcopi pactum cum Vitcone nobili vid. supra num. 12.

18.

Gregorius IX. papa Laurentio episcopo, decano et cantori Wratislaviensibus controversiam, inter W. praeceptorem et fratres Sepulcri dominici de Zderas ex parte una et abbates de Plasy et de Osek (Ossegg), ordinis Cisterciensis, et Johannem, canonicum Pragensem, ex altera de decimis, possessionibus et aliis rebus vertentem et iam coram abbate Strahovensi actam, diiudicandam committit. Reatae 1232 febr. 21.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. bibliothecae universitatis Pragensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 367, num. 780 (extr.) — Potthast, Reg. pontif. num. 8883.

In membranae replicatae margine dextro haec nota cancellariae apostolicae posita est: . b . d . *Alia nota cancellariae, quae in autographi tergo in medio margine superiore scripta erat, iam discerni non potest.*

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Venerabili fratri ..[1] episcopo et dilectis filiis .. decano et .. cantori Wratislauiensibus || salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii W. preceptor et fratres Dominici Sepulchri de Sderaz sua nobis insinuatione mon||strarunt, quod cum nuper dicto preceptore apud sedem apostolicam constituto ..[2] de Plaz et ..[3] de Ozek abbates Cisterciensis or||dinis et J.[4] canonicus Pragensis dictos fratres super decimis, possessionibus et rebus aliis coram ..[5] abbate Strahouensi, Ypolito[a] archidiacono et B.[6] scolastico Pragensibus auctoritate apostolica convenissent, ipsi contumaces

18. *a) ultima ,o' ex ,um' in loco raso corr. A.*

1) *Laurentio.* — 2) *Alberto?* — 3) *Theoderico.* — 4) *Johannes.* — 5) *Petro.* — 6) *Bernhardo.*

reputantes eosdem pro eo, quod sine ipso preceptore parti alteri respondere nolebant, in possessionem petitorum causa custodie partem induxerunt eandem et infra annum adiudicarunt eis veram possessionem pro sue libito voluntatis. Quare nobis humiliter supplicarunt, ut cum nondum sit annus elapsus, eis iuri stare paratis restitui possessionem huiusmodi faceremus. Unde ipsis nostris dedimus litteris in mandatis, ut, si est ita, infra duos menses post receptionem ipsarum, sufficienti a dictis preceptore ac fratribus super hoc cautione recepta et satis facto parti alteri, prout iustum fuerit, de expensis, possessionem ipsis restituant supra dictam in causa iuxta priorum litterarum continentiam, appellatione remota, ratione previa processuri. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dicti iudices infra prescriptum tempus mandatum nostrum recusaverint adimplere, vos illud extunc exequi procuretis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, tu, frater episcope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum Reate VIIII kalendas martii, pontificatus nostri anno quinto.

Autographo appendet e filo cannabino Gregorii IX. papae bulla plumbea, cuius imaginem dedit Diekamp in Mitth. d. Inst. f. österr. Geschichtsforschung III, tab. ad pag. 626, num. 5 et 33.

19.

Gregorius IX. papa Budisinensi et sanctae Afrae praepositis et decano Misnensi mandat, ut provisionem annuam centum marcarum argenti Peregrino, quondam episcopo Pragensi, ab successore eius solvi procurent.

Reatae 1232 mart. 10.

Apographum exstat in Gregorii IX regestorum volumine III, quod in tabulario secreto Vaticano asservatur, fol. 159 r lib. V, ep. 196 (R).

Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 111 (reg.) — Erben, Reg. I, pag. 368, num. 781 — Gersdorf, Urkb. d. Hochstifts Meissen (Cod. dipl. Saxoniae regiae, zweiter Haupttheil) I, pag. 100, num. 111. — Potthast, Reg. pontif. num. 8894.

.. Budisinensi et .. sancte Afre prepositis et .. decano Misnensi.[a] Licet olim venerabilis frater noster P.,[1] episcopus quondam Pragensis ecclesie, felicis memorie H.[2] pape predecessoris nostri consiliis humiliter acquiescens, cesserit oneri regiminis ecclesie ante dicte, nosque de provisione sua debita sollicitudine cogitantes centum viginti marcas argenti de redditibus mense Pragensis episcopii deputatis sibi provisionis nomine duxerimus assignandas, ab eo, qui ecclesie predicte prefuerit, eidem in festo Omnium sanctorum[3] persolvendas integre annuatim: quia tamen, sicut accepimus, eadem ecclesia pretextu ipsius provisionis nimium est gravata, provisionem huiusmodi ad summam centum

19. a) *Superscriptio colore rubro scripta est in R.*

1) *Peregrinus.* — 2) *Honorii III.* — 3) *Die 1. novembris.*

marcarum duximus moderandam, ecclesiam ipsam a viginti reliquis absolventes. Unde nos venerabili fratri nostro . .[4] Pragensi episcopo, successori suo, firmiter dedimus in preceptis, ut predictas centum marcas eidem, quarum medietatem in ipso termino, reliquam in festo sancti Georgii,[5] sine qualibet difficultate persolvat[b]. Ideoque mandamus, quatinus, si dictus Pragensis episcopus, quod mandavimus, neglexerit adimplere, vos eum ad id auctoritate nostra, appellatione remota, cogatis. Quod si non omnes[c] hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Reate VI idus martii, anno quinto.

20.

Venceslaus I, rex Bohemiae, monasterio Teplensi confirmat omnes fundos ab ortu fluvii Teplá (Tepl) usque ad locum, ubi rivus Hluboká in fluvium illum influit.

Apud Teplá 1232 iun. 8.

Autographum in membrana scriptum in tabulario canoniae Teplensis asservatur (A).

(Hugo), Sacri et canonici ord. Praemonstratensis annales II, Probat. col. 575 — Erben, Reg. Boh. I, pag. 369, num. 784 (frgm.)

Autographum manu scribae, quem ,Venceslaus 3' notamus, scriptum est.

§ In nomine Domini amen. Nos Wencezlaus, dei gratia rex Boemorum quartus, omnibus in perpetuum. § || Quoniam nisi litterarum scientia esset prodita, cuncta, que geruntur sub sole, processu temporis evanescerent, idcirco presentis || gesti seriem transmittimus in scripto memorie posterorum. Noscant igitur tam presentes quam future posterita||tis christiani, quod fratres monasterii Toplensis nostre se presentie conferentes, nobis humiliter[a] supplicaverunt, ut privilegia, que a progenitoribus nostris de terminis et proprietatibus eiusdem cenobii receperant, dignaremur de nostre celsitudinis gratia confirmare. Nos igitur animadvertentes, quantum orationes bonorum et religiosorum virorum ad placandam iram summi et districti iudicis in die magni examinis operentur, ad instantiam et petitionem ipsorum dotes et hereditates, quibus fundamenta eiusdem ecclesie sunt erecta, videlicet universa, que ab ortu fluminis, quod dicitur Tepla, usque ad locum, quo idem fluvius cum rivo aureo, qui vulgaliter[b] Hulboka nuncupatur, conmiscetur, sunt interposita, ipsis et ipsorum ecclesie de regie celsitudinis nostre speciali clementia confirmamus, volentes, ne quisquam successorum nostrorum aut baronum seu nobilium terre hoc nostre confirmationis decretum audeat infringere aut aliquatenus violare. In huius autem rei evidentiam presens scriptum ipsis contulimus sigilli nostri munimine ac subscriptorum testimonio roboratum.

19. *b) ex* ,persolvant' *puncto sub* ,n' *posito corr. R.* — *c) reliqua usque* ,exequantur' *compendio* ,etc.' *tantum indicantur in R.*

4) *Johanni II.* — 5) *die 24. aprilis.*

20. *a)* ,h' *ex* ,se' *statim inter scribendum corr. A.* — *b) ita* (,uulgalr') *distincte A.*

Testes autem sunt hii: Bohuzlaus summus camerarius et filius eius Borso, Bohuzlaus filius Radim, Zulizlaus filius Zuuest, Cstibor de Zweisin, Vlricus filius Cstibor, Witko de Gredis, Wecemilus de Serow, Theodericus de Crassow et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXII, indictione V. Data VI idus iunii per manum domini Arnoldi, prepositi Wissegradensis et aule regie cancellarii, apud Toplam.

Autographo appensum est funiculo serico coloris viridi et rubri sigillum Venceslai regis e cera communi confectum, fractum et attritum, quod eadem forma provectum est atque illud in num. 15.

21.

Venceslaus I, rex Bohemiae, monasterio Teplensi in compensationem sumptuum, quos illi attulit cum legatis imperii et principibus Alemanniae, cognatis suis, ibi habitans, villam Únehle (Unola) cum omnibus pertinentiis donat.

Apud Teplá 1232 iun. 28.

Autographum in membrana scriptum in tabulario canoniae Teplensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 369, num. 785 (fragm.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 4' signamus, scriptum est; quem quidem scribam Johannem notarium ipsum esse puto. — Diploma ab Johanne notario etiam verbis contextum esse ex eo colligitur, quod invocatio et superscriptionis atque arengae nonnulla verba ex Otakari I. regis privilegio a. 1228. nov. 27. monasterio in Velehrad dato (CDBoh. II, num. 321) descripta sunt; quod quidem privilegium Johanni notario bene notum erat, cum illius confirmatio a Venceslao rege a. 1232. ian. 18. facta (vid. supra num. 15) notarii ipsius opera exhibita esset.

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. § Ego Wenzezlaus, || dei gracia Boemorum rex quartus, monasterio Teplensi, Premonstratensis ordinis, et ministris dei ibi degentibus in perpetuum. Si pro sola morta||lium laude captanda in execrabiles vilesque personas plerumque liberales existimus et res perituras sine fructu dando perdimus, ut per hoc nos dominos, non servos, diviciarum esse monstremus, nos potius debemus eis manum largitatis impendere, quos cultui iusticie deditos, morum honestate conspicuos, religionis commendat habitus et sacer ordo coronat. Ibi enim recte locantur beneficia, ubi crescunt merita; ibi decenter impertitur gracia, ubi cum premiis cumulatur gloria. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod nos in nova dedicione[a] Teplensis ecclesie in recompensationem dampni et gravium expensarum, quas cum legatis imperii et principibus Alemannie, cognatis et amicis nostris, ibidem fecimus, villam nomine Vnil deo et sancte Marie perpetue virgini cum pratis et terris, pascuis et nemoribus et omnibus pertinentiis suis libere contulimus, volentes ex hoc animos fratrum mitigare, quos lesimus, et sanctorum nobis patrocinia querere, quorum nomini novam basilicam noviter

21. *a) ita (pro* ‚dedicacione'*) A.*

consecratam conspeximus et dedicatam. Ut autem omni deinceps evo inviolata conservent,[b] hanc paginam sigilli nostri appensione roborari fecimus, subnotatis testibus, qui interfuerunt: Johannes Pragensis episcopus, Peregrinus eiusdem ecclesie quondam episcopus, Arnoldus Wissigradensis prepositus, Ypolitus maioris ecclesie archidiaconus et alii quam plures canonici; Bohuzlaus cum filio suo Borse, Sdezlaus camerarius; filii Witigonis Heinricus, Witigo et alter Witigo; Brezizlaus cum filiis suis, Zuatoborius, Nostup cum fratre suo Gebehardo, Jarozlaus dapifer cum fratre Budizlao, Sbrazlaus subpincerna, Vlricus, Ruz, Vlricus subdapifer, Daliborius; Bohuzlaus, Neuglaz fratres, castellani de Satec; Benada, Vlricus, Wecemilus, Stiborius de Sweisin, Herdibor de Serob cum filio Wecemilo, Wlzec, Wecemilus, Heinricus de Zuecowe et alii quam plures diverse condicionis homines. Facta sunt autem hec anno ab incarnacione Domini MCCXXXII, indictione V, anno regni nostri quinto. Datum per manum Johannis notarii in Tepla, mense iunio, die vicesima octava.

Autographo appendet e filis sericis flavis rubris albis Venceslai I. regis sigillum valde attritum idem atque in num. 15.

22.

Venceslaus I, rex Bohemiae, monasterio in Plasy villarum Bříza et Újezd donationem a Ratmiro barone factam confirmat statuitque, ut villae illae ab omni exactione liberae sint. — — —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario caes. reg. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 370, num. 787 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem ‚Venceslaus 4' denotavimus, de quo vid. prooemium chartae num. 21. — Charta non est absoluta, cum testibus et nota temporis omnino careat. Quam quidem hic intexere placuit, quod ab eodem scriba scripta et verbis contexta est atque num. 21. — Verba ‚nostre protectionis clipeo' *dictatorem diploma Otakari I. regis a. 1216 iun. 8 datum (CDBoh. II num. 125) inspexisse demonstrant. — De villae Újezd assignatione vid. CDBoh. II, pag. 248.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. || Wencezlaus, divina miseratione Boemorum rex quartus, universis Christi et ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris. Ut in nostris || gesta temporibus eterne stabilitatis robur valeant obtinere, maturiore consilio provisum est et taxatum res sollempniter ordinatas sigillatis a||picibus perennare. Quapropter omnibus notum esse volumus, quod cum ad fidelem baronem nostrum Ratimirum iam diuturna valetudine laborantem vocati venissemus, nec esset spes aliquatenus evadendi, cum pro collatis in se beneficiis grates uberes nobis pro viribus exsolvisset et

21. b) *ita* (‚conseruet') *distincte A.*

alia, que ratio poscebat, breviter perorasset, testamentum condidit et in testamento villam Breze[a] et aliam Vgizde[b] pro remedio anime sue Placensi cenobio delegavit, sue fidelitatis et obsequii in hoc flagitans remunerationem, quatinus ratam eius donationem nostra excellentia dignaretur habere et ecclesie iam dicte fratribus sub nostre protectionis clipeo conservare. Nos itaque vestigiis pie recordationis patris nostri inherere gestientes, qui prefatum locum, quoad vixit, clementiore respexit oculo, animo coluit et honoribus cumulavit, villas nominatas cum terris, pratis, aquis, pascuis, nemoribus eidem ecclesie firma ratione concedimus et eas cum omnibus attinentiis liberas et immunes esse volumus[c] ab omni exactione et impeticione quietas perpetuo permanere. Et ut omni deinceps evo inviolata conservent[d], hanc paginam sigilli nostri appensione roborari fecimus subnotatis testibus, qui interfuerunt[e]

Sigillum quod autographo filis sericis albis appensum erat, iam deperditum est.

23.

Venceslaus I., rex Bohemiae, mediam villam Langenwolmsdorf, quae in fundo regni sita est, suo assensu atque permissu ab Ottone, burggravio de Donin, ecclesiae Misnensi datam esse recognoscit. *Pragae 1232 aug. 1.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario regni Saxoniae Dresdensi asservatur (A).

Calles, Series episc. Misnens. pag. 165 — Gersdorf, Urkundenb. d. Hochstifts Meissen (Cod. dipl. Saxoniae II. Hauptt.) tom. I, pag. 102, num. 113.

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 5' signamus.

¦ In nomine sancte et individue trinitatis. ¦ Wadizlavs,[a] dei gracia Bohemorum rex, omnibus in perpetuum. ‖ Cum adeo non sit hominum maliciis indulgendum, ut quodlibet rite factum et racionabiliter approbatum ad iniquum compendium trahi possit, nos provida deliberacione propter devocionis constanciam Heinrici, quondam burcravii de Donin bone memorie, nec non et filii eius Ottonis, fidelis nostri, quam circa dilectum patrem nostrum clare memorie et eciam circa nos efficaciter sumus experti, ex eo quidem, quod in voluntatis nostre beneplacitis ultra id, quam ferre possent, paratos ac fideles reperimus, merito nos invitat, ut suis et suorum, ubicumque possumus profectibus ac desideriis intendamus. Proinde tam presentibus quam futuris per presens scriptum universis duximus exprimendum, hoc de nostra voluntate ac licencia contigisse, quod

22. *a) alia manus multo posterior nomen in* ‚Breza' *mutavit A.* — *b) alia manus multo posterior nomen in* ‚Vgizdez' *mutavit A.* — *c)* ‚et' *hoc loco scribae incuria omissum esse nemo non videt.* — *d) ita* (‚cōseruēt') *distincte A.* — *e) reliqua (nomina testium et temporis notam) supplere scriba neglexit.*

23. *a) nomen litteris maiusculis columnatis scriptum est A.*

dictus Otto, burcravius de Donin, fidelis noster, medietatem ville Volueramesdorf, quam proprietatis titulo possidebat, licet in fundo regni nostri consistat eadem et existat, cum omni utilitate ac iure, quo ipsam tenuit, Misnensi ecclesie et domino Heinrico, eiusdem ecclesie episcopo, contulit et donavit cum omni prorsus plenitudine iuris sui, que nunc inest vel inesse poterit in futurum, videlicet iudicio, areis, agris, aquis, pratis ac possessionibus universis, que in presentiarum possidet iustis modis. Ut igitur ipsa donatio, que per nos facta est secundum formam prescriptam, robur semper obtineat et validum firmamentum, et a nullo heredum nostrorum retractari valeat ullo modo, ideo plane recognoscimus ipsam sine fraude factam esse, et hoc per presentem paginam fideliter ac publice protestamur. Si quis vero dictum episcopum vel ecclesiam eius Misnensem in villa predicta Volueramesdorf turbaverit, aut dampnum ingesserit, vel pavorem incusserit, aut gravamen intulerit ullo modo, indignacionem regie maiestatis et triginta marcarum auri debitum se noverit incurrisse. Ut autem ipsa donacio futuris temporibus observetur, presens scriptum conscribi precepimus et sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt: Arnoldus de Wischerat prepositus, Ypolitus domini regis cancellarius; laici: Bogezlaus filius Zlawekonis, Chastelaw et Heinricus frater eius prefectus Budesinensis, Jarezlawe filius Marquardi, Benesse filius Benesse, Grozenete de Podebrat, Gevehardus et Luderus frater eius de Rodeswiz, Volueramus de Gerardesdorf et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCCXXXII, indiccione V, regnante Wadizlao, Bohemorum rege gloriosissimo, anno regni eius quarto. Datum Prage kalendis augusti feliciter amen.

Autographo appensum est filis sericis coloris rubei caerulei flavi fragmentum sigilli, quod ad eandem formam spectat atque illud, quod apud num. 15. describitur.

24.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Oslavany privilegium fundationis a patre suo Přemyslo Otakaro I. datum confirmat.

In Znojmo 1232 aug. 7.

Autographum in membrana scriptum in tabulario civitatis Brunensis asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 239, num. 218 — Erben, Reg. Boh. I, pag. 371, num. 792 (reg.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 6' signamus, scriptum est. Qui quidem scriba idem est atque ille, quem in Přemysli Otakari I. regis diplomatibus nomine ‚Otakarus 5' notavimus. (De scriba isto vid. CDBoh. II, prooemium chartae num. 59). — Diploma ab eodem auctore verbis contextum est, a quo Venceslai regis charta monasterio in Velehrad a. 1232. ian. 18. data (v. supra num. 15) conscripta est.

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. § Ego Wenzezlaus, rex Boemorum quartus, monasterio Vallis sancte Marie, quod vulgo vocatur Ozlawan, et deo ibidem servientibus in perpetuum. Cum regalis potestas debeat esse ‖

clemens et munifica et precipue sanctarum ecclesiarum providere libertati et securitati, venerande antiquitatis decrevimus imitari vestigia et monasteria de consensu et voluntate magnifici patris nostri Premizl in regno nostro constructa, specialiter || autem abbaciam sanctimonialium Vallis sancte Marie in Ozlawan, Cisterciensis ordinis, a quadam nobili matrona nostra domina Helwidi constructam, cura diligentissima manutenere, fovere et tueri et iura ac libertates ipsi abbacie a prefato venerando || patre nostro afflua liberalitate concessas, prout in ipsius privilegio continetur, perpetualiter conservare. Et ne quis dubitet, quin nostre liberalissime voluntatis cognoscatur circa prefatam abbaciam plena devocio et continua defensio, quicquid in privilegio gloriosissimi patris nostri continetur, verbo ad verbum in hac carta fecimus annotari, quod sic incipit: ‖ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. ‖ Ego Premizl, qui et Othacarus *etc.*[1] Hic est expressus integraliter tenor privilegii patris nostri illustris memorie Premizl, qui et Othacarus cognominabatur. Quem tenorem nos auctoritate nostra confirmamus et eciam ubicunque possumus eidem monasterio plenius et firmius volumus providere secundum quod convenit magnifice potestati nostre. Testes autem huius confirmacionis sunt hii: Albertus abbas Welgradensis cum Walchuno et Jacobo monachis ordinis Cisterciensis, Wicpertus de sancto Ypolito, Cunradus notarius Brunnensis, Henricus filius Witiconis, Bohuzlaus de Vranow, Hruto de Betowe, Hartlibus, Wilhelmus et frater suus Livpoldus, Henricus filius Pribrami, Lvtoborius, Branizlaus, Bohusch Znoemenses, Theodericus procurator Znoemensis provincie et alii quam plures. Datum in Znoim per manum Johannis notarii nostri, Lvthomericensis canonici, anno ab incarnatione Domini MCCXXXII, VII idus augusti.

Autographo appensum est filis sericis flavis et rubris sigillum Venceslai regis e cera communi confectum idem atque in num. 15.

25.

Přemysl, marchio Moraviae, Gregorio capellano suo terram duorum camerariorum in villa eius Lodenice et silvam adiacentem donat.

In Znojmo 1232 m. novb.

Apographum saec. XIV exstat in Libro privilegiorum eccl. Olomucensis, qui in tabulario capituli metropolitani Olomucensis (sign. E I 27) asservatur, pars I, fol. 22^v—23^r (B). Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 240, num. 219 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 372, num. 793 (fragm.)

‖ In[a] nomine Domini amen. ‖ Premisl, dei gracia marchio Moravie, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit. Cum in signum providencie principalis

24. 1) *Sequitur privilegium Otakari I. regis datum in Oslavany anno 1228 nov. 7 totidem verbis transscriptum, quod iam in CDBoh. II, pag. 315, num. 320 dedimus.*

25. a) *Apographo praemittitur inscriptio colore rubro scripta:* ‚Privilegium super Lodenicz villam' *B.*

facta et statuta nostra littere, que baculus est memorie, committere debeamus, notum facimus universis, quod nos fideli capellano nostro Gregorio digna retribucione ipsius servicia nobis exhibita[b] principaliter recompensare volentes terram duorum camerariorum in ipsius villa nomine Lodeniche existentem et silvam adiacentem pro ipsius commodo ampliori contulimus hereditarie possidenda, precepta evangelii attendentes: ‚dignus est operarius mercede sua.'[1] Quoniam autem quorumlibet hominum statuta et facta processu temporis evanescere consueverunt, ad huiusmodi errorem repellendum et dubietatem importunam, hanc nostram donacionem presenti littere inserentes nostri sigilli appensione imperpetuum confirmamus. Hii sunt testes: Wocco Olomucensis camerarius, Semizlaus, Preborius iudex Olomucensis; Zlauata, Zpitata venatores Olomucenses, Wokko subcamerarius, Cyrh subdapifer, Idik subpincerna, Bludo filius Bludonis, Bludo filius Onsonis, Bohuzlaus filius Prothiuen, Beneda marscalcus; Beneda, Woina filii Woine; Sudomirus filius Sudomiri; Pabianus, Woyna filii Luder; Bocko filius Gerardi, Nahrad filius Weliz; Zbizlaus, Predbor filii Miloslai; Ratibor, Tworimir filii Budizlai; Bun, Jurik, Buz filii Preborii, Zauisse nepos Semizlai; Bose, Bohuta, Brecizlaus,[c] Neplah filii Neplah; Wlastibor, Gilye *filii* Janconis, Predbor *filius* Ratmiry; Ceren, Jacssa, Luder filii Scripen; Luczlaus filius Nedamiri et alii quam plures. Datum in Znoym per manus Bartholomei, dilecti prothonotarii nostri, anno dominice incarnacionis MCCXXXII, mense novembris.

26.

Venceslaus I, rex Bohemiae, monasterio in Doksany concedit facultatem erigendi civitatem in loco Königsberg (Kynšperk) dicto; cui civitati illas libertates concedit, quas aliae regni sui civitates habent, ipsamque suae et praepositi Doksanensis iurisdictioni subiicit. — *1232* —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aul. Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 370, num. 786 (extr.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 7' signamus, scriptum est. — Idem scriba etiam diploma Venceslai regis anno 1239 iun. 29 monasterio in Louka datum manu sua scripsit.

⁝ In nomine sancte et individue trinitatis. Venzezlaus, dei gratia rex Boemorum, omnibus Christi fidelibus tam futuris quam ⁝ || presentibus salutem. Quoniam humane mortalitatis aura cum tempore volubili semper circumfertur et volvitur, et plerumque, que ge||runtur in tempore, quia humane solent oblivionis nebula aboleri, nisi scripture memoria et testium annotatione, sub quorum aguntur pre||sentia, fuerint perhennata, placuit nobis presentis cedule inditio tam poste-

25. *b)* ‚servicio nobis exhibito' *B.* — *c)* ‚Breccizlaus' *B.*

1) *I Tim. 5. 18.*

rorum quam presentium noticie declarare, que regalis liberalitatis munificentia obtentu salutis bone memorie anime patris nostri regis Otakari et respectu salvationis anime nostre ac dilecte coniugis nostre Cunegundis regine Dochzannensi indulsimus ecclesie. Itaque notum sit tam moderni quam futuri temporis fidelibus, quod nos Wenzezlaus, dei gratia rex Boemie, ecclesie in Dochzan fundandi et ponendi civitatem in quodam loco, qui Cuningberch vocatur, et habendi forum ibidem sollempne omnimodam concessimus libertatem. Et ad maiorem eiusdem civitatis propagationem omnem libertatem, quam aliqua regni nostri civitas habere dinoscitur, ut habeat, omni volumus cessante refragatione, eximentes eam ab omnium advocatia, nostri et prepositi ecclesie nominate dumtaxat ipsam iurisditioni subitientes. Ut autem hec nostre donationis libertas inviolabilis permaneat et perhennis, eam testium annotatione[a] et sigilli nostri appensione roborantes confirmamus. Nomina testium: Johannes Pragensis episcopus, Arnoldus cancellarius et prepositus Wissegradensis, Eppo prepositus Pragensis, Ypolitus archidiaconus Pragensis, Zawis iudex curie, Mizzidrv, Zdizlaus camerarius, Brezizlaus de Pilzne, Zuatobur[b] congnatus eius, Vlricus frater episcopi Pragensis, Witko et Heinricus frater eius, Heinricus frater Zastolov, Budizlaus et Jerozlaus filii Jerozlai, Bores filius Bouzlai, Dlugomilus de Dolen. Datum anno gratie MCCXXX secundo.

Autographo appensum est filis sericis rubris et flavis Venceslai regis sigillum de cera viridi confectum idem atque in num. 15.

27.

Vitoslavus, abbas sanctae Mariae in Vratislavia, eiusque coniudices ab apostolica sede delegati monasterium in Břevnov restituunt in possessionem decimarum de provincia Litoměřicensi, Bilinensi et Děčinensi, quas illi Johannes II, episcopus Pragensis, detinebat. — *1232* —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario Musaei regni Bohemiae Pragae asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 372, num. 794 (fragm.) — Grünhagen, Regesten zur Schles. Geschichte, num. 393.

Autographum manu quadam ignota scriptum est. — Quo mense et die charta data sit, incertum est. Magistrum Thomam die 15. augusti 1232 in episcopum electum fuisse refert Dlugosz, cuius auctoritatem leviorem esse commemorat Grünhagen l. l. 392a. Hoc tantum pro certo affirmari potest Thomam adhuc die 31. octobris electum Vratislaviensem nominari (v. Grünhagen num. 396).

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Anno ab incarnatione Domini MCCXXXII. Nos abbas[1] sancte Marie in Wratislawia[a] || et prepositus maioris

26. a) *ex* ‚annetatione' *eodem atramento corr. A.* b) *ita* (‚Zuatob[ur]') *A.*

27. a) ‚Wrat'; ‚r' *statim inter scribendum ex* ‚a' *corr. A.*

1) *Vitoslavus.*

ecclesie[2], iudices a sede apostolica delegati, et magister P.,[3] eiusdem ecclesie canonicus, vices gerens || magistri T.,[4] electi Wratislawiensis, coniudicis premissorum, auditis rationibus, confessionibus, visis etiam attestationibus et omnibus || rite peractis, que ad causam discutiendam noscuntur pertinere, quia nobis constitit per depositiones testium omni exceptione maiorum monasterium Brevnovense decimas de Lutomirizco[b] et de Belinzco[b] et de Dezko a multis retro temporibus pacifice possedisse et per Johannem, episcopum Pragensem, violenter eiectos[c] fuisse, procuratorem Brevnouensis ecclesie et ipsam ecclesiam ad possessionem restituimus earumdem, condempnantes episcopum eundem ad restitutionem fructuum medio tempore perceptorum, quos veri possessores percepissent, si episcopus eis violentiam non intulisset. Si qui igitur, quominus secundum mandatum nostrum memorate ecclesie possessio decimarum supra dictarum et tempore medio fructus percepti restituantur, se duxerint opponendos, vel missos in possessionem presumpserint inpedire, ipsos auctoritate delegata, qua fungimur, excomunicationis vinculo innodamus. Actum in presentia testium: archidiaconi Glogoviensis T.,[5] magistri Pribizlai canonici Wratislawiensis et Jacobi canonici ibidem et domini prioris Dobrote et Woizlai cantoris eiusdem ordinis et custodis eiusdem ecclesie[d] Johannis et Petri fratris ibidem et Franconis et Johannis plebani de Legniz et multorum aliorum. Ne igitur de nostra iurisdictione[e] ab aliquibus dubitetur, transcriptum apostolicum huic sententie inseruimus ad cautelam, cuius tenor talis est: Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis.. abbati sancte Marie *etc.*[6]

Autographo appendent e filis sericis coloris flavi, rubei et albi tria sigilla de cera nigra confecta formae ex longo rotundae. In primo sigillo depingitur figura sacerdotis stantis, qui manu dextra ramum palmae, sinistra vero librum tenet. Circumscriptio: ✠ S · PETRI · PRЄPOSITI · WRATIZ. *In secundo sigillo conspicitur figura sacerdotis stantis, qui manu sinistra librum pro pectore tenet, dextra vero pedum gestat. Circumscriptio:* ✠ SIGILVM · ABB · SCЄ · MARIЄ · Ī WR. *In tertio sigillo depingitur sacerdos genibus nixus. Circumscriptio:* ✠ S · PЄTRI · CANONICI · WRAT.

28.

Ludmila, ducissa Bavariae, monasterium Seeligental in suburbio Landeshutano fundat, filio suo Ottone, duce Bavariae, consentiente.

— 1232 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario regni Bavariae generali Monachii asservatur.

Monum. Boica, XV, pag. 443, num. 1 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 374, num. 796 (fragm.)

---

27. *b)* ‚co' *eadem manus super lineam supplevit A.* — *c)* ‚eie' *ex* ‚eu' *corr. A.* — *d)* ‚ecclie *in loco raso, ubi primum* ‚eiusd' *scriptum erat, eadem manu corr. A.* — *e)* ‚s' *super lineam eod. atramento adscriptum A.*

2) *Petrus.* — 3) *Petrus.* — 4) *Thomae.* — 5) *Theoderici.* — 6) *Sequitur epistula Gregorii IX. papae data Laterani 1231 maii 11 totidem verbis transscripta, quam supra num. 7 dedimus.*

— Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod ego Ludomia,[1] ducissa Bawarie, de porcione substancie, que ex hereditate parentum meorum me contingit, — consentiente dilecto filio meo Ottone, illustri duce Bawarie et palatino comite Reni, ad instauracionem conventus sanctimonialium Cysterciensis ordinis — in hospitali Landeshut in finibus Ratisponensis diocesis, ut — pro peccatis meis et delictis et maritorum meorum defunctorum, videlicet Ludewici ducis Bawarie et Adelberti comitis de Bogen, pro salute et incolumitate filiorum meorum, predicti scilicet ducis et Adelberti comitis et successorum nostrorum nomen Domini non cessent deprecari, has V villas sitas in parochia de Chambe ante silvam Boemicam contuli, scilicet Swarzenberch, Zlemungen, Viezur superius et Viezur inferius et Rizentide, ita videlicet, ut predictarum villarum inhabitatores numquam ad aliquod servicium tam talliarum quam censuum sive exaccionum, nisi ad exsolucionem XX et unius libre et dimidie minus XII denarios et duarum scafarum, unius tritici et unius siliginis, in perpetuum cogantur ab aliquo. — Acta sunt hec anno gracie MCCXXXII, indictione V, —.

Autographo appensa sunt filis sericis tria sigilla. 1. *Sigillum Sigifridi, episcopi Ratisbonensis.* 2. *Sigillum formae rotundae, in cuius medio depingitur ducissa in solio sedens, quae manu dextra scaeptrum cum flore lilii gestat. Circumscriptio laesa:* ✠ SIGILLVM · LODOMIE · DVCISSE · BAWARIE. 3. *Sigillum equestre Ottonis ducis Bavariae laesum.*

29.

Constantia, regina Bohemiae, eiusque filius Přemysl, marchio Moraviae, monialibus apud ecclesiam sancti Petri in Olomuc terram in villa Drozdovice, quae ad castrum Nový Hrádek pertinebat, dono dant.

In Olomuc 1233 ian. 21.

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropolitani Olomucensis asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 244, num. 221 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 375, num. 797 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Přemysl 1' signamus.

In nomine sancte trinitatis. Notum sit universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod ego Constancia, dei gracia regina Boemie, || et Premizl filius meus, eadem gracia marchio Morauie, mecum pro

28. 1) *Friderici ducis Bohemiae eiusque coniugis Elisabet filia, primis nuptiis Alberto III. comiti de Bogen, secundis Ludovico I. duci Bavariae iuncta. Carmen de nuptiis ipsius cum Ludovico duce legitur in Monum. Boic. XII, pag. 92. Necrologium Windbergense obitum eius his verbis commemorat:* ‚II. nonas augusti [*die 4. aug.*] Lvdmilla ducissa Bavarie ob.' *(Monum. Boic. XIV, pag. 102). Anno 1240. ipsam e vita discessisse Farrago historico-chronologica Seeligenthalensis refert; v. Mon. Boica XV, pag. 554.*

remedio animarum nostrarum et predecessorum[a] nostrorum devotis virginibus circa ecclesiam || sancti Petri in Olomuc[b] Christo famulantibus terram ad castrum Gradecense pertinentem in willa, que dicitur Drozdowic, contulimus iure hereditario || in perpetuum pacifice possidendam; pauperibus super fundum earumdem in predicta willa residentibus eandem, quam wille Olomucensi episcopatui antiquitus collate habent, plene et absolute indulgentes libertatem. Hec autem fecimus Alberto nobili viro, qui tunc castrum Gradecense tenebat, et ad quem racione castri dicta terra pertinebat, existente presente et huic nostre collacioni benivolum prebente consensum et favorem. Et ut nostra elemosina stabilis et rata permaneat, presentem cartam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Huius rei testes sunt: Woch camerarius, Holach purcravius, Prebor iudex; Ones, Semizlaus, Spitata, Slauata, Mztata castellani Olomucenses, Johannes decanus, Radozlaus archidiaconus Olomucensis, Moyses archidiaconus Brecizlauiensis, Nicolaus archidiaconus Brunensis, Alexius, Henricus, canonici Olomucenses. Actum in Olomuc[b] XII kalendas februarii, anno dominice incarnacionis millesimo CCXXXIII.

Autographo appendebant e filis sericis coloris flavi duo sigilla, quorum primum deperditum est. Secundi sigilli, quod e cera naturali confectum erat, restat tantum parvulum fragmentum.

30.

Venceslaus I, rex Bohemiae, matri suae Constantiae circuitum Vidžin (Witschin) cum villis, quarum nomina adferuntur, donat eique villas illas alienandi licentiam dat. *Pragae 1233 febr. 6.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario canoniae Teplensis asservatur (A).

Millauer, Der deutsche Ritterorden in Böhmen (Abhandlungen d. kgl. böhm. Ges. d. Wissensch. 1832) pag. 91, num. 4 — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 246, num. 224 (fragm.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 375, num. 800 (extr.)

Autographum manu scribae, cui nomen ‚Venceslaus 8‘ imponimus, datum est. — Diploma ab Vilhelmo notario regis verbis contextum esse, diplomate hoc comparato cum illo, quod Pribislao canonico Pragensi anno 1235 datum est, pro certo affirmari potest. Ab eodem notario etiam diplomata num. 31 et 32 verbis concepta sunt.

⁝ In nomine sancte et individue trinitatis amen. ⁝ Absurdum esset et ridiculum, quod donationes vel contractus cum personis superillustribus, videlicet || cum regibus et principibus initi sint invalidi vel infirmi, cum aliorum negocia, quę auctoritatem et conscienciam habent talium personarum, solempnita||te non indigent ampliori, et ideo quecumque a regibus vel principibus dantur, vel quocumque alienationis titulo transferuntur, sine metu inquietudinis possidentur. || Noverint ergo posteri et presentes, quod quia serenissima mater nostra Constancia,

29. *a) primum* ‚p‘ *ex* ‚p‘ *radendo correctum et post* ‚de‘ *littera* ‚f‘ *erasa est A.* — *b)* ‚Olom̄‘ *A.*

regina Boemie, pro remedio anime suę pariter et nostre concepit fundare monasterium dominarum Prage in ecclesia, quę dicitur sancti Petri, in vico Tevtonicorum, nos dei gracia Wencezlaus, rex Boemorum,[a] cupientes matris nostre desiderium promovere, concedimus eidem et donamus circuitum Withsin, Vtheri cum suis iuribus, Oleschowic, Leschen, Poshom, Drewohrisi, Ztarawez, Dobra woda, Nemscice, Hristowo, Prachometi, Otrochin, Tizowo, Potrozowo, Quahlizi, Boguzlawe cum suis pertinenciis, et ipsi tam dominium quam possessionem tradimus corporalem, dantes libertatem et licenciam, ut predictum circuitum donando, vendendo et quolibet alio modo ius suum transferendo in alium, prout placuerit, alienet. Ut igitur nostra liberalitas plena securitatis gaudeat prerogativa, et ut omnes[b] contra ipsam inquietudinis aditus excludatur, prefate matris[c] nostre presens tradimus instrumentum confectum per manum Willehelmi, notarii nostri, et nostri sigillum carectarii[d] roboratum. Testes autem huius rei sunt hii: venerabiles viri abbas Bernardus de Buch, abbas Petrus de Strahov, abbas Hermannus Syloensis, Arnoldus cancellarius regię aulę, Wissegradensis prepositus, Gerhardus canonicus eiusdem ecclesie, Johannes notarius, Willehelmus notarius, Henricus de Nouo castro, Vatto subcamerarius et Boguzlaus frater eius, Henricus filius Zmil, Zauisse filius Witegonis, Nostup de Frinberc, Nevlaz filius Radim, Budizlaus Jarozlay, Zulizlaus, Zlaunik, Ypoch, Pribizlaus cum fratre Bunone, Pribizlaus filius Spere, Zbrazlaus subpincerna, Gallus filius Marquardi,[e] Fridricus filius Nacherath, Witla de Stancowic, Cunradus de Walkeberc, Nothat, Champonosius et Lambinus; fratres de domo Tevtonicorum: Volcmarus et iterum Volcmarus, Ladota, Hermannus et alii quam plures. Datum Prage anno incarnationis dominice MCCXXXIII, indictione VI, VIII idus februarii, per manum Arnoldi cancellarii.

Autographo appendet e filis sericis albis, rubris et viridis Venceslai I. regis sigillum valde attritum idem atque in num. 15.

31.

Constantia, regina Bohemiae, villas quasdam a Venceslao, rege Bohemiae, dono acceptas, quarum nomina adferuntur, monasterio in Tepla vendit.

Pragae 1233 febr. 6.

Autographum in membrana scriptum in tabulario canoniae Teplensis asservatur (A).

Millauer, Der deutsche Ritterorden in Böhmen (Abh. d. kgl. böhm. Ges. d. Wiss. 1832) pag. 92, num. 3 (fragm.) = Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 246, num. 225 — Erben, Reg. Boh. I, pag. 376, num. 801.

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 8' signavimus (vid. num. 30 et 32). Diploma ab eodem auctore atque proxime praecedens verbis conceptum est.

30. *a)* ‚Boem̄' *A.* — *b) ita (pro* ‚omnis'*) A.* *c) ita* (‚m̄ris') *pro* ‚matri' *A.* — *d) ita scribae incuria (pro* ‚sigilli caractere'*) A.* — *e)* ‚mrquardi' *A.*

¦ In nomine sancte et individue trinitatis amen. ¦ Inter privatam fortunam et culmen regium adeo magnum est discrimen, ut reges ac eorum coniuges || cautiones, que solent interponi in contractibus privatorum, agnoscere non cogantur, et ideo non immerito accipientes aliquid a regibus vel a serenissimis coniugibus || eorumdem emptionis vel donationis seu cuiuslibet alienationis titulo taliter sunt securi, ut nec evictionis periculum nec actionis calumpniam debeant for||midare. Verum, ne homines cum personis sublimibus contraentes, etsi non de iure, saltem de facto aliquod senciant detrimentum, illustres persone super suis contractibus ad cautelam conficiunt documenta. Ut igitur gesta presencium ętas nunciet in ętatem, nos Constancia, dei gracia regina Boemorum,[a] coniunx condam bone memorie regis Ottacari, circuitum Withsin, Vtheri cum suis iuribus, Olezovic, Leschen, Pochovo, Drevohrisi, Ztarawez, Dobrawoda, Nemchici, Hristowo, Brachometi, Otrochin, Tizowo, quę Wencezlaus, filius noster, gloriosus rex Boemorum,[a] nobis donavit, monasterio Teplensi vendidimus cum pertinenciis omnibus, videlicet terris cultis et incultis, pascuis et forestis, et eidem monasterio rei vendite possessionem tradidimus corporalem. Quoniam autem a conventu predicte domus Teplensis nobis est de precio satisfactum, renunciamus exceptioni pecunie non numerate. Solutionis autem series sic processit: Conceperamus siquidem Prage in ecclesia, que dicitur sancti Petri, in qua fratres hospitalis sancte Marie de domo Tevtonica morabantur, locare Cisterciensis ordinis moniales, ad quarum alimoniam ab eisdem fratribus Glupetin cum suis pertinentiis et quedam bona alia comparavimus pro mille et quingentis marcis, et in sexcentis marcis abbatem et conventum Teplensis ecclesie ipsis fratribus delegavimus debitores. Verum quia in ecclesia sancti Petri Prage domine religiose ordinis Cisterciensis commode non poterant commorari, ipsis in Morauia, in loco, qui Tusnowic dicitur, conpetentem constituimus mansionem; bona vero, quę a predictis Hospitalariis emeramus, videlicet Glupetin cum suis pertinenciis, sancti Francisci contulimus hospitali. Memorati autem abbas et conventus predictis fratribus has villas: Bichcowici, Nezel, Ugezdec, curiam in Lutomiric, Perna cum vineis ac aliis pertinenciis pro quadringentis marcis exposuerunt et insuper in puro argento ducentas marcas eisdem plenarie persolverunt. Ut autem Teplense monasterium in posterum contra omnes inquietudines sit securum, presens ei tradimus instrumentum nostri sigilli caractere roboratum. Testes autem huius rei sunt hii: venerabiles viri abbas Bernhardus de Buch, abbas Petrus de Strahov, abbas Hermannus Syloensis, Arnoldus cancellarius regie aule, Wissegradensis prepositus, Gerhardus canonicus eiusdem ecclesie, Johannes notarius, Willehelmus notarius, Heinricus de Novo castro, Watto subcamerarius et Bohuzlaus frater eius, Henricus filius Zlim,[b] Zauisse filius Witegonis, Nostup de Frinberc, Nevlaz filius Radim, Budizlaus Jarozlay, Zulizlaus, Zlavnic, Ypoch, Pribizlaus cum fratre Bunone, Pribizlaus filius Spere, Zbarazlaus

31. a) Boem' *A.* — b) *ita (pro* ‚Zmil'*) A.*

subpincerna, Gallus filius Marquardi, Fridricus filius Nacherath, Witla de Stancowic, Cunradus de Walkeberc, Notath, Champonosius et Lambinus; fratres de domo Tevtonicorum: Volcmarus et iterum Volcmarus, Ladota, Gozvin, Hermannus et alii quam plures. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXIII, indictione VI, VIII idus februarii. Datum Prage in claustro sancti Georgii.

Sigillum, quod autographo filis sericis viridis adpensum erat, avulsum et iam deperditum est.

32.

Venceslaus I, rex Bohemiae, venditionem circuitus Vidžín (Witschin), quem cum villis accurate nominatis Constantia regina monasterio in Teplá vendidit, se consentiente factam esse confirmat. *Pragae 1233 febr. 6.*

Autographa bina in membrana scripta in tabulario canoniae Teplensis asservantur (A^1, A^2).

Millauer, Der deutsche Ritterorden in Böhmen (Abh. d. kgl. böhm. Ges. d. Wiss. 1832) pag. 91, num. 2 (fragm. ex A^1) = Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 247, num. 226 (fragm.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 377, num. 802 (fragm. ex A^2).

Utrumque autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 8' signavimus. — Diploma ab eodem notario verbis conceptum est, qui diplomata num. 30 et 31 composuit.

|| In nomine sancte et individue trinitatis. || Nos Wencezlaus, dei gracia quartus rex Boemorum, universis hanc paginam inspecturis imperpetum.[a] || Cum rerum et temporum incerti sint eventus et in actione humana propter tempora labilia nil stabile queat permanere, neccesse est, ut ea, que tractu temporis sepius alienantur || et labi possunt a memoria, testimonio et litteris eternentur. Ad abstergenda igitur vestigia tocius hesitacionis notum sit tam presentibus quam futuris, quod mater nostra Constan||tia, illustris regina Boemorum,[b] domino abbati Johanni de Tepla nostra voluntate annuente circuitum Withsin, Wtheri, Oleschowiz, Leschen, Posho,[c] Drewohrisi,[d] Ztarawez,[e] Dobra woda, Nemschize,[f] Hyrztowo, Brachometi,[g] Otroschin, Dizowo,[h] Botruzowo,[i] Quahlizi,[k] Bohuzlawe cum omnibus suis attinentiis pro sexcentis marcis argenti vendidit hereditario iure possidendum, ut cenobium sancti Petri Prage in vico Tevptonicorum a fratribus domus Tevptonice pro mille quingentis marcis[l] comparatum posset exsolvere. Testes autem huius rei sunt hii: venerabiles viri abbas Bernhardus de Buch,[m] abbas Petrus de Strahav,[n] abbas Hermannus Siloensis, Arnoldus cancellarius regie aule, Wischeradensis prepositus, Gerhardus canonicus eiusdem ecclesie, Johannes

32. *a)* ‚in perpetuum' A^2 — *b)* ‚Boem̄' *A.* — *c)* ‚Poshow' A^2 — *d)* ‚Dreworisi' A^2 — *e)* ‚Starawez' A^2 — *f)* ‚Nemsize' A^2 — *g)* ‚Prachometi' A^2 — *h)* ‚Tizowo, Baranaw' A^2 — *i)* ‚Potrozowo' A^2 — *k)* ‚Quhalizi' A^2 — *l)* marc. argenti' A^2 — *m)* ‚abbas de Buch Bernardus' A^2 — *n)* ‚Strahow' A^2

notarius, Willehelmus notarius, Heinricus de Nouo castro, Watto subcamerarius et Bohuzlaus frater eius, Henricus filius Zmyl,[o] Zawische filius Witegonis, Nostvp[p] de Frinberc, Nevlaz filius Radim, Budizlaus filius Jarozlay, Zulezlaus, Zlavnic,[q] Yposch, Pribizlaus[r] cum fratre Bunone, Pribizlaus filius Spere, Zbrazlaus subpincerna, Gallus filius Marquardi, Fridericus filius Naserad,[s] Witla de Stancowiz, Cunradus de Valkenberc, Nothat,[t] Sampanosius et Lambinus; fratres de domo Tevptonicorum: Volcmarus et iterum Volcmarus, Ladotha, Gozwin, Hermannus et alii quam plures. Ut autem hec emptio in posterum rata et inviolabilis pemaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine iussimus roborari. Facta autem sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXIII, indictione VI, VIII idus februarii. Datum Prage per manum Arnoldi cancellarii.

Autographo A^1 appensum est filis sericis viridis sigillum Venceslai regis de cera communi confectum satis attritum et defractum, quod ad eandem formam revocandum est atque illud apud num. 15. — Autographi A^2 sigillum iam avulsum et deperditum est.

33.

Rudegerus, commendator domus Theutonicae in Bohemia, monasterio in Teplá parochiam in Vidžín (Witschin) et Útery (Neumarkt) atque villam Baronov vendit. *Pragae ap. s. Petrum 1233 febr. 6.*

Apographum saec. XVII. exstat in Annalibus monasterii Teplensis, quorum cod. ms. in eiusdem monasterii tabulario asservatur (B).

Millauer, Der deutsche Ritterorden in Böhmen (Abh. d. kgl. böhm. Ges. d. Wiss. 1832) pag. 96, num. 5 = Emler, Reg. Boh. II, pag. 1160, num. 2645 (fragm.)

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego Rudegerus cum universis fratribus suis, in terra Boemie commendator domus Teutonice, omnibus presentem paginam visuris in perpetuum. Ad sopiendum tocius hesitacionis scrupulum notum volumus fieri universis, tam hominibus presentis etatis quam succedenti posteritati, quod nos de consulta deliberacione et deliberato consilio domui de Tepla parrochiam nostram in Withsin et aliam in Utheri et villam Baronowe, que est dotalicium predicte parrochie in Withsin, cum decimis et cum omnibus attinenciis suis vendidimus pro centum marcis argenti hereditario iure possidenda. Testes autem huius rei sunt hii : venerabiles viri abbas Bernardus de Buch, abbas Petrus de Strahow, abbas Hermannus Siloensis, Arnoldus cancellarius regie aule, Wyssegradensis prepositus, Wilhelmus notarius, Henricus de Novo castro, Zewische filius Witgonis, Fridericus filius Nascherad, Witla de Stancowitz; de domo Teutonicorum: frater Heinricus de Meideburg, frater Heinricus de Coblenz, frater Volcmarus, iterum frater Volcmarus, frater Cunradus, frater Cuno,

32. *o)* ‚Zmil' *A^2* — *p* ‚Noztuph' *A^2* — *q)* ‚Zlaunic' *A^2* — *r)* ‚Bribizlaus *A^2* — *s)* ‚Nazerad' *A^2* — *t)* ‚Nothast' *A^2*

frater Siboldus, frater Mladotha, frater Hermannus, frater Gozwinus et alii quam plures. Ut autem hec emptio in posterum rata et inviolabillis permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine iussimus roborari. Acta sunt autem hec anno dominice incarnacionis MCCXXXIII, indictione VI, VIII idus februarii. Datum Prage apud sanctum Petrum.

34.

Gregorius IX. papa Roberto, episcopo Olomucensi, eiusque dioeceseos ecclesiarum praelatis mandat, ut abbatissam et moniales monasterii in Doubravník contra malefactores et invasores censuris ecclesiasticis defendant.

Anagniae 1233 febr. 23.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii sancti Thomae in Antiqua Brunna asservatur (A.)

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 249, num. 228 (ex apographo saec. XVIII in Annal. s. Thomae mss.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 378, num. 804 (reg.) — Potthast, Reg. pontif. num. 9103.

In membranae replicatae angulo dextro haec scriptoris nota legitur: ‚r. pon.‘ — *In litteris conscribendis forma adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae dedit Tangl, Die päpstl. Kanzleiordnungen, pag. 262, num. 29, a qua quidem forma litterae istae paucis tantum verbis discordant.*

⁞ Gregorius ⁞ episcopus, servus servorum dei. Venerabili fratri.. episcopo Olomucensi et dilectis filiis abbatibus, prioribus, prepositis, archidiaconis, ‖ decanis et aliis ecclesiarum prelatis per Olomucensem diocesim constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus, quod ita in ‖ plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur et canonice sententie severitas enervatur, ut viri religiosi et hii maxime, qui per sedis apostolice privilegia ma‖iori donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat et pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecte in Christo filie.. abbatissa et moniales monasterii de Dubraunhic pauperum inclusarum Olomucensis diocesis tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano defectu iustitie conquerentes universitatem vestram litteris petierunt apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores earum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent, et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatenus illos, qui possessiones vel res seu domos predictarum monialium irreverenter invaserint aut [ea]s[a] iniuste detinuerint, que predictis monialibus ex testamento

34. *a) ita A, ubi litterae* ‚ea‘ *attritae sunt; forma hoc loco* ‚ea‘ *habet.*

decedentium relinquuntur, seu in ipsas vel ipsarum aliquam contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare vel decimas novalium, que propriis sumptibus excolunt, de quibus aliquis hactenus non percepit, seu nutrimentis animalium ipsarum, spretis apostolice sedis previlegiis,[b] extorquere, monitione premissa, si laici fuerint, publice candelis accensis singuli vestrum in parrochiis vestris excommunicationis sententia percellatis; si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam, donec predictis monialibus plenarie satisfaciant et tam laici quam clerici seculares, qui pro violenta[c] manuum iniectione in moniales ipsas vel ipsarum aliquam anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. Datum Anagnie VII kalendas martii, pontificatus nostri anno sexto.

Autographo appensa est filis sericis coloris flavi et rubri Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem, cuius imaginem dedit Diekamp in Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch. III, tab. pag. 626 adnexa num. 5 et 33.

35.

Gregorius IX. papa omnibus vere poenitentibus, qui ecclesiam sancti Francisci in Doubravnik in festo dicti sancti visitaverint, indulgentias viginti dierum concedit. *Anagniae 1233 febr. 23.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario civitatis Brunnensis asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 248, num. 227. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 378, num. 805 (reg.). — Potthast, Reg. pontif. num. 9102.

In litteris conscribendis eadem forma adhibita est, quae etiam in aliis eiusdem papae litteris repperitur (v. exempli gratia Potthast num. 8969 et 9011 sq.)

§ Gregorius § episcopus, servus servorum dei. Universis Christi fidelibus per Olomucensem diocesim constitutis salutem et apostolicam || benedictionem. Quoniam, ut ait apostolus omnes stabimus ante tribunal Christi[1] recepturi, prout in corpore gessimus, sive || bonum fuerit, sive malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus prevenire ac eternorum || intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam eternam[2]. Cum igitur in sanctorum festivitatibus debeant ecclesias visitare fideles, si cupiunt apud deum eorum suffragiis adiuvari, universitatem vestram monemus et hor-

34. b) *ita scribae incuria A.* — c) *‚a' in loco raso eadem manu scr. A*

35. 1) *Rom. 14. 10.* — 2) *II. Cor. 9. 6.*

tamur in Domino, quatenus ecclesiam sancti Francisci de Dubraunic in eius festo, ipsius petituri suffragium et pias sororibus loci eiusdem, que in paupertate suam sufficientiam posuerunt, elemosinas largituri, cum devotione debita visitetis, ut per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus in festo ipso corde contrito et humiliato accedentibus ad ecclesiam supra dictam viginti dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Anagnie VII kalendas martii, pontificatus nostri anno sexto.

Bulla, quae autographo filis sericis appensa erat, iam deperdita est.

36.

Albertus comes de Bogen, advocatus ecclesiae Windbergensis, „transfretationis desideratum iter aggredi volens," ecclesiae Windbergensi confert „ecclesiam Viechta legittimo decedente pastore W̊lfingo." Addit „etiam ob reverentiam et dignitatem ipsius ęcclesię aliam parrochiam in terra Boemorum dictam Schv̊tenhouen cum villa adiacente Podmůkel pari debito et perpetuo iure possidendas."

— *1233 mart. 25.*

Exstant duo autographa, quorum unum in tabulario regni Bavariae generali (A1), alterum in Musaeo nationali (A2) Monachii asservatur.

Monum. Boic. XIV, pag. 46, num. 24 (A2) et pag. 47, num. 25 (A1).

37.

Gregorius IX. papa hospitale sancti Jacobi in Kladruby (Kladrau) tuendum suscipit eiusque possessiones et bona omnia confirmat.

Laterani 1233 mart. 30.

Autographum in membrana scriptum, partim igne laesum in tabulario ord. Crucigerorum cum stella rubea Pragae asservatur (A).

In membranae replicatae margine dextro nota quaedam cancellariae apostolicae scripta erat, quae iam legi non potest; tantum litterae ‚b. t' *supersunt. In autographi tergo in sinistro angulo superiore atramento pallido adnotatur:* ‚W.'

§ Gregorius § episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis.. rectori et fratribus hospitalis sancti Jacobi Clado||uibernensis, Pragensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equi||tatis quam ordo exigit rationis, ut id p[er][a] sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, || dilecti in Domino filii,

37. a) *Quae hic et infra uncis clauduntur, cum membrana combusta perierunt.*

vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et hospitale sancti Jacobi Cladouibernense, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum ius[tis mo]dis prestante Domino poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem [omnes] possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos ei[dem] hospitali vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmat[ionis] in[fr]ingere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, [ind]ignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nover[it] incursurum. Datum Laterani III kalendas aprilis, pontificatus [nostri] anno septimo.

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubeis Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem, cuius imaginem dedit Diekamp in Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch. III, tab. pag. 626 adnexa num. 5 et 34.

38.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Louka (Bruck) ius patronatus ecclesiae in villa sua Přímětice donat. *In Znojmo 1233 apr. 2.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 250, num. 229 (ex A) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 379, num. 808 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Přemysl 2' signamus. Eiusdem scribae manu etiam alia Přemysli marchionis autographa scripta sunt; quem quidem scribam Hilarium notarium ipsum fuisse puto. Idem notarius chartam etiam verbis composuit. Vid. Friedrich, O kanceláři a listinách markrabí Moravských (Věstník kr. České Spol. Nauk 1896), str. 20.

In nomine sancte trinitatis amen. Premilz, miseracione divina marchio Morauie, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Cum inter cetera virtutum insignia quadam excellencia speciali preluceant caritatis opera, ipsis primum religio debet intendere christiana, per que multitudo graciarum || feliciter adaugetur, ac post exilium huius mundi peregrinantibus celestis regni patria salubriter aperitur. Omnes itaque modernos ac posteros || scripti huius consideracionem et copiam habituros presencium exibicione volumus edoceri, quoniam pro remedio anime nostre ius patronatus ecclesie de villa nostra, que Primetic[a] vulgariter nuncupatur, monasterio de Luca cum omni iure ad nos spectante contulimus tam hilariter quam libenter, ut viri religiosi Domino famulantes ibidem relevata ipsorum indigencia sustentacione gaudeant ampliori, nosque oracionibus eorumdem sperate consolacionis beneficia consequentes adepta remissione peccaminum

38. a) ‚Primetic' *alio atramento obscuriore scriptum esse videtur A.*

perfrui possimus consorcio beatorum. Ut autem donacio prememorata, quam affectuose ac devote in pios usus et iustas causas duximus convertendam, rata et inviolabilis cursu temporum perpetuo perseveret, ob resecandum[b] tocius ambiguitatis scrupulum obviandumque malicie hominum seu ignorancie, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus insigniri, subscriptione[c] testium nichilominus adhibentes, quorum nomina sunt in sequentibus subarata : Bohuzlaus filius Zlauconis, Pribizlaus sororinus Jarosonis, Albertus de Sliuan; Pribizlaus, Dyrsislaus filii Percos, Ctibor, Beneda[d] de Bethov, Semizlaus, Wilhalmus camerarius, Ben burgravius de Znoym, Wyrs, Ratibor, Arclebus, Bohobub,[e] Hrut, Lupoldus pincerna, Bohuse, Prostey, Lutobor, Lupus, Ostoy, Dethelec, Henricus Pribrami, Branizlav, Beneda marsalcus marchionis, Marquardus dapifer, Sezema pincerna, Bocko, Micul,[f] Johannes, Bahuse filii Prozimiri, Wipertus prepositus, Marquardus, Thymo, Symon, Thomas, Victor, Petrus, Wilhalmus fisicus, Gregorius, Nicolaus, Helyas, Bartholomeus. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis[g] MCCXXXIII, indictione V. Datum Znoyem per manus Hilarii notarii IIII nonas aprilis.

Autographo appensum est filis sericis roseis sigillum de cera communi confectum rotundum, cuius diametros 77 mm sunt. In sigilli medio eques depingitur in sinistram partem se ferens, qui manu dextra hastam cum vexillo, sinistra scutum, cuius insigne aquilla est, pro pectore tenet. Circumscriptio: ✠ PREMIZL · DEI · GRACIA · MARCHIO : MORAVEI.

39.

Johannes Sybothae filius de possessionibus suis disponens mentionem facit metae inter Polonos et Moravos statuendae.

In Pransina (Pramsen) 1233 iun. 15.

Autographum in tabulario episcopatus Vratislaviensis asservatur (A). — Apographum exstat in ‚Libro nigro‘ eiusdem tabularii fol. 395 (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 251, num 230 (ex B) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 379, num. 809 (fragm.) — Grünhagen, Reg. zur. Schles. Gesch. I, num. 409.

40.

Gregorius IX. papa monasterium sancti Georgii in castro Pragensi tuendum suscipit, omnes possessiones eius, quarum plurimas nominatim recenset, atque libertates confirmat, idemque iura et libertates novas concedit.

Laterani 1233 iul. 2.

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A). — Apographum saec. XVII. exstat in cod. ms. c. r. bibl. univ. Prag. XVII. E. 41. signato, fol. 4 (B).

38. *b) ‚r‘ ex ‚ſ‘ radendo corr. A. — c) ita (pro* ‚subscriptionem‘*) A. — d) secunda ‚e‘ eodem atramento superscr.* (‚Beneda)‘ *A. — e) ita (pro* ‚Bohobud‘*) A. — f) ex* ‚Mucul‘ *puncto alterae litterae ‚u‘ hastae subposito correctum. A. — g) ex* ‚incanacionis‘ *corr. A.*

Hammerschmidt, Historia... s. Georgii in castro Pragensi, pag. 67. — P. Raymund von der heil. Elisabeth, Klosterstift St. Georgen I, pag. 384, not.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 379, num. 810 (fragm.) — Potthast, Reg. pontif. num. 9249.*

In privilegio conscribendo eadem fere forma adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae edidit Tangl, Die päpstlichen Kanzleiordnungen, pag. 305, num. 103; a qua quidem forma privilegium nostrum praeter arengam tantum nonnullis verbis omissis aut additis discrepat. — Villarum elenchus procul dubio e libello quodam descriptus est, quo monasterium papam adiit, ut sibi possessiones suas confirmaret. Sed nonnulla villarum nomina ex libello illo scriptoris incuria omissa esse contendere ausim, privilegio nostro cum charta spuria comparato, quam monasterium s. Georgii ab Agnete abbatissa et Otakaro I rege accepisse fertur (vid. CDBoh. II, num. 378, pag. 421, l. 27 sq.)

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus.. abbatisse sancti Georgii Pragensis eiusdemque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Prudentibus virginibus, que sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis iugiter se preparant obviam sponso ire, sedes apostolica debet patrocinium impertiri, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et mona||sterium sancti Georgii Pragense, in quo divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis et hiis, que vobis successerint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, Tinech, Staunice,[a] Suchidol, Kamik, Lichucewez, [Nutomici],[b] Gradec, Gusinech, Rese, Okori, Knesiwsi, Selunichi, Knowizi, Golousi, Prestaulici, Wriben, Tusetin, Otwoici, Ownech, Ownech, Boimici, Breneci, Neradici, Bresene, Crinkou, Dusnici, Suemislici, Boranouici, Strescou, Sestlici, Behouici, Criwawes, Repcici, Radeiouici, Oslnici, Vgrinewes, Borek, Krinas, Psari, Solopisci, Dudlebci, Dusnici, Nalutoue, Naneuidi, Mocropsi et alia Mocropsi, Leteh, Motol, Zabehlici, Kosur, Lubesou, Hrascane, Greluci,[c] Regleh, Otmechi, Buiesili, Lublin, Bosez, Buicicih,[1] Stradomici et Bratronici villas cum pertinentiis earundem. In provincia Lutomiricensi: Trebenici, Nedoulici,[d] Hlutpoglaui, Huelemin, Padlesin, Boztesici, Polepi,

40. *a) ita (pro* ‚Statiunice') *A. — b)* ‚Nutomici' *erasum in A, ubi paucarum tantum literarum vestigia supersunt; supplevi ex B. — c) ita (pro* ‚Goreluci') *A. — d) ita (pro* ‚Hodoulici') *A. —*

1) *In Agnetis charta spuria hoc loco sequitur* ‚Wlaze'.

Skireuici, Wranzko, Hualowici et Borec villas cum pertinentiis suis, nonum forum et tres hospites et theloneum in Lutomerich, nonum forum et theloneum in Vste, nonum forum in Satech. In provincia Melnicensi: Nebvsel, Wiezd, Gorusic, Ninehou, Gorusci et Nauurutici villas cum pertinentiis suis. In provincia Gauransko: Lubici, Kanin, Opoleli, Osek, Loldrisi, Odrepsi, Winarci, Kobilnici, Sadowi, Knenici et Knenici villas cum pertinentiis suis, nonum forum in Melnik. In provincia Natolicensi: nonum forum et theloneum in Prahatic, Bauorouici, Karlouici, Malesiciu, Vstimira wesci, Radcici, Pogorouici, Stroncouici et Lusna villas cum pertinentiis suis. In provincia Prahnensi: Welenoue, Kirlsci, Rounetici, Zamline, Wlikouici, Makarou, Bratronici, Napameioue, Sewitinsko et Vlicouici[2] villas cum pertinentiis suis. In provincia Pliznensi: nonum theloneum Domasilici, Giunaz, Napteunee,[e] Otesicih, Denouicih,[f] Whoroh, Nowakoueicih, Sizncowicih, Tinci, Dudlebcih, Obitci et Bnicici villas cum pertinentiis suis. In provincia Bozesco: Nagradisci, Zagori, Napoli, Podruhli, Husinci, Drahinicih, Kuclichi, Luscouicih, Nastesoue et Nerestci villas cum pertinentiis suis. Circa silvam de Kletech unum hominem, qui vulgariter dusnik nuncupatur. In provincia Pragensi: Weltese, Blas,[g] Goresouicih, Gobsouicih, Plichoue, Ozluchoue, Jessine, Trebusicih, Knouici, Pehreh, Seleucicih, Wranas, Sribcih, Gemniceh, Nedetouicih, Braptronicih, Lotusi, Celeuici, Scar, Trisine[3] ugezd, Hindriho ugezd, Hindrihouici, Cretes, Grabina, Cladorubci, Nouosedli, Setehouici, Nemcici, Zagorcici et Wolenici villarum decimas. Libertates quoque et exemptiones secularium exactionum, que zwod, naroch, glawa, nochleh et narez vulgariter nuncupantur, a clare memorie Wencezlao[h] rege Boemie monasterio vestro concessas, ac alias possessiones cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis, salva super decimis moderatione concilii generalis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Nulli quoque post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatisse sue licentia de eodem loco, nisi arcioris religionis obtentu discedere; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicti. Benedictiones vero monialium et ordinationes capellanorum

40. *e) ita (pro* ‚Naptenine'*) A. — f) ita (pro* ‚Benouicih'*) A. — g) ita (pro* ‚Blsaz'*) A. — h) ita A.*

40. 2) *In Agnetis charta hoc loco legitur* ‚Cegcowici', *quod ex* ‚Sarowici' *correctum est.* — 3) ‚Olsaz, Druseticih, Oztrusen vgdezd, Walse vgezd, Albrahticih, Conratov vgezd, Hotezow' *hoc loco legitur in Agnetis charta spuria; quae quidem nomina etiam in elencho a monasterio ad curiam misso scripta, sed hic scriptoris incuria omissa esse puto.*

vestrorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano episcopo sine pravitate aliqua vobis volumus exhiberi. Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbatissa, vel earum aliqua, que tibi successerint, nulla ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu vel sororum maior pars et consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam providerint eligendam. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. § Amen. Amen. Amen. §

(R[i]) Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus subscripsi. (B. V.)

✠ Ego Thomas tituli sancte Sabine presbyter cardinalis subscripsi.

✠ Ego Stephanus sancte Marie trans Tiberim tituli Calixti presbyter card. subscripsi.

✠ Ego Octauianus sanctorum Sergii et Bachi diaconus cardinalis subscripsi.[k]

✠ Ego Romanus sancti Angeli diaconus cardinalis subscripsi.[l]

✠ Ego Rainaldus sancti Eustachii diaconus cardinalis subscripsi.

✠ Ego Oto sancti Nicholai in carcere Tulliano diaconus cardinalis subscripsi.

---

40. [i]) *in orbiculo inscribitur:* ‚Scs. Petrus. Scs. Paulus. Gregorius pp VIIII. Fac mecum Domine signum in bonum.' — [k]) *post hanc subscriptionem una linea vacua relicta est A.* — [l]) *sequens linea vacua relicta est A.*

Datum Laterani per manum magistri Bartholomei,[m] sancte Romane ecclesie vicecancellarii, VI nonas iulii, indictione VI, incarnationis dominice anno millesimo CCXXXIII, pontificatus vero domini Gregorii pape VIIII anno septimo.

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubeis Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem atque in num. 37.

41.

Gregorius IX. papa Arnoldo, decano Pragensi, concedit, ut ecclesiam de Retz una cum decanatu Pragensi retinere possit.

Anagniae 1233 aug. 4.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVII) asservatur, fol. 75v, lib. VII, ep. 265 (R).

Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 113 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 381, num. 811. — Auvray, Reg. de Grég. IX, tom. I, col. 825, num. 1493. — Potthast, Reg. pontif. num. 9267.

A.[1] decano Pragensi.[a] Cum a nobis petitur[b] quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane tibi et C., quondam Patauiensi custodi, in nostra presentia constitutis ac super ecclesia de Retç curam animarum annexam habente, Patauiensis diocesis (qua te dicebas per bone memorie ..[2] Ratisponensem episcopum et collegas suos a felicis recordationis H.[3] papa, predecessore nostro, super quibusdam iniuriis, excessibus et offensis, ut dicebatur, contra bone memorie Andream, Pragensem episcopum, irreverenter ac nequiter perpetratis, exploratores concessos, contra iustitiam spoliatum, quorum processus[c] per dilectum filium nostrum E.,[4] sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem,[d] partibus auditorem concessum, de dicti predecessoris et fratrum nostrorum consilio fuit postmodum sententialiter iustitia exigente cassatus, prout ex litteris cardinalis eiusdem perpenditur manifeste) quam custos detinebat prefatus, volentibus ad invicem litigare, dilectum filium nostrum S.,[5] tituli sancte Marie trans Tiberym presbyterum cardinalem, dedimus auditorem; coram quo super questione premissa lite pendente, prefatus custos debitum nature persolvit. Quo viam universe carnis ingresso X. kalendas augusti,[6] tibi restituimus ecclesiam memoratam, de speciali gratia concedentes, ut eam cum decanatu Pragensi, consimilem curam habente, constitutione generalis concilii

40 m) ‚B' *alio atramento alia manus supplevit A.*

41. a) *Superscriptio colore rubro scripta est R.* — b) *Reliqua arengae pars tantum verbis* ‚etc. usque: effectum' *indicatur in R.* — c) ‚processum' *R.* — d) ‚cardinalem diaconum' *sed signis additis corr. R.* —

1) *Arnoldo.* — 2) *Conradum.* — 3) *Honorio III.* — 4) *Egidium.* — 5) *Stephanum.* — 6) *die 23. iulii.*

non obstante, libere ac licite valeas retinere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam[e] nostre concessionis[f] infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem[g] hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Anagnie II nonas augusti, pontificatus nostri[h] anno septimo.

42.

Gregorius IX. papa Rudigero, episcopo Pataviensi, mandat, ut Arnoldum, decanum Pragensem, in possessionem ecclesiae de Retz inducat eumque in ipsa defendat. *Anagniae 1233 aug. 4.*

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVII) asservatur, fol. 75v, lib. VII, ep. 266 (R).

Auvray, Les Registres de Grégoire IX, tom. I, col. 825 num. 1494 (reg.)

.. [1] episcopo Patauiensi.[a] Constitutis[b] in presentia nostra[c] A.,[2] decano Pragensi, et C., quondam Patauiensi custode, ac super ecclesia de Retç curam animarum annexam habente, Patauiensis diocesis, (qua prefatus A. se dicebat per bone memorie ..[3] Ratisponensem episcopum et collegas suos, a felicis recordationis H.[4] papa, predecessore nostro, super quibusdam iniuriis, excessibus et offensis, ut dicebatur, contra bone memorie Andream, Pragensem episcopum, irreverenter ac nequiter perpetratis, exploratores concessos, contra iustitiam spoliatum, quorum processus per dilectum filium nostrum E.,[5] sanctorum Cosmet et Damiani diaconum cardinalem, partibus auditorem concessum, de dicti predecessoris et fratrum nostrorum consilio fuit postmodum sententialiter iustitia exigente cassatus, prout ex litteris cardinalis eiusdem perpenditur manifeste) quam custos detinebat prefatus, volentibus ad invicem litigare, dilectum filium nostrum S.,[6] tituli sancte Marie trans Tiberym presbyterum cardinalem, dedimus auditorem. Coram quo super questione premissa lite pendente, prefatus custos debitum nature persolvit. Quo viam universe carnis ingresso X. kalendas augusti,[7] prefato A.[2] restituimus ecclesiam memoratam, de speciali gratia concedentes, ut eam cum decanatu Pragensi, consimilem curam habente, constitutione generalis concilii non obstante, libere ac licite valeat[d] retinere; decernendo irritum et inane,

---

e) ,omnino—paginam' *desunt in R.* — *f) Reliqua enuntiationis pars compendio* ,etc.' *tantum indicatur in R.* — *g) Reliqua formulae pars compendio* ,etc' *indicatur in R.* — *h)* ,pont. nostri' *deest in R.*

42. *a) Superscriptio colore rubro scripta est.* — *b)* ,Constitutus' *R.* — *c) quae subsequuntur usque* ,non obstante' *in R tantum verbis:* ,etc. usque: libere ac licite valeat retinere' *indicantur; supplevi ex ep. 265.* — *d)* ,valeas', *sed* ,t' *in loco raso corr. R.*

1) *Rudigero.* — 2) *Arnoldo.* — 3) *Conradum.* — 4) *Honorio III.* — 5) *Egidium.* — 6) *Stephanum.* — 7) *23. iulii.*

quicquid post restitutionem nostram de ipsa ecclesia in eiusdem decani preiudicium inveneris attemptatum. Ideoque mandamus, quatinus decanum predictum in possessionem ipsius ecclesie, sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, inducens prefate, ipsum auctoritate nostra in possessione defendas eiusdem; contradictores etc. Datum[e] Anagnie II nonas augusti, anno septimo.

43.

Venceslaus I, rex Bohemiae, praedium Borek, de quo inter filios Wolframmi nobilis de Moravia et monasterium in Želivo (Selau) contentio erat, monasterio illi a patre suo quondam adiudicatum confirmat eiusque metas describit.

In Kladruby 1233 aug. 25.

Autographum in membrana scriptum in tabulario canoniae Siloensis asservatur (A). — Ibidem asservatur etiam charta autographi instar saeculo XIV, ut videtur, confecta (B). — Apographum insertum est confirmacioni Karoli IV dd. Pragae 1366 ian. 13, cuius apographum ibidem exstat (C).

Pelzel, K. Karl IV, tom. II, Urk. pag. 346 (ex C, cum anno 1238 perperam descripto) — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 252, num. 231 (ex A) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 382, num. 812 (ex A, frgm.) — Emler, Reg. IV, pag. 714, num. 1780 (ex Pelzelio).

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 9' nominamus. — Exemplar B manu quadam multo posteriore scriptum est, quae scribae autographi literam imitari conata est; in quo quidem exemplari nonnulla verba subditicia addita sunt.

§ Notum sit omnibus § presentem paginam inspecturis, quod nos Wencezlaus,[a] dei gratia Boemorum rex, ecclesias[b] dei, || quę[c] per regnum Boemie sunt constructę,[d] tam in temporalibus quam in spiritualibus proficerę[e] volentes et dilatari,[f] monasterium Syloense, quod a progenitoribus meis[g] ad honorem dei fundatum est, set a filiis Wolframmi nobilis viri dę Morauya[h] violenter est | oppressum, de manibus eorumdem liberarę disposui,[i] ut servi dei liberius et quietius in omni tranquillitatę et quietę[k] pro pace nostra et pro statu rêgni[l] nostri deum ibidem valeant exorarę.[m] Hii autem sunt termini silve et predii in Borek: a dextra parte[n] vie Humpolcensis, qua itur in Morauiam, per montem Rozocatech[o] et ab ipso monte ad viam, que[p] vocatur Nahaber, et per eandem viam Nahaber usque ad ryvulum Zmrytsna,[q] qui ryvulus[r] sicut Gyglauam[s] influit, ab

e) ‚Dat. ut supra' *R; supplevi ex ep. 265.*

43. a) ‚Uvencezlaus' *B.* — b) ‚Cclas' *scribae incuria B.* — c) ‚que' *B.* — d) ‚constructe' *B.* — e) ‚proficere' *B.* — f) ‚dilatri' *scribae incuria B.* — g) ‚nostris' *B.* — h) ‚Wolframmi e t R a n o z i r o u i z n o b i l i u m n o s t r o r u m de Morauia' *B.* — i) ‚liberum esse disposumus' (!) *B.* — k) ‚tranquillitate et quiete' *B.* — l) ‚regni' *B.* — m) ‚exorare' *B.* — n) ‚ad dextercam (!) parte' *B.* — o) ‚Rozo[hatc]e' *B.* — p) ‚qve' *B.* — q) ‚rivulum Zmyrsna' *B.* — r) ‚rivulus' *B.* — s) ‚Giglauiam' *B.* —

inde per ascensum fluminis Gyglauę[t] usque ad locum illum, ubi ryvulus Otuirna ipsum flumen influit, ab inde per ascensum eiusdem ryvuly[u] usque ad ortum;[v] ab inde spacio[x] interposito oritur ryvulus[y] Wizkydna, qui[z] ryvulus[y] sicut Cletecsnam[aa] influit, nullius bonis interiacentibus metas ecclesie determinat. Igitur predium illud Borek cum suis pertinentiis,*) silvis, pratis, pascuis et ryvulis, super quibus inter predictum monasterium et filios Wolframmi[bb] contencio[cc] habebatur, sicut per sententiam[dd] recolendę memorię[ee] patris nostri obtinuit, auctoritate regia coram testibus infra scriptis eidem monasterio confirmavimus.[ff] Facta est autem[gg] hec confirmacio[hh] anno dominice incarnacionis M̊CC̊XX̊XIII̊, octavo kalendas septembris in capella omnium sanctorum aput Cladorub[ii] coram testibus infra scriptis : Johanne Pragensi, Roberto Olomucensi episcopis, Ypolito archidiacono Pragensi, Bernardo scolastico Pragensi, Hermanno preposito Lutommercensi,[kk] Marquardo archidiacono Luthmericensi,[ll] Laurencio[mm] canonico Pragensi, Sdezlao camerario nostro, Vitkônę seniôre[nn] et Uitkone iuniorę,[oo] Castoloûv[pp] nobili nostro, Nostup castellano nostro de Primberk, Brechizlao, Zbraslao, Sulizlao, Budizlao et[qq] Jarozlao filiis Jarozlay. Ad huius igitur nostre confirmacionis firmitatęm[rr] presentem cartam nostro sigillo duximus roborandam.

Autographo appensum erat filis sericis flavis et rubris sigillum regis de cera communi confectum idem atque in num. 15; quod nunc avulsum diplomati adiacet. — Exemplari B appensum est filis sericis albis flavis rubris idem sigillum regis de cera communi confectum, quod ab alio eiusdem regis diplomate genuino abscissum et ad chartam hanc satis inepte alligatum est.

44.

Venceslaus I, rex Bohemiae, monasterio in Kladruby (Kladrau) in omnibus possessionibus habitis et habendis concedit libertates, quas accurate recenset, idemque statuit, ut in civitate Kladruby in monasterii dedicatione fiant nundinae annuales duabus septimanis durantes.

In Kladruby 1233 [aug. ex.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 382, num. 813 (fragm.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 10' designamus, scriptum est; quem quidem scribam e monachorum monasterii Kladrubensis numero fuisse, eo comprobatur,

43. *t)* ‚fluvium (!) Gyglauie' *B.* — *u)* ‚ryvuli' *B.* — *v)* ‚ortum ipsius' *B.* — *x)* ‚spatio' *B.* — *y)* ‚rivulus' *B.* — *z)* ‚q̲̊' *A.* — *aa)* ‚Cletheznam' *B.* — *bb)* ‚Wolframmi e t R a n o z i r i' *B.* — *cc)* ‚ɔt̄nto' *B.* — *dd)* ‚sent̄niam' *A;* ‚snmtiam' (!) *B.* — *ee)* ‚recolende memorie' *B.* — *ff)* ‚confirmamus' *B.* — *gg)* ‚autem' *deest B.* — *hh)* ‚confirmatio' *B.* — *ii)* ‚Cladorvb i n d e d i c a t i o n e e i u s d e m m o n a s t e r i i' *B.* — *kk)* ‚Lutomſcen̄' *A;* ‚Lvtomeīcn̄' *B.* — *ll)* ‚Lvtom̄' *B.* — *mm)* ‚Laurent̄o' *B.* — *nn)* ‚Vitkone seniore' *B.* — *oo)* ‚iuniore' *B.* — *pp)* Castolow' *B.* — *qq)* ‚et' *deest B.* *rr)* ‚confirmationis firmitatem' *B.*

*) ‚ville Dusseyow' *hoc loco addit C.*

quod etiam charta Peregrini, praepositi proxime sequens (num. 45) et charta fratrum sanctae Mariae apud pedem pontis Pragensis a. 1238 aug. 6 data eadem manu scripta est. — Diploma ab Johanne notario verbis conceptum est, qui arengam diplomatis ab Otakaro I. rege a. 1228 nov. 27 monasterio Velehradensi dati in suum scribendi genus transtulit; cf. num. 21. — Charta procul dubio eodem tempore atque num. 43 data est.

|| In nomine sanctę ac individue trinitatis amen. || Wencezlaus, dei gracia quartus || rex Boemorum, Cladorubensi monasterio imperpetuum. Cum regalem deceat excellenciam || venerari et promovere sanctam in omnibus ecclesiam, nostrę visum fuit clementię id concedere || et confirmare, quod nostrę animę cederet ad meritum et sanctę matri ęcclesię ad profectum. Ibi enim recte locantur beneficia, ubi crescunt merita; ibi decenter impertitur gracia, ubi cum premio cumulatur gloria. Noverint siquidem tam presentes quam futuri, nos ad iustam peticionem et salubrem ammonitionem Regnerii venerabilis abbatis et tocius conventus monasterii Cladorubensis ipsi ęcclesię concessisse omnimodam libertatem in omnibus hereditatibus, donatis et acquisitis, seu in posterum acquirendis. Est autem talis libertas: Si fur capitur et suspenditur, bona sua nulli alii nisi domino abbati et ad usus fratrum decernimus remanere. Si fuerit id, quod dicitur narok, sive zvod atque hlava, inter homines abbatis, solutio, quę inde provenit, cedat ęcclesię memorate. Ab ea etiam vexatione, quę vulgariter dicitur nocleh, sive narez, omnes hereditates prefate ęcclesię et pauperes a laboribus castrorum seu fossatorum et prezeka eximimus, cum plenitudine nostrę gracię liberantes. Addidimus eciam, cum sepedictę ęcclesię interfuimus venerande consecrationi, firmiter statuentes, ut in civitate Cladorubensi singulis annis in dedicatione monasterii annuale forum sive nundine fiant duabus ebdomadis duraturę; venientes cum mercimoniis de diversis partibus terrarum ac recedentes in nostram manum regiam excipimus, securitatem perpetuam promittentes. Ad huius igitur rei inviolabile firmamentum presens privilegium fecimus exhiberi et nostri sigilli munimine roborari. Actum in Cladorub anno dominicę incarnationis MCCXXXIII, indictione VI. Datum per manus Johannis notarii curię.

Autographo appensum est filis sericis coloris flavi et rubri Venceslai I. regis sigillum de cera communi confectum idem atque in num. 15.

45.

Peregrinus, praepositus Melnicensis, cum ecclesiae suae canonicis villas ecclesiae suae Tisová et Brná monasterio in Kladruby (Kladrau) vendit Johanne, episcopo Pragensi, consentiente. — *1233 [aug. ex.]*

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 383, num. 814.

Autographum procul dubio scriba quidam Kladrubensis scripsit, quod eadem manu etiam Venceslai regis diploma proxime praecedens (num. 44) scriptum est. — Charta ab eodem

auctore verbis contexta est atque chartae num. 46 et 47. — Chartam eadem fere die atque num. 43 datam esse verisimile est.

§ In[a] nomine sancte et individue trinitatis amen. § Notum[b] sit omnibus tam presentibus quam futuris presen||tem paginam inspecturis, quod nos P.[1] prepositus, Bohuhval, Johannes, Nicolaus, Vitus, Sireth, || Michael canonici Melnicensis ecclesię attendentes, quod ville Tizouua et Prinna, cum essent remo||te ab ęcclesia nostra et propter hęc nobis minus utiles, easdem villas vendidimus abbati et conventui Cladorubensis ecclesię pro centum quinquaginta marcis, et pro eadem pecunia emimus alias possessiones Crimnuwez et Babicę, quę sunt magis utiles ęcclesię Melnicensi. Hanc venditionem fecimus petito et obtento consensu venerabilis domini J.,[2] sacrosanctę Pragensis ęcclesię episcopi. Ad maiorem autem rei evidentiam ęcclesię nostrę sigillo presentem cartam communimus. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis millesimo CC[o] tricesimo III[o], presentibus testibus infra scriptis: Yppolito regis cancellario et Pragensi archidiacono, Bernardo episcopi cancellario et Pragensi magistro, Thobia eiusdem ecclesię canonico, abbate de Oztrow et fratribus eius Voiata et Petro, abbate de Postoloprith et fratribus eius Vito, Predzlao et Sdizlao, abbate de Plaz et Sifrido eiusdem loci priore cum universo conventu.

Autographo appensum est filis sericis albis flavis rubris sigillum rotundum, cuius diametros 63 mm. sunt, e cera communi confectum. In sigilli medio conspicitur imago sancti Petri in solio sedentis. Circumscriptio: ✠ SIGILL · S · PETRI · APLI · MELNICE[N]SIS · ECCLESIE.

46.

Reinherus, abbas de Kladruby (Kladrau), cum coenobii sui monachis Venceslao rege et Johanne II, episcopo Pragense, consentientibus villam Koryto monasterio in Plasy vendit pro centum et decem marcis argenti, qua pecunia villas Tisová et Brná solvit. — *1233 [aug. ex.]*

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aul. Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 383, num. 815 (fragm.)

Autographum eiusdem scribae manu exaratum est, qui etiam chartam num. 47 scripsit. — Charta ab eodem auctore verbis contexta est, qui etiam chartas 45 et 47 composuit. — Dies quidem in temporis nota non adfertur, sed chartam ad idem fere tempus atque num. 44 revocandam esse verisimilis est coniectura.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presentem || paginam inspecturis, quod nos Reinherus

45. *a)* ‚J' *colore rubro scriptum procul dubio posterius additum est A.* — *b)* ‚N' *colore rubro scriptum procul dubio posterius additum est A.*

1) *Peregrinus.* — 2) *Johannis II.*

abbas, Andreas, Alrammus, Arnoldus, Bertoldus, Vlricus, | Bertoldus, Rudolfus, Liupoldus, Rudolfus, Heinricus, Pribizlaus, Hermannus, Bertoldus, Jordanis, || Rudolfus, Theodericus, Johannes, Liupoldus, monachi Cladorubensis cenobii, attendentes villam Corith ecclesie nostre minus utilem, vendidimus domno abbati et conventui Plazensis ecclesie pro centum et X[cem] marcis puri et examinati argenti. Quam pecuniam convertimus in solutionem aliarum possessionum Thyzowa et Prinna, que sunt magis utiles ecclesie Cladorubensi. Hanc venditionem fecimus petito et obtento consensu regis Boemorum W. et venerabilis domni J.[1] sacrosancte Pragensis ecclesie episcopi. Ad maiorem autem rei evidentiam abbatis et ecclesie nostre sigillis presentem cartam communimus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC[o] tricesimo tercio, presentibus testibus infra scriptis: Heinrico plebano de Sverob, Boscone de Lasisce, Hertinco[a] burgense Cladorubensi et eius filio Meinhardo eiusdem civitatis iudice.

Autographo appensa sunt loris membranaceis duo sigilla formae rotundae e cera communi confecta. In primo sigillo, cuius diametros 56 mm sunt, imago abbatis pectore tenus expressa cum pedo conspicitur. Circumscriptio: ✠ ABBAS CLAD[OR]VBENSIS. *In secundo sigillo, cuius diametros 57 mm. sunt, cuiusdam sancti imago pectoretenus depingitur, qui in solio sedens manus super pectus connectit. Circumscriptio:* ✠ SIGILLVM · ECCLESIE · CLADRVB.

47.

Reinherus, abbas de Kladruby (Kladrau), una cum conventus sui fratribus villam Přitulnov vendit Radoslavo de Svržno (Zwirschen).

— 1233 [aug. ex.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 384, num. 816 (fragm.)

Autographum ab eodem scriba atque charta num. 45 scriptum est. — Charta ab eodem auctore atque num. 45 et 46 verbis concepta est.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos Reinherius abbas, Andreas, Alrammus, | Arnoldus, Bertoldus, Vlricus, Bertoldus, Rudolfus, Liupoldus, Rudolfus, Henricus, Pribizlaus, Hermannus, Bertoldus, Jordanis, Rudolfus, Theodericus, Johannes, Liupoldus, monachi Cladorubensis | cenobii, vendidimus villam Pritulenov Radozl[ao][a] de Zvirsna pro XL minus duabus marcis; quam pecuniam convertimus in solutionem Thizovva et Prinna et dictum Radozlaum,

46. a) ‚Hertico' *A.*

1) *Johannis II.*

47. a) *quae hic et infra uncis clauduntur, cum membrana perierunt A.*

circucione[b] coram|| multis et probis ad hoc vocatis viris celebrit[er fa]cta, in plenam et firmam supra scripte ville induximus possessionem. Ad huius rei maiorem evidentiam ecclesie nostre abbatisque sigillis presens scriptum placuit communiri. Hec autem vendicio et circuicio facta est anno dominice incarnationis millesimo CC° tricesimo III°, testibus presentibus infra scriptis[c]

Autographo appensa erant loris membranaceis duo sigilla e cera communi confecta, quae iisdem formis provecta erant atque sigilla chartae num. 46, quorum autem parva tantum fragmenta supersunt.

48.

Hermannus dictus Balko, magister domus Teutonicae, cum fratribus suis bona domus illius in Humpolec et super fluvium Jihlava sita Hermanno, abbati Siloensi, eiusque monasterio vendit pro centum marcis argenti.

— 1233 —.

Apographum insertum erat transsumpto ab Arnoldo abbate de Třebíč aliisque confecto cc. ann. 1257, cuius autographum in tabulario canoniae Siloensis asservabatur, nunc autem latet (B).

(Hugo), Sacri et canonici ord. Praemonstratensis annales II, Probat. col. 506 — Millauer, Der deutsche Ritterorden in Böhmen (Abhandlungen d. kgl. böhm. Ges. d. Wiss. 1832) pag. 98, num. 6 (fragm.) — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 255, num. 233 (ex orig. iam deperdito in Musaeo Moravico) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 384, num. 818 (fragm.)

Charta procul dubio eodem tempore confecta est atque Roberti episcopi charta proxime sequens. (Hermannus Balk die 19. iunii Vratislaviae versabatur; v. Grünhagen, Regesten z. Schles. Gesch. num. 410.)

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quia per successiones temporum sepe debilitatur memoria hominum, oportet, ut ea, que a viris fidelibus racionabiliter actitantur, testibus et scripto confirmentur, ne per antiquitatem inmutetur in tempore, quod novum semper debet esse et stabile. Inde est, quod nos Hermannvs[a] Balko, frater et magister de domo Tevtunica,[b] cum fratribus degentibus ibidem notum facimus universis, quod domino Hermanno, Siloensi venerabili abbati, vendidimus bona illa, que habuimus in Hvmpolz[c] et super Giglava,[d] villas videlicet Podole,[e] Dobre, Scrisowe,[f] Bogedanze, Pustsin,[g] cum universis in silvis, pratis, venacionibus, molendinis et rivulis, in terris[h] cultis et incultis et omnibus[i] pertinenciis pro centum marcis argenti. Quamvis autem in rebus sacris

47. *b) ita (pro* ,circuicione'*) scribae lapsu A. — c) testium nomina supplere scriba neglexit.*

48. *a)* ,Hermannus' *Hugo et Millauer. — b)* ,Teutonica' *Hugo et Mill. — c)* ,Humpolecz' *Hugo;* ,Humpoletz' *Mill. — d)* ,superiori Giglava' *Hugo;* ,Iglawa' *Millauer. — e)* ,Godole' *Hugo. — f)* ,Seniove' *Hugo;* ,Sergowe' *Mill. — g)* ,Gustzin' *Hugo. — h)* ,in campis' *Hugo. — i)* ,cum omnibus' *Hugo.*

venditio locum non habeat, videlicet in ecclesiis, quia tamen cum universitate transeunt, ius, quod in ecclesiis sitis in prediis, que vendidimus, habuimus, tradidimus[k] simpliciter et absolute predicto abbati et fratribus degentibus ibidem rerum venditarum dominium concedentes, ipsis tradidimus possessionem corporalem, promittentes eis de evictione et vitio cautionem. Facta est autem hec venditio anno gracie[l] MCCXXXIII quoram[m] domino Peregrino quondam episcopo et fratribus ordinis nostri Henrico, Mladota,[n] Gozwino,[o] Chvnone,[p] Bertoldo, Bertoldo[q] et Theoderico sacerdotibus, Hugone laico et aliis quam pluribus.[r] Ut ergo venditio inter nos habita et contractus ratus et inconvulsus permaneat, presentem cartulam sigilli nostri appensione duximus roborandam.

49.

Robertus, episcopus Olomucensis, ratum habet venditionis contractum de bonis, quae domus Teutonica in Humpolec et super fluvium Jihlava habuit, inter monasterium Siloense et Hermannum dictum Balco absolutum; idemque curam animarum ecclesiae in Jihlava abbati Siloensi committit et decimas ad eandem ecclesiam pertinentes in villis accurate nominatis monasterio Siloensi confirmat.

— 1233 [aug. ex.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario regiae canoniae Strahovensis asservatur (A). — Apographum insertum est transsumpto ab Arnoldo abbate de Třebíč aliisque confecto cc. a. 1257, cuius autographum erat in tabulario canoniae Siloensis (B).

Boczek, Cod dipl. Mor. II, pag. 256, num. 234 (e vidimatione cc. a. 1243 confecta in Musaeo Moravico, ut asserit, quae verba ad transsumptum Arnoldi abbatis supra memoratum referenda esse videntur) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 385, num. 819 (fragm.)

Autographum manu scribae, quem ‚Robertus II' appellamus, confectum est. — In temporis nota dies quidem non adfertur, sed chartam mense augusto exeunte datam esse pro certo affirmari potest. Die 25. augusti Robertum episcopum dedicationi ecclesiae in Kladruby interfuisse, ex Venceslai regis diplomate num. 43 cognosci potest. Cum autem charta ab episcopo „tunc Pragae constituto" impetrata fuerit, ipsam aut brevi dierum spatio ante aut post illam diem datam esse verisimilis est coniectura.

R., miseracione divina Olomuzensis ecclesie episcopus, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, salutem in vero salutari. Noverit tam presens hominum etas, quam in Christo successura posteritas, quod accedentes[a] ad nos tunc Prage constitutos venerabiles viri Hermannus cognominatus Balko, frater et magister de domo Theutonica, cum fratribus suis et Hermannus, abbas Syloensis, nobis humiliter et devote supplicarunt, quatinus empcionis et

48. *k)* ‚tradimus' *Hugo.* — *l)* ‚gracie' *omittit Hugo et Mill.* — *m)* ‚coram' *Hugo et Mill.* — *n)* ‚Sledoca' *Hugo;* ‚Gladota' *Boczek.* — *o)* ‚Barvino' *Hugo;* ‚Cozwino' *Mill.* — *p)* ‚Chunone' *Hugo;* ‚Ghuidone' *Mill.* — *q)* ‚Bert.' *deest ap. Hugo;* ‚Beroaldo' *Mill.* — *r)* ‚plurimis' *Mill.*

49. *a)* ‚tes' *in loco raso eodem atramento corr. A.*

vendicionis contractum inter conventum monasterii Syloensis et inter eandem domum Theutonicam mutuo || habitum et coram domino Peregrino, quondam Pragense episcopo, ac aliis viris idoneis et honestis terminatum super bonis temporalibus, que prefata domus Theutonica in Hůmpolz et super Gyglauua iuste ac legitime possidebat, et que pro centum marcis argenti vendidit Syloensi monasterio memorato, propter rati habicionem scripti nostri attestacione et nostr appensione sigilli confirmaremus. Cum igitur prefatus Hermannus Balko et fratres sui ius, quod habuerunt in ecclesiis sitis in prediis, que vendiderunt, simpliciter et absolute tradiderint cum decimis integralibus tam theloniorum quam villarum prefato abbati Hermanno et ecclesie Syloensi, ut gestorum series predictorum per nostram attestacionem firmius robur habeat et munimen, ad peticionem partis utriusque presentem paginam nostri inpressione sigilli duximus roborandam, curam animarum abbati Syloensi et fratribus eius in Gyglawa, que ad nostre spectat dyocesis iurisdicionem, committentes. Decimas quoque ad prefatam ecclesiam in Gyglawa spectantes in villis, quas hic nominetenus specificamus, scilicet Bobikozle, Borisowe, Vnzenowe, Koslowe, Dobrezowit, Elhota, Belemilzic,[b] Stibor, aliud Stibor, Bukowe, aliud Bukowe, Smirna,[c] Serech[d] ecclesie Syloensi presentibus perpetuo confirmamus, statuentes et sub interminacione anathematis districcius inhibentes, ne quisquam insultu maligno contra hoc venire presumat vel modis aliquibus obviare. Acta sunt hec anno gracie M°C°CXXX° tercio, pontificatus nostri anno XXX° quarto.[1]

Autographo appensum est filis sericis coloris albi flavi rubri sigillum Roberti episcopi e cera communi confectum, quod eadem forma provectum est atque illud, quod in CDBoh. II num. 78 descriptum est.

50.

Přemysl, marchio Moraviae, villam Doloplazy a collectis et aliis oneribus liberatam monasterio in Langheim donat. — *1233 sept. 25.*

Apographum saec. XV exstat in codice privilegiorum monasterii Velehradensis, qui in tabulario terrae Moraviae asservatur, fol. 22r (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 254, num. 232 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 384, num. 817 (fragm.)

Chartam ab Hilario notario verbis contextam esse, comparatis cum ipsa aliis chartis, quae per manum notarii illius datae sunt, contendere ausim.

In nomine sancte et individue trinitatis amen.[a] Ego Premilz,[b] dei gracia marchio Moravie, omnibus Christi fidelibus[c] in perpetuum. Pium ac deo

49. *b) ita A*; ,Bolemizlic' *B. — c) ita A*; ,Smirzna' *B. — d)* ,et Poretz' *addit B.*

1) *Annus potificatus perperam computatus est.*

50. *a)* ,amen' *deest B; addidi aliis chartis ab Hilario confectis nisus. — b)* ,Przemizl' *B. — c)* ,omn. Chr. fid.' *desunt B; addidi ex aliis autographis ab Hillario confectis.*

placitum opus creditur pie religioseque viventibus ac deo famulantibus subsidia vite atque solacia procurare. Noverint igitur tam presentes quam post futuri, quod ego spe vite eterne provocatus, ecclesie dei genitricis Marie in Lankeym, fratrum inibi deo serviencium indigencia atque devocione oculo clemenciore contemplata, villam in Doluplaze denominatam, in districtu Olomucensi constitutam, cum universis pertinenciis suis, videlicet agris, silvis, pratis, pascuis, viis, inviis, itibus et reditibus, quesitis et non quesitis manu potestativa cum omni libertatis racione et integritate contradidi, exclusis eciam servilibus oneribus, peticionibus, collectis et exaccionibus camerariorum et beneficiariorum et eius accusacionis, que narok appellatur. Sane observandum, quod earumdem possessionum pensiones atque proventus memorato conventui in adventu Domini et quadragesima ad alleca coemenda et oleum integraliter sint deputati, et nulla oblivione seu necessitate umquam hec nostra institucio erit inmutanda. Ne que igitur ecclesiastica secularisve persona huic nostre tam pie tamque legittime donacioni atque ordinacioni in posterum aliquatenus temerario ausu valeat contraire, sed pocius rata in perpetuum maneat et inconvulsa,[d] presentem paginam conscribi atque nostro socerique nostri domini O.[1], illustris ducis Meranie,[e] sigillis testiumque munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno gracie MCCXXXIII, presentibus et cooperantibus viris nobilibus ac discretis, quorum nomina infra sunt annotata. Testes itaque sunt: dux prefatus Meranie,[f] Henricus de Zvnnenberc et filii eius Henricus et Cvnemundus, Henricus de Wstenrode et frater eius Babo, Otto de Sconebrunne, Albertus de Blassenberch, Deinhardus de Truhpahc pincerna, Gotfridus, Slavir marscalcus et suorum ministerialium plures. De mea vero potestate atque dicione: Holach burgravius, Szemizlaus camerarius, Bohuzlaus magister venatorum Olomucenses, Milich burgravius Gradicensis, Bohubude de Honehu, Grut,[g] Lupoldus pincerna Znoymenses, Wrichozlaus, Zawis de Tassow Brunnenses, Cirho dapifer, Wocko subcamerarius, Egidius subpincerna, Beneda marscalcus, Wictor, Wlaztibor, Lassek milites curie› Sdizlaus prepositus Brunensis; Markwardus, Henricus sacerdotes; Simon, Thiemo diaconi et alii plures. Datum per manus Hilarii notarii VII kalendas octobris, indiccione sexta.[h]

51.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Kladruby villam Citovice cum silva Lobeč et cuiusdam heredis praedium in villa Tuřany donat, idemque villarum Brná et Tisová emptionem confirmat.

In civitate Pragensi 1233 dec. 13.

50. *d)* ‚inguulſſa' *ex* ‚ingcuſſa' *corr. B.* — *e)* ‚Moraue' *B.* — *f) ex* ‚Moraue' *alio atramento corr. B.* — *g)* ‚Crut' *B.* — *h)* ‚secunda' *scribae incuria B, ubi postea additur* ‚etc'.

1) *Ottonis.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario caes. reg. aulico Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 386, num. 822 (extr.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 12' signamus. — Charta ab eodem auctore verbis contexta esse videtur, qui eiusdem regis chartam a. 1231 ian. 4 monasterio in Osek datam (v. num. 2) et fortasse etiam chartam a. 1228 monasterio in Litomyšl datam (CDBoh. II num. 323) composuit.

§ In nomine sancte et individue trinitatis amen. § Wencezlaus, dei gracia rex Boemorum,[a] universis clericis || et laicis, tam presentibus quam posteris, per Boemiam constitutis salutem in omnium salvatore. Racio iuris et equitatis exigit, ut ea, que || in presencia nostra seu nobilium nostrorum sollempniter celebrantur et ordinantur, firma sint et rata, nec a posteris nostris aliquatenus debeant || inmutari. Notum sit cunctis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, quod nos domui sancte Marie virginis in Cladorub pro remedio anime nostre ac felicis memorie patris nostri Premizl villam Cetowich cum silva, que dicitur Lobz, et predium in villa Turan cuiusdam heredis, pertinentis ad Cladsco, iure hereditario possidere contulimus. Preterea quod Regnerus venerabilis abbas et totus conventus prefate ecclesie villas Pirna et Tissoua pro centum quinquaginta marcis argenti ab ecclesia Melnicensi, Champnoz sub nomine tunc filii sui[1] eiusdem ecclesie preposituram gubernante, de nostro consensu et favore comparaverit, confirmamus, villas proprias Chernnevez et Babich supra dicte Melnicensi ecclesie pro summa pecunie relinquens. Et ut hec nostra donacio et empcionis confirmacio robur obtineat veritatis, presentem paginam fecimus conscribi nostri sigilli karactere munientes. Acta sunt hec coram testibus subnotatis: Johannes episcopus Pragensis, Eppo prepositus, Bernardus scolasticus, Tobias canonicus Pragensis, Hroznata de Potebrad, Heynricus cum fratre Chastolao, Nostup purcravius de Primda, Suatobor de Prescich, Zauisse filius Witconis, Witco filius Nacerat, Welchco de Zuecov, Conradus de Lessna. Datum anno millesimo CC[mo]XXX[mo]III[o] incarnacionis Domini, idus decembris, in civitate Pragensi, VI[o] anno regni nostri,

Autographo appensum est filis sericis flavis et rubris Venceslai regis sigillum de cera communi confectum, in quo solum pars cum regis imagine expressa est. Sigillum falsum e se videtur.

52.

Gregorius IX. papa archiepiscopo Gneznensi atque Vratislaviensi et Olomucensi episcopis mandat, ne Violam, viduam ducissam de Opol, et filios eius a quoquam molestari permittant. *Laterani 1233 dec. 23.*

Apographum exstat in Gregorii IX. papae regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano asservatur, fol. 114r, lib. VII, ep. 407 (R).

51. *a)* ‚Boem̄' *A.*

51. 1) *Peregrini.*

Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 114 (reg.) — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 259, num. 237. — Erben, Reg. I, pag. 387, num. 823. — Potthast, Reg. pontif. num. 9348. — Grünhagen, Reg. z. Schles. Gesch. num. 427. — Auvray, Les registres de Grégoire IX, tom I, col. 906, num. 1646 (reg.).

..[1] archiepiscopo Gneçnensi et ..[2] Wratislauiensi[a] et ..[3] Olomucensi episcopis.[b] Inter ceteras apostolice[c] sedis curas, quibus iugiter occupamur, cordi nostro est humilium relevare gravamina et subvenire oppressionibus viduarum, ut defensionis nostre munite presidio a perversorum molestiis secure maneant et[c] quiete. Cum igitur dilectam in Christo filiam V.[4] viduam, ducissam de Opol, ac filios eius in devotione ecclesie persistentes cum omnibus bonis, que impresentiarum iuste ac rationabiliter possident, sub apostolice sedis protectione receperimus speciali, mandamus, quatinus eos contra huiusmodi protectionis nostre tenorem non permittatis ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi ⟨etc. usque :⟩ compescendo. Quod si non omnes ⟨etc.⟩; presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Laterani X kalendas ianuarii, anno septimo.

53.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Litomyšl concedit, ut possessiones eius in Moravia et nominatim in villa Pamětice ab eisdem servitiis et gravaminibus exemptae sint, quibus monasterium in Velehrad liberatum est, eidemque monasterio ius patronatus ecclesiae in Ivanovice donat et homines ipsius a thelonei solutione in terra sua absolvit.

Olomucii 1233 decb. 27

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnae asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 260, num. 238 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 387, num. 824 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Přemysl 2‘ signavimus, quem Hilarium notarium ipsum esse iam in chartae num. 38 prooemio commemoravimus. Chartam ab Hilario etiam verbis contextam esse, ipsa cum nonnullis aliis chartis, quae per manum notarii illius datae sunt, comparata (v. num. 38, 74, 88), plane cognosci potest.

In nomine domini nostri Hiesu Cristi amen. Premilz, miseracione divina marchio Morauie, monasterio beate Marie virgi||nis in Lutomisl fratribusque deo famulantibus ibidem in perpetuum. Cum primo loco regnum dei querere debeamus,[1] ut bonorum multipli||cetur adiectio, sollerter et summopere invigilandum est operibus caritatis, ut pro conparandis spiritualibus in pios usus et

52. *a)* ‚Gratislauieñ‘ *R.* — *b) Superscriptio colore rubro scripta est R.* — *c) pro* ‚apostolice — maneant et‘ *legitur in R:* ‚etc. usque: quiete‘; *supplevi ex ep. 406* „nobili mulieri V. ducisse de Opal (!)“ *missa; Potthast, Regesta num. 9337; Auvray num. 1645.*

1) *Petro.* — 2) *Thomae.* — 3) *Roberto.* — 4) *Violam.*

53. *Luc. 12, 31.*

iustas causas || bona tempolaria[a] convertamus. Universis itaque modernis ac posteris scripti huius apices inspecturis presencium exhibicione clarescat, quoniam ecclesiam sancte Marie in Lutomisl beneficio gracie specialis decorandam duximus et augendam, ita videlicet, ut omnia bona eius, acquisita et acquirenda, que in terra nostra possidet, vel adhuc possessura est, et precipue villa Pametjz, ab omnibus serviciis consuetudinariis, novis seu veteribus, nec non aliis gravaminibus, quocumque nomine censeantur, sint perpetuo libera et exempta secundum tenorem privilegiorum, que Veligradensi ecclesie duximus conferenda. Contulimus eciam eidem ecclesie in Lutomisl ius patronatus, quod in ecclesia Ywanoujz habebamus; adicientes, ut homines prefati monasterii per omnia thelonea terre nostre sine aliqua solucione transeant liberi et securi. Ut autem hec pagina nostre concessionis robur obtineat perpetue firmitatis, presens scriptum sigilli nostri munimine decrevimus insigniri testium subscripcione adhibita, quorum sunt nomina subarata : Robertus Olomucensis episcopus, Gerlagus abbas Gradisensis, Wocko burgravius, Szemjzlaus camerarius, Ones, Victor, Blud, Bohuzlaus magister venatorum Olomucenses, Dyuis filius Petri, Woytech de Medlow, Stiborius, Wocko subcamerarius, Zezema subpincerna, Hartlebus subdapifer, Bochko marscalcus, Wilhalmus phisicus, Conradus scriba Brennensis, Hejnricus, Vssezlaus, Helias sacerdotes, Symon, Mylos diaconi. Acta sunt anno gracie MCCXXXIIII, indictione VI. Datum Olomuc per manus Ylarii notarii VI kalendas ianuarii.

Autographo appendet e filis sericis coloris flavi et rubri sigillum marchionis de cera communi confectum, ex eadem forma provectum atque chartae num. 38 sigillum, cuius circumscriptionis nonnullae litterae defractae sunt.

54.

Venceslaus I., rex Bohemiae, hospitali sanctae Mariae Teutonicorum villam Senomaty donat, ut damna domibus eiusdem hospitalis in Moravia ab exercitu suo illata compensentur. *In Sedlec 1233 —*

Autographum in membrana scriptum in tabulario Saxoniae generali Dresdensi asservatur (A).

Heinemann, Cod. dipl. Anhalt. II, pag. 97, num. 117a. — Emler Reg. Boh. IV, pag. 713 num. 1776 (fragm.). — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, pag. 1648, num. 11130. — Krabbo, Reg. d. Markgr. v. Brandenb. num. 610 (reg.).

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus II' signamus. — Diploma ab Johanne notario verbis contextum est; cf. Venceslai regis diploma a. 1234 iun. 18. monasterio in Břevnov datum (v. infra num. 73. — In temporis nota perperam indictio V adfertur, cum ad ann. 1233 indictio VI pertineat.

§ In nomine sancte ac individue trinitatis amen. § Nos dei gracia Wencezlaus rex Boemorum[a] quartus notum || facimus quam presentibus tam futuris, quod

53. a) *ita scribae incuria A.* 54. a) ‚Boem̄' *A.*

villam Szenomat cum pertinenciis, pratis, campis et silva fratribus domus || Thevtonice domino deo militantibus iure perpetuo possidendam contulimus pro remedio anime nostre ac pro dampnis, domibus eorundem || fratrum crucesignatorum in Moravia ab exercitu nostro illatis, compensacionem misericorditer facientes. Et ut hec nostra donacio robur habeat in posterum valiturum, presens privilegium fecimus exhiberi nostri sigilli robore communitum. Huius rei testes: Albertus dux Saxonie, frater eius Henricus comes de Anhalt, qui et petitores, Otto marchio de Brandburc, Gunterus comes de Kevrburc, Mengerus burgravius Misnensis, Otto burgravius de Donin, Hoierus de Fridberc, Zdezlaus camerarius; Vitko senior, Henricus de Nouo castro, Vitko iunior fratres; Castol[aus et][b] Henricus fratres, filii Smil, Groznata de Podebrad, Bawor de Radotin, Noztup et Gebardus de Horovic fratres, [Johannes][b] marsalcus filius Zbizlay, Vata subcamerarius et alii quam plures.

Actum in Zedloc anno dominice incarnacionis millesimo CCXXXIII, indictionis quinte. Datum per manus Johannis notarii.

Autographo appensum est filis sericis albis flavis et rubeis sigillum Venceslai regis de cera communi confectum idem atque in num. 15.

55.

Venceslaus I., rex Bohemiae, abbati et conventui in Ostrov pro centum marcis argenti mutuum sibi datis ius patronatus ecclesiae in Skříple cum curia ibidem, duos mansos in Hlazovice et quatuor homines in Žebrákov donat.

In Milevsko 1233 —.

Diplomatis huius duo exemplaria confecta erant. Superest tantum antiqua versio bohemica cuius apographa saec. XVII. servaverunt codices manuscripti. Exemplar I exstat in cod. ms. bibl. univ. Pragensis II A 12 signato, pag. 471 et 473. Exemplar II exstat in cod. ms. tabularii Musaei regni Bohemiae a. 1626 confecto, qui inscribitur ,Consignatio possessionum monii. s. Johannis B. in Insula', fol. 26r et in codd. mss. bibl. univ. Prag. II A 12 pag. 476 et XI B 9 pag. 5.

Diploma ab Johanne notario verbis conceptum esse e corroboratione optime agnosci potest (conf. num. 44 et 54). Itaque aliis diplomatibus, quae ab notario illo composita sunt, accuratius consideratis, verba autographi ipsa restitui.

I.

In nomine Domini amen. Nos Wenczlaus, dei gracia rex Boemorum. Vo-

II.

In nomine Domini amen. Nos Wenczlaus, dei gracia quartus rex Boemo-

I.

Ve jméno Páně amen. My Václav, z boží milosti král Český. Chtíce což komu

II.

Ve jméno Páně amen. My Václav z boží milosti čtvrtej král Český. Chtějíce

54. [b]) *quae uncis clauduntur, cum membrana putrefacta perierunt.*

lentes, quecumque alicui damus seu etiam ab aliquo accipimus, robur perpetue stabilitatis obtinere ea, que a nobis publice et aperte ordinantur, nec debere in posterum inmutari, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod abbati de Ostrow eiusque fratribus ibidem domino deo famulantibus pro centum marcis argenti nobis ab ipsis pro necessitate nostra mutuo datis in Scripel ecclesiam cum omnibus attinentiis et curiam nostram, in Lazowic duos mansos et in Chabrakow quatuor homines de gratia nostra pro supra dicta summa pecunie contulimus hereditarię tenenda et possidenda. Et ut hec nostra donatio robur habeat in posterum valiturum, hanc paginam sigilli nostri appensione roborari fecimus. Huius rei postulatores et testes sunt: Zdezlaus camerarius Boemie, Zawise iudex,

rum. Volentes ea, que a nobis publice et aperte ordinantur, stabilitatis robur obtinere nec in posterum debere inmutari, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod abbati de Ostrow eiusque fratribus ibidem domino deo famulantibus pro centum marcis argenti nobis ab ipsis pro necessitate nostra mutuo datis in Scripel ius patronatus cum omnibus attinentiis ad curiam nostram, in Hlazowic duos mansos etiam cum omnibus attinentiis et in Chabrakow quatuor homines de gratia nostra contulimus pro supra dicta summa pecunie hereditarie possidenda. Et ut hec nostra donatio robur habeat in posterum valiturum, presens privilegium fecimus exhiberi sigilli nostri robore communitum. Huius rei testes sunt hii : Zdezlaus camerarius, Zauise iudex, Witco, Heinricus, Witco iunior, Budizlaus et

dáme nebo také což od koho vezmeme, průchod, moc, trvalost [aby] ty věci měly, kteréž od nás zjevné a zřetedlné obdarování mají, aby na časy budoucí změněny nebyly, známo činíme všem nynějším i budoucím lidem všelijakého věku, že knězi opatovi Ostrovskému i jeho bratřím, kteříž tam pánu Bohu slouží, za sto hřiven stříbra, kteréž nám k naší znamenité potřebě půjčili, v Skřípli kostel se vším příslušenstvím a dvůr náš, v Lažovicích dva lány a v Chabrakově čtyry člověky dali sme dědičně i s panstvím i se vší povinností na tu summu výše se vztahující z milosti naší. A to naše obdarování dání pevnost aby na časy budoucí, místo, moc a průchod mělo, majestátem naším rozkázali sme utvrditi. A k tomu majestátu relatorové byli jsou a svatové: Zdeslav komorník zemský, Záviše sudí, Vítek, Henrich, Vítek menší; Bu-

aby ty věci upevněné a utvrzené byly, kteréž od nás veřejně a zjevně darují se a aby na budoucí časy žádné proměny nebraly, známost činíme všechněm jak tohoto nynějšího času tak i budoucího věku lidem, že panu opatovi Ostrovskému a jeho bratřím v témž místě pánu Bohu sloužícím, za sto hřiven stříbra, od nich v naší potřebě propůjčenejch, na záduší Skřípelské a všecko cožkoliv přináleží k dvoru našemu, na Hlasovicích dva lány země a k tomu také což jest, na Kabrachesově IIII vosoby sme dali, aby dědičně nade všecky ty půjčené peníze to jim z lásky darovanými vládl. A aby toto naše darování lepší ujištění jmělo na budoucí časy dostatečně, privilegium toto jsme jim dali pečetí naší ujištěné a stvrzené. Toho jsou svědkové tito: Zdezlav komorník, Záviše sudí, Vitko, Jindřich, Vitko mladší; Budislav, bratr jeho

Witco, Heinricus, Witco iunior, Budizlaus et frater eius Jarozlaus, Bauuar, Conradus; Noztup, Gebhardus frater eius; Meztidruh, Sbrazlaus, Zauise subcamerarius; Jarozlaus, Gallus filii Marquardi; Ypoch, Zlauibor, Radozlaus, Pulecz; Budiuoy, Witco, filii Zauise; Pribizlaus de Kwinow, Boruta, Zbizlau, Dlvgomil de Neumetel. Actum in Milewzk anno dominice incarnationis MCCXXXIII, indictione quinta.[1] Datum per manum Johannis, notarii curie regis.

frater eius Jarozlaus, Bawar, Conradus; Noztup, Gebhardus frater eius; Meztidruh, Sbrazlau, Zauise subcamerarius; Jarozlaus, Gallus filii Marquardi; Ypoch, Zlauibor, Radozlaus, Pulecz; Budiuoy, Witco, filii Zauise; Pribizlaus de Kwinow, Boruta, Zbizlau, Dlvgomil de Neumetel. Actum in Milewzk anno dominice incarnationis MCCXXXIII.

dislav, bratr jeho Jaroslav, Bennar, Kundrat, Nostup, Dekarth bratr jeho, Mestikruk, Zbraslav, Záviše podkomoří; Jaroslav, Havel synové Markvartovi; Ipolt, Slavibor, Radoslav, Pulecz; Budivoj, Vítek synové Závišowi; Přibyslav z Červeného, Boruta, Sbislav, Vlogomul z Neumětel. Dán na Milevsku léta vtělení Páně 1233, indictione quinta. Datum per manus Johannis, notarii regis curiae.

Jaroslav; Bavar, Conrad; Nostup, Gebhard bratr jeho; Mestidruh, Zbraslav, Záviše podkomoří, Jaroslav, Havel synové Markvardovi, Ypok, Slavibor, Radoslav, Pulecz; Budivoy, Vitko synové Záviše; Přibislav z Kwinow, Boruta, Zbizlav, Vlogomil z Neumětel.

Actum na Milevsku léta od vtělení Páně 1233.

56.

Venceslaus I., rex Bohemiae, donationem villae Únětice cum omnibus pertinentiis, quae in charta Zbyhněvi sacerdotis de ecclesiae in villa illa fundatione describuntur, ab Otakaro rege ecclesiae Pragensi factam renovat; terram quandam in eadem villa a patre suo camerariis donatam ecclesiae Pragensi addit; chartam Zbyhněvi transscribi facit; possessionum eiusdem villae limites laesos iussu suo denuo constitutos esse attestatur. — *1233* —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropol. Pragensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 377, num. 803 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ,Venceslaus 9' signavimus. — Charta procul dubio ab Vilhelmo notario verbis contexta est; vid. Venceslai regis chartam Přibyslavo canonico Pragensi a. 1235 datam.

‡ In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. ‡ Nos dei gratia Wencezlaus, rex Boemorum, notum facimus universis presentem paginam inspec-

55. 1) *Ad annum 1233 indictio VI pertinet; cum autem chartae num. 54. autographum, quae ab Johanne notario conscripta est, etiam indictionem V habeat, error iste chartam nostram ab eodem notario confectam fuisse demonstrat.*

turis, quod Pragensis ecclesię capitulum reverendum scripturam nobis exhibuit continentem, qualiter pie recordacionis sacerdos Zbygneus in villa Vnetich ecclesiam erigens ibidem duos canonicos ad dei ob‖sequium ordinavit eisque ad vitę necessaria dictam villam Vnethych, servos et colonos propriis nominibus designans, campos et agros, silvas per certos situs et lymites distinguens nec non tam paternam quam omnem maternam substantiam in dotem ęiusdem ecclesię contulit et reliquit. Licet autem predicta ordinacio sub antecessoribus nostris multis manserit ‖ inmutata, eam tamen bonę memorię pater noster Ottakarus, Boemorum[a] rex illustris, saniori consilio singula reformans in melius, prout a viris fidę dignis accepimus, inmutavit, taliter videlicet : villam Vnetych cum omnibus pertinentiis descriptis in cyrographo Zbygnei ecclesie Pragensi conferens, statuit, ut in dię, qua occurreret[b] anniversarius matris eius, daretur refeccio ‖ ipsius ecclesie canonicis et mynistris. Verum quia ea, que geruntur inter presentes, vetustatę temporis ab hominum memoria facilę dilabuntur, prefatum capitulum nostre mayestati humiliter supplicavit, quatenus predictam donacionem patris nostri nostra ratihabicione renovantes, dignaremur eis tradere nostram scripturam publycam et sollempnem. Et quia nostre intencionis est liberalitates antecessorum nostrorum collegiis satisfactas et precipuę genitoris nostri facta tueri habundantius et augere, tum hoc attendentes maxime, quod prefatus donator Zbyhnęus super ordinacionę sua nos et antecessores nostros constituit defensores, tum etiam memoratorum canonicorum iustis precibus inclinati, ratum habentes hoc, quod pater noster ordinavit, villam Vnetych cum omnibus pertinentiis ecclesie Pragensi concedimus, ita ut ipsius canonyci et mynistri, habentes refeccionem annuam, anniversarium avyę nostre recolant celebriter et devotę. Et quia experimento didicimus, quod ecclesiastice persone super lymitibus agrorum et super aliis multis a confinibus calumpnias sustinent et gravantur, ideo cupientes, ut donaciones nostre integre sint et quietę, terram quandam in eadem villa, quam pater noster mynistris suis, scilicet camerariis, reliquerat, ecclesię Pragensi adicimus et donamus, ut ipsam totam villam cum suis pertinęntiis possideat pleno iure. Ne autem super ipsa villa predicta vel eius pertinentiis calumpnya vel ambiguitas oriatur, ipsum instrumentum[c] Zbyhney super hoc confectum presentibus nostris apycibus verbo ad verbum iussimus interponi. Cuius tenor talis est : Cunctis Christi fidelibus sit cognitum, me Zbyhneum, dei gratia sacerdotem *etc.*[1] Et ne cuiquam nostre donacionis munificentiam liceat violare, presentem paginam regalis sigilli karacthere roboramus, nostram indignacionem calumpniatoribus conminantes et iram omni-

56. *a)* ‚Boem̄‘ *A.* — *b) in loco raso fortasse ex* ‚occuretur‘ *eadem manu statim inter scribendum correctum A.* — *c) supra primam* ‚m‘ *titulus ad syllabam* ‚men‘ *indicandam scribae, incuria omissus est A.*

1) *Sequitur charta de institutione duorum canonicorum in ecclesia Uněticensi ab Zbyhněvo sacerdote et canonico s. Mariae, temporibus Soběslavi I. ducis (aa. 1125—1140) data, totidem verbis descripta, quam iam in Cod. dipl. Boh. I, pag. 130, num. 124 dedimus.*

potentis dei tamquam sacrilegis inprecantes. Et quia predictarum possessionum iam limites turbaverant et occupaverant invasores, de consensu patris nostri de novo, tempore domini Pribizlay, regentis eandęm obedientiam, terras et agros precepimus lymytari, dantes in mandatis baronibus nostris, videlicet Mstidrug burchravio Pragensi, Zauise iudici, Ypoch[d] burchravio Wissegradensi, Judic filio Milisc, Pribizlao cum fratre, filiis Roberti, Genis, Petro de Rostok, qui ad ipsas possessiones personaliter accedentes, loca subicerent oculis ac metis terminos dividerent et signarent. Acta autem hec sunt anno dominice incarnacionis MCCXXXIII, talibus presentibus: Mstidrug, Zauise, Ypoch, Slaunik, Peley, Diuis, Boruta, Henrico, Otto purchravius[e] dę Donin, Folkmarus, Fridericus, Jarozlaus, Sulizlaus, Hren, prepositus Bohuto, abbas de Brevnow Dluhomilus, Matheus filius Benes, Rynardus, Gebardus purgravius de Lapidę.

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubris sigillum regis de cera coloris minii confectum, quod ex eadem forma provectum est, atque diplomatis num. 15 sigillum.

57.

Constantia, regina Bohemiae, circuitum Kyjov monasterii in Hradište cum omnibus eiusdem loci possessionibus in provincia Břeclavensi sitis protegendum suscipit eique libertates largissime concedit, Venceslao I. rege consentiente.

In Tišnov 1233 —.

Apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher, Historica relatio de conditoribus monasterii Gradicensis, cuius cod. ms. in tabulario terrae Moraviae Brunnae asservatur, tom. I, fol. 65v — 66v (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 257, num. 235 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 385, num. 820 (fragm.)

In charta conscribenda dictator formam illius privilegii adhibuit, quod anno 1228 die nov. 27 ab Otakaro I., rege Bohemiae, accepit monasterium Velehradense (CDBoh. II' num. 321). Cuius verba fere omnia, paucis tantum additis, charta haec repetit, excepto enuntiato paenultimo, in quo auctor totis phrasibus alio transpositis ab exemplo, quo nitebatur, fortius recessit. Chartae reginae dictator autem non alterutrum autographum privilegii Velehradensis, sed tantum eiusdem litteras confirmatorias a Venceslao I. rege die 18. mensis ianuarii a. 1232 editas (CDBoh III, num. 15) ante oculos habuit. Quae res optime inde apparet, quod in arenga chartae reginae ante verba nostre visum fuit *verbum* congruum *eodem modo excidit, sicut in regalis privilegii apographo, confirmationi Venceslai I. inserto. Idem testatur etiam lectio corrupta* nobiscum *pro* nobilium *vid. annotationem* [bb]), *quare errore scribae saec. XVII chartam reginae describentis explicari nequit. Etenim iam in Venceslai regis privilegio confirmatorio autographo hoc loco* nobcu *scribitur, quod mendum procul dubio iam scriba chartae reginae temere recepit. — Difficillimum est explicatu, quo modo tenor privilegii Velehradensis dictatori chartae*

56. *d) primum scriba* ,Ypch' *scripsit, sed postea eod. atramento ex* ,ch' *litteras* ,oc' *correxit et* ,h' *denuo addidit A. — e) ita A.*

Constantiae notus esse potuerit, cum nulla sint vestigia, quibus appareat monasterium Velehradense tunc temporis ullam gratiam a Constantia regina petiise, quam ut impetraret, privilegium immunitatis adiungere opus fuisset. Fortasse coniciendum est Constantiam reginam monasterio in Hradiště immunitates concedere volentem, memoriam privilegii magni Velehradensis, cui edendo (cum monasterium consecraretur) ipsa affuisset, recordatam esse atque ab abbate postulavisse, ut sibi eius tenor amitteretur. Cui postulationi abbas annuens, sed verens, ne autographum fortasse amitteretur, reginae solummodo privilegii illius litteras confirmatorias exhibuit. (Privilegii Velehradensis lectiones in apparatu critico litera V signamus).

In nomine sancte[a] et individue trinitatis amen. Constantia, dei gracia Boemorum[b] regina, monasterio Gradicensi, Premonstratensis ordinis, et ministris dei ibi degentibus in perpetuum. Cum regalem deceat excellentiam venerari et promovere in omnibus sanctam ecclesiam *[c] nostre visum fuit clementie id initiari[d] et exequi, quod nostre serenitati cederet ad meritum et sancte matris ecclesie transiret ad provectum. Ibi enim[e] recte locantur beneficia, ubi crescunt merita, ibi decenter gratia impertitur[f], ubi cum premiis cumulatur gloria. Noverint itaque tam presentes quam futuri, nos[g] ex consensu filii nostri Wenceslai, illustris quarti regis Boemorum,[b] circuitum nomine Kigow cum omnibus suis possessionibus, sive acquisitis sive acquirendis et a nostra benignitate nec non successorum nostrorum largitate eidem loco, in provincia Brezlauiensi[h] ad nos pertinente sito, impensis, in nostram tutelam et protectionem, sicut merito debemus, recepisse istasque, que subscripte sunt, libertates pro salute anime mariti nostri Ottocari, inclyte memorie regis Boemorum,[b] ac ob reverentiam domus Gradicensis, cuius bona sunt, cum affectu[i] nostre gratie contulisse. Libertas autem hec est, quam a pietate nostra statuimus * observari, scilicet[k] omnes villas et possessiones, quas modo prelibata ecclesia in iam dicto circuitu possidet vel postea est possessura, * ab omni onere tributorum, vectigalium, collectarum aliarumque exactionum, sive * ad principem vel beneficiarios spectantium, quocunque modo nominentur,[l] esse absolutas; adiicientes, ut nullus principum successorum nostrorum vel baronum, nobis vel eis subiectorum, pro castrorum edificatione vel reedificatione vel aliqua ingruenti expeditione homines prefati circuitus audeat inquietare. Ius autem, quod datur[m] pro capite, eis concedimus; hoc de fure statuentes: si in eorum habitat possessionibus et deprehensus fuerit in furto manifesto, vel de aliquo occulto accusetur, videlicet quoad iudicium ferri candentis vel aque vel vomeres calcandos[n] vel duelli,[o] et convincatur in aliquo istorum in iudicio seculari, eidem monasterio bona furis sive[p] rei integraliter remaneant; iudices autem,[q] quorum interest, faciant de eo, quod iustum eis videbitur. Si autem homines eiusdem monasterii coram iudicibus *[r] culpabiles inveniantur, nec[s] nobis[t] nec iudicibus nostris curialibus vel beneficiariis aliquid inde utili-

57. a) ‚sanctae' *et similiter etiam infra* ‚ae' *pro* ‚e' *simplici B.* — b) ‚Bohemorum' *B.* — c) ‚congruum' *hoc loco habet pıivilegium Velehradense.* — d) ‚imitari' *B.* — e) ‚etiam' *B.* f) ‚impertitur gratia' *V.* — g) ‚quod nos' *B.* — h) ‚Breczlaviense' *B.* — i) ‚tum effectum' *B.* — k) ‚1°' *B.* — l) ‚modo spectantium' *B.* — m) ‚quod dicitur' *B.* — n) ‚calcandas' *B.* — o) ‚etc.' *addit B.* — p) ‚sui' *B.* — q) ‚aut' *B.* — r) ‚iudicibus nostris' *V.* — s) ‚et nec' *B.* — t) ‚vobis' *B.*

tatis proveniat, sed apud idem cenobium[u] culpe perseveret satisfactio, nisi in eo, in quo tenetur satisfacere suo adversario. Ceterum ut omnia breviter comprehendamus, omnem utilitatem, que spectat ad usus nostros * vel beneficiarios * a nobis infeudatos, eis remittimus, ut plena * gaudeant libertate. * Statuinus etiam, ut nullus camerarius intret villas monasterii ad citandum aliquem,[v] * sed significet procuratori domus illius, cui abbas cum fratribus commisit procurationem in temporalibus, ut eos citari faciat, qui sunt citandi, quatenus in loco[x] determinato eos coram iudicibus statuat, quorum interest causas et negotia regni nostri tractare et diffinire. Si quis autem alicui persone religiose, infra septa monasterii constitute, manus iniecerit violentas ad aliquem ibi dehonestandum vel aliquid inde abstulerit ausu temerario, manifeste bannum nostrum quoad decem marcas argenti incurrat et monasterium dampnis,[y] suis resarcitis, in totidem contentet. Prohibemus etiam, ne venatores nostri * in sepe dicto circuitu sine abbatis[z] et fratrum consensu pernoctent vel aliquid ibi inferant violentie, et hoc sub pena [aa] decem librarum monete provincialis * ; id etiam addentes, quod si extiterint eis iniuriosi, liceat eis ipsos * de domibus * suis * eiicere. Insuper statuimus, quod quicumque nobilium[bb] * in prefati circuitus curiis * pernoctando * eidem iniuriosi extiterint, bannum nostrum in decem marcis incurrant. Adiecimus etiam, ut homines prefati cenobii[cc] per telonea transeuntes in rebus, que spectant ad opus * ecclesie, ad eam in necessitatibus eius[dd] deferendis vel transducendis, sint a pedagiis et theloneis absoluti; mercatores vero solvant, quod sui iuris est. Huius autem libertatis a nobis concesse * prefate domui * filium nostrum Wencezlaum[ee] defensorem constituimus, qui eandem ad petitionem nostram sui sigilli munimine roboravit Et hoc etiam omnibus volumus esse manifestum, quod venerabilem patrem nostrum Robertum, Olomucensem episcopum, rogavimus * , ut omnes, qui prefati monasterii violarent immunitatem et libertatem, eidem a nostra * munificentia collatam * , excommunicaret; quod et factum est ab eodem. Istud similiter absque offensa nostra erit, si prefatus episcopus et eius successores nostrarum constitutionum in hac pagina contentarum secundum ecclesiastica iura punierint [ff] transgressores. Datum in Thusnow anno gratie MCCXXXIII [gg]

58.

Venceslaus I., rex Bohemiae, Teutonicis Pragensibus, civibus suis, iura et libertates quondam ab Soběslavo II. duce concessas et a Přemyslo I. rege confirmatas renovat eisque libertates novas addit. — — —.

Apographum insertum est confirmationi Přemysli Otakari II. regis Boh. d. Pragae 1274 nov. 26, quae totidem verbis transscripta est in confirmatione Johannis regis d. Pragae 1319 iul. 27, cuius exemplar saec. XV. in. exstat in Libro vetustissimo privilegiorum in tabulario reg. urbis Pragensis num. 993, pag. 96 (B). Aliud exemplar saec. XV. medii praebet cod. ms. bibliothecae Musaei regni Bohemiae V, C, 9 signatus, pag. 185 (C).

57. *u)* ,coenobium' *B.* — *v)* ,aliquem citandum' *V.* — *x)* ,in loco' *B.* — *y)* ,damnis' *B.* — *z)* ,abbatum' *B.* — *aa)* ,poena' *B.* — *bb)* ,quod qui nobiscum' *B.* — *cc)* ,coenobii' *B.* — *dd)* ,eius' *deest B.* — *ee)* ,Wenceslaum' *B.* — *ff)* ,puniverint' *B.* — *gg)* ,1233 etc.' *B.*

Pelzel F. M., Gesch. d. Deutschen . . . in Böhmen (Abhandl. d. böhm. Gesellsch. d. Wiss. IV (1788) pag. 380 et 382 (ex B). — Jireček, Cod. iuris Bohemici I, pag. 67, num. 35. Čelakovský, Cod. iuris municip. regni Boh. I, pag. 4, num. 2.

Charta notis temporis omnino caret, sed ipsam hic intexere placuit, quod tempore proximo cives Pragenses saepius in diplomatibus occurrunt. — Charta non est absoluta, cum non solum nota temporis, sed etiam corroboratione et testibus careat. Quis autem tenorem eius composuerit, incertum est. Tamen extra cancellariam verbis contextam esse mihi quidem verisimillimum esse videtur. — Privilegium Soběslavi II. ducis, in hanc chartam confirmatoriam insertum, genuine non per omnia iisdem verbis conscriptum erat, quae iam in Cod. dipl. Boh. tomo I. num. 290 dedimus, sed sententiam saeculo XIII. exeunte aut saec. XIV. ineunte pluribus locis interpolatam et in rebus magni momenti immutatam esse constat.

In nomine Domini[a] amen. Nos Wenceslaus,[b] dei gracia Boemorum rex quartus, omnibus[c] fidelibus regni sui, quibus hec littere ostense fuerint, graciam[d] et omne bonum. Noverint universi tam presentes quam futuri, quod Theutunici[e] Pragenses, cives nostri, ad presenciam nostram accedentes, predecessorum nostrorum, videlicet Sobyzlay,[f] illustris ducis Boemie, et patris nostri recolende memorie, eiusdem[g] regni incliti regis Primizil[h] privilegia demonstrantes humiliter a nobis postularunt, ut ea, que in privilegiis ipsis fuerant indulta et concessa, sub regimine nostri temporis dignaremur renovare et similiter confirmare. Nos vero statuta antecessorum nostrorum dinoscentes ex pia deliberacione et gracia processisse, littera ad litteram, verbo ad verbum fecimus[i] renovari, precibus eorum humilibus[k] exauditis, nichil de hiis[l] inmutantes nec dementes, que a prima[m] ipsorum[n] vocacione in Boemiam[o] obtinere per principes meruerunt. Incipiunt autem sic : Ego Sobyzlaus, dux Boemorum, *etc.*[1] Ad hec nos Wenceslaus,[p] rex Boemorum, concedimus et irrefragabiliter decernimus observandum, ut eandem[q] libertatem nostris temporibus obtineant, quam hactenus tenuerunt.[r] Possessiones emptas vel expositas seu eciam a principibus eis collatas,[s] quas tribus annis et tribus diebus absque omni[t] querimonia tenuerunt, eas libere, omni[u] contradiccione postposita, possideant cum quiete. Domos eorum et substanciam[v] seu[x] in suburbio sive in villis, si aliquam culpam inciderint,[y] nullus ausu temerario invadere vel diripere audeat nec attemptet, nec in ipsos manus violentas quisquam[z] iniciat, set fideiussoribus exquisitis coram nobis vel nostro camerario conpareant[aa] iudicandi. Tributum, quod mir vocatur, et alias exacciones,

58. a) ‚dei' *addit B.* — b) ‚Wenczesslaus' *sine* ‚Nos' *B.* — c) ‚et singulis' *addit C.* — d) ‚gr. suam' *C.* e) ‚Thotunici' *B.* — f) ‚Sobieslai' *C.* — g) ‚eiusdem' *deest C.* — h) ‚Prziemysl' *C.* i) ‚petimus' *B.* — k) ‚humiliter' *C.* — l) ‚de hiis' *deest C.* — m) ‚primis' *B.* — n) ‚ipsorum' *deest C.* — o) ‚Bom' *B*; ‚Boemia' *C.* — p) ‚Wenczesslaus predictus' *B.* — q) ‚ipsam' *C.* — r) ‚quas hactenus habuerunt' *C.* — s) ‚et exp. seu eis a princ. collatas' *C.* — t) ‚omni' *deest B.* — u) ‚et' *C.* — v) ‚stratam' *B.* — x) ‚seu' *deest C.* — y) ‚Theutunici' *addit C.* — z) ‚quispiam hominum' *C.* — aa) ‚pareant' *C.*

1) *Sequitur Soběslavi II. ducis charta, quae olim annis 1174—1178 colonis Germanicis apud s. Petrum in suburbio Pragensi data erat, totidem verbis descripta; vid. Cod. dipl. Boh. I, pag. 255, num. 290.*

que terre[bb] incolis inferri[cc] consueverunt, et pernoctaciones, sicut eis a primordio sunt concesse, sic eis in perpetuum indulgemus. Qui vero concessionem nostram ausus fuerit forsitan violare, prefatos Theutonicos ultra iura[dd] statuta contumaciter aggravando, tamquam reum lese maiestatis regie se noverit puniendum; insuper malediccionem dei omnipotentis cum Datan et Abiron[ee] obtineat[ff] sempiternam.

59.

Gregorius IX. papa [Rudigero], episcopo Pataviensi, mandat, ut Arnoldo, decano Pragensi, beneficia eius in provincia Pataviensi sita restitui faciat.

Laterani 1234 ian. 12.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vat. t. XVII) asservatur, fol. 92^{r}—92^{v}, lib. VII, ep. 327 (R).

Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 115 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 389, num. 826 (fragm.) — Potthast, Reg. num. 9364. — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t. I, col. 857, num. 1559 (ad 1233 oct. 22).

Epistula primum cum data 1233 oct. 22 in registrum relata est, antequam mitteretur. Postea autem epistula ista cassata, alia iisdem verbis, sed nova conclusione in fine addita conscripta est; quae conclusio cum nova temporis nota in R in margine suppleta est.

. .[a] [1] Patauiensi episcopo.[b] Dilectus filius A.[2] decanus Pragensis oblata nobis petitione monstravit, quod cum ipse occasione quarumdam litterarum felicis recordationis H.[3] pape, predecessoris nostri, quas ad bone memorie . .[4] Ratisponensem episcopum eiusque collegas bone memorie A,[5] Pragensis episcopus, contra eum et quosdam alios Pragensis ecclesie canonicos impetravit, spoliatus fuerit beneficiis et excommunicationis vinculo innodatus, demum inter ipsum et eundem episcopum super hoc coram dilecto filio nostro Egidio, sanctorum Cosme et Damiani diacono cardinali, partibus auditore concesso,[6] agitata diutius questione idem cardinalis relaxata excommunicationis sententia ad cautelam, tandem processum contra eum habitum tanquam iniquum et quicquid extitit ex eo secutum sententialiter iustitia exigente cassavit, sicut in eius litteris perspeximus contineri. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta[c] mandamus, quatinus sententiam ipsius cardinalis facias per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, inviolabiliter observari[d] et dicta beneficia, quibus occasione processus eiusdem memoratus decanus extitit destitutus, amoto quolibet detentore, cum fructibus inde per-

58. *bb)* ,et' *addit C.* — *cc)* ,inseri' *C.* — *dd)* ,et' *addit C.* — *ee)* ,Dathan et Abyron' *C.* — *ff)* ,obtineant' *B.*

59. *a) Loco gemipuncti* ,J' *ponitur in R; quod scribae incuria factum esse puto.* — *b) Superscriptio colore rubro scripta est R.* — *c)* ,fraternitati—scripta' *desunt R.* — *d) sequitur:* ,Dat. Anagnie XI kal. novembris, anno VII°' *[= 1233 oct. 22], quae verba tamen voce* ,va—cat' *superscripta deleta sunt. Quae postea subsequuntur* (,et dicta—septimo') *ad marginem eadem manu adscripta sunt R.*

1) *Rudigero (ab a. 1233 iun. 27).* — 2) *Arnoldus.* — 3) *Honorii III.* — 4) *Conradum.* — 5) *Andreas.* — 6) *De Egidio cardinali vid. ante num. 41 et 42.*

ceptis sibi auctoritate nostra restituas ipsumque facias beneficiorum suorum pacifica possessione gaudere; contradictores[e] et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Si qui tamen illorum, quibus predicta beneficia collata dicuntur, de iure suo confisi, voluerint iudicio experiri, prefigas eis et prefato decano terminum peremptorium competentem, quo per se vel procuratores idoneos nostro se conspectui representent, exhibituri et recepturi, quod postulat ordo iuris. Datum Laterani II idus ianuarii, anno septimo.

60.

Gregorius IX. papa praepositum, decanum et scholasticum Ratisbonenses iudices instituit litis, quae est inter canonicos de Sadská et Henricum nobilem.

Laterani 1234 mart. 17.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Břevnovensis asservatur (A).

Dobner, Monum. Boem. hist. VI, pag. 12 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 390, num. 827 (fragm.) — Potthast, Reg. pontif., num. 9419.

In membranae replicatae margine dextro haec scriptoris nota legitur: ‚p. f.' *In autographi tergo in sinistro angulo superiore nota* ‚R' *scripta est. Ibidem in medio margine superiore signum* ✠ *in cancellaria apostolica adscriptum est.*

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis .. preposito, . decano et .. scola||stico Ratisponensibus salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii canonici Sacctenses sua nobis || conquestione monstrarunt, quod nobilis vir Henricus, Pragensis diocesis, super villa de || Sachon,[a] quadam silva et rebus aliis iniuriatur eisdem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis, audiatis causam et appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari; proviso, ne in terram dicti nobilis excommunicationis vel interdicti sententiam proferatis, nisi super hoc mandatum a nobis receperitis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, simili censura, cessante appellatione, cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non[b] omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani XVI kalendas aprilis, pontificatus nostri anno septimo.

Bulla, quae autographo e filis canabinis appendebat, iam avulsa et deperdita est.

61.

Venceslaus I, rex Bohemiae, monasterio in Plasy confirmat villam Bezděkov, quam ei Gumpoldus, filius Dětlebi de Potvorov, se consentiente dederat.

In Plasy 1234 mart. 20.

59. *e) Quae sequuntur usque* ‚compescendo' *compendio* ‚etc' *tantum indicantur in R; supplevi ex CDBoh. II num. 191.*

60. *a) ita A.* — *b) supra* ‚non' *titulus supervacaneus erasus est A.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (A). Erben, Reg. Boh. I, pag. 390, num. 828 (fragm.)

Autographum manu scribae, quem nota ,Venceslaus 4' signavimus, scriptum est, cuius manu etiam diplomata num. 21 et 22 exarata sunt. — Diploma ab Johanne, regis notario, verbis conceptum esse, ipso cum diplomatibus num. 21 et 22 comparato, cognosci potest.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. || Wenzezlaus, dei gracia Boemorum rex quartus, monasterio Placensi, Cisterciensis ordinis, et fratribus || ibidem deo famulantibus in perpetuum. Quoniam de ratione regie maiestatis nostre universos dei famulos benigno fa||vore tenemur et volumus respicere et in visceribus pietatis et equitatis modis omnibus ipsos fovere et in augmentum religionis collatione continuorum subsidiorum accendere, maxime tamen, quos a progenitoribus nostris novimus esse dilectos, diligentius intedimus promovere et honorare. Hinc est, quod nos vestigiis pie recordationis patris nostri inherere gestientes, ad peticionem abbatis et fratrum in Plaz villam nomine Bezdekowe, quam Gumpoldus, quondam Ditleibi de Potworowe filius, cum pratis, terris et silvis eidem ecclesie, nobis presentibus et annuentibus, pro remedio anime sue[a] ac sui ipsius, quoad viveret, ibidem sustentacione libere contulit, nos ad munimen perpetue stabilitatis et confirmationis iam dictis fratribus larga manu porreximus et omnem fraudulentum ac violentum ab eorum infestacionem ac subdola[b] impeticionem huius pagine testimonio coercemus. Ut autem verius credantur et omni deinceps evo inviolata permaneant queque dicta vel facta conscribsimus, hanc cartam sigilli nostri appensione roborari fecimus, subnotatis testibus, qui interfuerunt: Hageno filius Milegozt, Vlricus et Fridericus cum fratribus Gotsalco et Meinwardo de Galz, Milozlaus de Prehorow et alii quam plures. Datum per manum Johannis notarii in Plaz anno ab incarnatione Domini MCCXXXIIII, indictione VII, XIII kalendas aprilis.

Autographo appensum est lora membranacea Venceslai I. regis sigillum e cera communi confectum, cuius pars defracta deperdita est.

62.

Venceslaus I., rex Bohemiae, claustri sancti Francisci Pragensis et hospitalis ad idem pertinentis, quod apud sanctum Castulum situm est, protectionem suscipit eisque easdem libertates concedit, quibus ecclesia in Vyšehrad ornata est.

Apud Pragam 1234 mart. 21.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVII) asservatur, fol. 211v, lib. VIII, ep. 240 (R).

Wadding, Ann. Min. II, pag. 615. — Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 116 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 390, num. 829 (fragm.) — Auvray, Les registres de Grégoire IX, tom. I, col. 1137, num. 2110 (fragm.)

61. *a) sequitur abbreviationis signum* ,et', *sed erasum. A. — b) ita (pro* ,subdolam'*) titulo super* ,a' *scribae incuria omisso A.*

Diploma ab Vilhelmo notario regis verbis conceptum esse, ipso cum diplomate num. 32 comparato cognosci potest.

In[a] nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Nos Wencezlaus, dei gratia quartus rex Boemorum, universis fide christiana preditis in perpetuum. Actiones humane, que sub tempore sollempniter celebrantur, cum tempore defluere minime tardant et sepius propter incertos rerum eventus cassantur, ita quod nullam efficatiam sortiuntur; precavendum est itaque, ut ea, que per longevum cursum temporis possunt a memoria decidere et facillime annullari, necesse est, quod testimonio et litteris perhennentur[b]. Ad abstergenda igitur totius ambiguitatis vestigia noscat tam presens hominum etas quam in Christo successura posteritas, quod nos claustrum Prage in honore sancti Francisci constructum et hospitale ad idem pertinens, situm[c] apud sanctum Castulum, et omnia, que ad ipsa nunc pertinent, vel in posterum iusto sunt titulo habitura, in regiam protectionem suscipimus, concedentes eis plenissimam libertatem et etiam omnem exemptionem cunctaque privilegia, que a nobis vel ab antecessoribus nostris data sunt ecclesie Wisegradensi; addentes etiam, quod quicumque aliquam rebus et personis, ubicumque fuerint, ad claustrum vel hospitale pertinentibus, violentiam vel iacturam intulerit,[d] in bannum regium cadat pariter et offensam. Insuper quicumque reus sive homicida aut qualiscumque flagitiosus infra terminos curie claustri vel hospitalis predicti confugerit, nullam calumpniam penitus patiatur, et quicumque ibidem violentiam inferre presumpserit, indignationem et bannum regale se noverit incursurum. Testes autem huius rei sunt hii: venerabilis Pragensis ecclesie Johannes episcopus et Peregrinus quondam eiusdem ecclesie episcopus, Arnoldus prepositus Visegradensis et cancellarius aule regie, Eppo Pragensis prepositus et eiusdem ecclesie totus conventus, Hermannus prepositus Luthomericensis, Bohuto Bolezlauiensis prepositus; laici: Sdezlaus camerarius, Hroznata, Heinricus filius Vitkonis,[e] Budizlaus et Jarozlaus fratres, Meztidruh castellanus Pragensis urbis, Ypoch castellanus Visegradensis, Zlaunic[f] castellanus, Noztup prefectus de Primda, Gebhardus frater eius, Zauise subcamerarius et fere omnes Boemi. Cum autem hoc statutum cum nostro consensu et favore sit sollempniter celebratum, volentes ipsum perpetue firmitatis vigore roborari, presentis seriem scripture conscribi fecimus et sigillo nostre sublimitatis iussimus insigniri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXIIII, indictione VII, regni nostri anno VI. Datum apud Pragam per manum notarii Willelmi XII kalendas aprilis.

62. a) *Diplomatis apographo praefixa est in R inscriptio colore rubro scripta haec:* ‚Littere regis Boemie'. — b) ‚entur' *in loco raso eadem manu scriptum R; enunciatio haec voce quadam omissa scribae incuria corrupta esse videtur. Arengae verba procul dubio iam in chartae autographo depravata sunt. Etenim in privilegii renovatione, quae hospitali anno fere 1236 iisdem verbis data est (v. num. 130), hoc loco chartae anterioris verba non integre repetuntur.* — c) ‚suum' *hic expresse habet R, ubi vox haec in loco raso eadem manu scripta est, sed* ‚situm' *secundum sensum corrigendum esse nemo non videt.* — d) ‚t' *in loco raso scr.; sequitur rasura 21 mm. continens R.* — e) ‚Vitkones' *R.* — f) ‚Zlaunię' *R.*

63.

Gregorius IX. papa Dluhomilo, abbati de Břevnov, et conventui eius confirmat sententiam, quam pro eis Vitoslaus, abbas sanctae Mariae Vratislaviensis, cum coniudicibus suis de quibusdam decimis contra Johannem II., episcopum Pragensem, tulerat.

Laterani 1234 mart. 29.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Břevnovensis asservatur (A). Dobner, Monum. Boem. hist. VI, pag. 16 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 392, num. 832 (fragm.) — Potthast, Reg. pontif., num. 9428 — Grünhagen, Reg. z. schles. Gesch. I, num. 441.

In membranae replicatae margine sinistro nota scriptoris posita erat, e qua iam tantum ‚·O·' *superest. In autographi angulo superiore dextro alia manus adnotavit* ‚Tancred(us)', *sub quo nomine* ‚Godescal' *scriptum est. In autographi tergo in angulo superiore sinistro alio atramento nota* ‚J' *scripta est. Ibidem in medio margine superiore alia cancellariae apostolicae manus adnotavit* ‚Causa dei'.

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis ..[1] abbati et conventui de Breunow, ordinis || sancti Benedicti, Pragensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Ea que iudicio vel concordia terminantur, firma debent || et illibata persistere et, ne in recidive contentionis scrupulum relabantur, apostolico convenit presidio communiri. Exhibita || siquidem vestra petitio continebat, quod, cum inter vos ex parte una et venerabilem fratrem nostrum ..[2] episcopum Pragensem ex altera coram ..[3] abbate sancte Marie Wratislauiensis et coniudicibus suis super quibusdam decimis auctoritate apostolica questio verteretur, iidem iudices diffinitivam pro vobis, cognitis cause meritis, sententiam promulgarunt, prout in litteris confectis exinde[4] plenius dicitur contineri; quam apostolico petiistis munimine roborari. Nos igitur vestris iustis precibus inclinati, sententiam ipsam, sicut est iusta, nec legitima provocatione suspensa, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani IIII kalendas aprilis, pontificatus nostri anno octavo.

Autographo appendet e filis sericis coloris flavi et rubri Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem atque in num. 37.

64.

Venceslaus I., rex Bohemiae, Reinardum Nigrum, civem Pragensem, eiusque liberos ab omnibus exactionibus liberat.

Apud Pragam 1234 mart. 29.

63. 1) *Dluhomilo.* — 2) *Johannem II.* — 3) *Vitoslavo.* — 4) *Vid. num. 27.*

Apographum saec. XIII exeuntis servavit collectio formarum in cod. ms. bibliothecae r. c. aulicae Vindobonensis num. 526, fol. 63v (B).

Palacký, Ueber Formelbücher I, pag. 299, num. 87 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 391, num. 830 (fragm.)

Diploma ab Vilhelmo notario verbis conceptum esse, ipso cum diplomatibus num. 32, 62 aliisque comparato, cognosci potest.

In[a] nomine Domini amen. Nos Wencezlaus, dei gratia quartus rex Boemorum,[b] Reynardo nigro,[c] civi Pragensi, et liberis eius in perpetuum. Evenit libertates publice concessas ac[d] solempniter celebratas propter labilitatem temporis iugiter inmutari et in irritum retractari, nisi testimonio proborum virorum et literis[e] contingat easdem perhennari. Ideoque tam presentibus quam futuris ad memoriam perducimus, quod nos ad instantem petitionem matris nostre Constancie, serenissime regine Boemie, et karissime sororis nostre Agnetis virginis preclarissime, cui fidelitatis merita et devotionis obsequia diebus suis gratanter exhibuit, Reynardo et liberis eius libertatem ab omni exactione, specialem gratiam extra ordinem suorum concivium secum facientes, perpetualiter concessimus obtinendam. In cuius rei evidenciam et perpetuam firmitatem, ne aliquis scrupulus calumpnie possit in posterum resultare, presens scriptum cum subscripcione testium sigilli nostri typario iussimus insigniri. Testes autem huius rei sunt hii: Mstidruh, Slauunic, Pelei, castellani Pragenses; Albertus iudex provincialis, Volcmarus, Pribislaus, Aldic, Otto de Pitcouuizc, Camponois, Fridricus marsalcus regine, Kuno de Cowan, Siffridus iudex, Conradus cum socio suo Olrico Plaszensi, Persic, Siffridus filius Wrouini et alii quam plures. Acta autem sunt hec anno dominice incarnacionis MCCXXXIIII, indictione VII. Datum per manum notarii Wilhalmi apud Pragam IIII kalendas aprilis.

65.

Venceslaus I., rex Bohemiae, permittit, ut villa monasterii in Doksany Jakubov nomine, quam ab castri Loket servitute eximit, iure Teutonico locari possit idemque aliis monasterii ipsius possessionibus iam antea locatis libertates concedit.

In Strahov 1234 —.

Apographum insertum est diplomati Johannis regis Boh. dato Pragae 1331 sept. 8, cuius autographum in tabulario c. r. aulico Vindobonensi asservatur (B).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 391, num. 831.

Chartam a Johanne notario verbis contextam esse corroborationis formula demonstrat; cf. num. 54 et 73. — In temporis nota dies quidem non adfertur, sed chartam hoc loco intexere placuit, quod nonnulli testes iidem sunt atque in charta num. 64.

---

64. a) *Rubr.* ‚Forma, ut aliqui perpetuo sint exempti ab exactione' *praemittitur in B.* — b) ‚Bohemorum' *sed,* ‚h' *alio atramento superscripta est. B.* — c) ‚magistro' *scribitur in B; correxi.* — d) *Praecedit* ‚ac sollempniter concessas', *sed colore rubro deleta B.* — e) ‚liberis' *B.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Universitati fidelium innotescat, quod nos Wencezlaus, dei gracia Bohemorum rex, bona ecclesie Dogzanensis circa Loket constituta, videlicet Jacubob[a] villam, sub iure teutonicali locandam concedimus et alias dudum locatas ab omni vexacione et servitute omnimoda castri iam dicti eximimus, libertatem quoque eandem, quam nostris hominibus ibidem commorantibus, perpetuo conferentes; statuentes, ut quicumque castellanus sive prefectus fiat castri prenominati, nullum habeat respectum ad pauperes villarum antedictarum, nisi ecclesia Dogzanensis. Et secundum quod Zulizlaus, tunc castellanus castri sepe dicti, in villis ponendis de nostro precepto terminos constituit et distinxit, ratum et firmum incommutabiliter volumus a nostris successoribus observari; et ad hec tres laneos ecclesie adiudicamus possidendos in bonis sepe nominatis, quos a quodam Tevtonico Ottone contra iusticiam detentos coram nobis racionabiliter prepositus obtinuit et evicit. Huius rei testes sunt: Zulizlaus purchravius de Loket, Mistidruch castellanus Pragensis, Aldik iudex, Peley, Gebehardus de Horewic, Zbramir, qui et circuivit, Wolfardus, Koyan castrenses, Zacharias filius Vnech. Et ut huius nostre concesse libertatis robur et firmitas permaneat, presens privilegium fecimus exhiberi nostri sigilli robore communitum. Actum in Strahou in capella sancte Katherine anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo quarto.

66.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Hradiště concedit, ut in villa eius Oldřišov et in praediis ad ipsam pertinentibus libertates observentur, quas accuratius perscribit. Quas libertates Robertus, episcopus Olomucensis, auctoritate ecclesiastica confirmat. *In Velehrad 1234 apr. 5.*

Apographum saec. XVII. servavit M. Siebenaicher, Historica relatio de conditoribus monasterii Gradicensis, cuius cod. ms. in tabulario terrae Moraviae Brunnae asservatur, fol. 67r—68r (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 262, num. 240 et pag. 264 num. 241 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 392, num. 833 (fragm.) et 834 (reg.)

Charta ab eodem auctore contexta est, a quo Roberti episcopi charta CDB. II, num. 195 composita est. In charta conscribenda illius privilegii forma adhibita est, quod ab Otakaro I. rege quondam a. 1228 die 27 mensis novembris monasterio in Velehrad concessum est (v. CDBoh. II, num. 321). Cuius quidem privilegii autographum dictator chartae marchionis inspicere eiusque tenore facile niti potuit, quoniam teste nota temporis de libertatibus a Přemyslo marchione concedendis et charta ista edenda in monasterio Velehradensi actum est. Ex exemplo suo dictator pleraque ad verbum descripsit, sed nonnula minutiora ipse mutavit et invenit. Qui dictator idem est, quem alias nota ‚Otacarus 5' insignimus. — In nota temporis perperam indictio VI. adfertur, cum recte ad annum 1234 indictio VII. pertineat.

In nomine sancte[a] trinitatis et individue unitatis amen. Premisl,[b] dei gratia marchio Moravie, monasterio Gradicensi Premonstratensis ordinis, Olomucensis

65. a) *ita B.*
66. a) ‚sanctae' *et similiter etiam infra* ‚ae' *pro* ‚e' *simplici ponitur in B.* — b) ‚Prźemisl' *B.*

diocesis,[c] et fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam ibi professis in perpetuum. Cum munifica principalis auctoritatis[d] clementia omnibus benefacere debeat, maxime domesticis fidei ac viris approbate religionis vitam et habitum professis, qui die noctuque pro statu matris ecclesie gubernatori omnium supplicando devotius famulantur, manum pie consolationis ac iuste defensionis clypeum speciali ratione tenetur propensius exhibere. Eapropter presens noverit etas et sciat futura, hanc esse libertatem, quam prefate domui et fratribus ibi degentibus ad ampliorem eorum sustentationem et ob ipsorum orationum recompensationem statuimus et sancimus irrefragabiliter observandam in Oldrisowe et omnibus prediis eidem ville cum omni iure attinentibus, scilicet ut ab omni onere tributorum, vectigalium, collectarum aliarumque exactionum, sive in quatuordecim ad principem vel beneficiarios, quocunque modo nominentur, spectantibus nostra pietate emancipate dignoscantur; adiicientes, ut nullus principum, successorum nostrorum, vel baronum nobis vel eis subiectorum pro castrorum edificatione vel reedificatione vel aliqua ingruenti expeditione homines iam[e] dicte domus in Oldrisow vel in ceteris[f] prediis eidem ville adiacentibus cum omni iure suo commorantes audeat inquietare. Ius autem, quod datur pro capite, eis concedimus, hoc de fure statuentes : si in dicta possessione habitat et deprehenditur in furto manifesto, vel de * occulto accusatus * quoad iudicium quodcunque convictus fuerit, * eidem monasterio bona furis * absolute remaneant, iudices autem, ad quos spectat, de reo sententiam exequantur. Si vero dicti homines coram iudicibus nostris culpabiles inveniantur, nec nobis nec iudicibus nostris curialibus vel beneficiariis aliquid inde utilitatis proveniat, sed apud dictum cenobium[g] culpe satisfactio perseveret, nisi in eo, in quo tenetur adversario *respondere.*[h] *Ceterum,*[i] ut omnia breviter comprehendamus, omnem utilitatem ad nos vel successores nostros vel beneficiarios nostros * spectantem superius memoratis fratribus in eorum possessionibus, in dictis videlicet prediis diocesis[c] Oppaviensis, relaxamus.* Statuimus etiam, ut nullus camerarius easdem villas ingrediatur ad aliquem citandum vel ad aliquid ibi faciendum, sed significet procuratori domus illius, cui abbas et fratres procurationem in temporalibus commiserunt, ut eos citari faciat, qui sunt citandi, quatenus die et loco prefixo eos coram iudicibus statuat, quorum interest causas et negotia provincie tractare et diffinire. * Prohibemus etiam, ne venatores vel caniductores nostri in dictis villis * audeant pernoctare, vel aliquam ibi inferre violentiam, et hoc sub pena[k] decem librarum monete provincialis. * Adiicimus etiam, ut homines dictarum possessionum per thelonea transeuntes in his, que spectant ad usus * ecclesie, ad eam in necessitatibus eius transvehendis[l] vel deferendis sint a pedagiis et theloneis liberi et absoluti, ut plena et perfecta gaudeant libertate *; hoc firmiter sancientes, ut huius libertatis a nobis concesse violatores imposterum in cameram nostram et successorum nostrorum de-

66. *c)* ‚dioecesis' *B.* — *d)* ‚authoritatis' *B.* — *e)* ‚tam' *B.* — *f)* ‚coeteris' *B.* — *g)* ‚coenobium' *B.* — *h) ita B; in aliis privilegiis, quae eadem forma adhibita, iisdem fere verbis conscripta sunt, hoc loco* ‚satisfacere adversario' *legitur.* — *i)* ‚coeterum' *B.* — *k)* ‚poena' *B.* — *l) ita B;* ‚transducendis' *habent alia privilegia iisdem fere verbis conscripta.*

cem marcas auri componant. Ut autem hec omnia robur firmitatis obtineant et perpetuo maneant inconcussa, hanc nostre benevolentie paginam sigillo nostro dignum duximus eternari. Huius rei testes sunt : dominus abbas Welegradensis et ordinati eiusdem domus, Henricus prior, Wolframus camerarius, Jacobus provisor hospitum, et totus conventus; capellani curie nostre : Marqvardus, Wenceslaus, Wilhelmus physicus, Conradus de Bruna, magister[m] Hilarius, Gregorius, Milos; viri nobiles : Arnulphus comes de Hucesvage,[n] Bohuzlaus[o] filius Slawconis, Pribislaus filius Pyrcose, Chestiborius, Spitata,[p] Wocco subcamerarius,[q] Idico subpincerna et frater eius Slavibor, Gerardus cum filio suo, Beneda marsalcus, Woyslaus, Stiborius, Rapota camerarius marchionisse et alii quam plures. Acta sunt hec solenniter in Welegrado anno verbi incarnati millesimo ducentesimo tricesimo quarto, indictione sexta, nonas aprilis. Data per manum protonotarii nostri Bartholomei[r] in memorato cenobio,[s] eidem loco presidente * Alberto[t] abbate venerando.

Noverint tam presentes quam futuri, quod illustris marchio Moravie Premisl[b] nomine rogavit nos Robertum, dei gratia episcopum Olomucensem, quod libertatem ecclesie Gradicensis iuxta Olomucz ecclesiastica auctoritate[u] confirmaremus secundum quod in eius privilegio continetur, quod et fecimus sub tali forma: Ad eius enim petitionem sub testimonio baronum eius excommunicavimus omnes violatores libertatis prefatarum possessionum, que data est ecclesie Gradicensi in Oldrisow[v] et eius appendiciis, imprecantes violatoribus eiusmodi libertatis indignationem dei et beati Petri et Pauli et omnium sanctorum, quod sint extincti et a deo excommunicati, nisi resipiscant et ad satisfactionem debitam perveniant ecclesie Gradicensi. In cuius rei testimonium huic pagine nostrum sigillum fecimus apponi et etiam capituli nostri sub testimonio canonicorum nostrorum.

67.

Gregorius IX. papa monasterio in Tepla confirmat villas, quarum nomina adferuntur. *Laterani [1234] apr. 13.*

Autographum scriptum in membrana, cuius tertia fere pars avulsa et deperdita est, in tabulario canoniae Teplensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 392, num. 835 (reg.)

⁑ Gregorius ⁑ episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis .. abbati [et fratribus de Tepla,] Premonstratensis ordinis, Pragensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Iustis pe[tentium desideriis dignum est nos] facilem

66. *m)* ‚Wilhelmus de Brunna magister,‘ *B; sed* ‚Wilhelmus‘ *describentis incuria loco* ‚Conradus‘ *positum esse puto, quare correxi.* — *n) ex* ‚Hutisvabe‘ *corr. B.* — *o)* ‚Bohuslauz‘ *B.* — *p)* ‚Spatarius‘ *describentis incuria B.* — *q)* ‚suboamerarius‘ *B.* — *r)* ‚Bartholomaei‘ *B.* — *s)* ‚coenobio‘ *B.* — *t)* ‚Albertho‘ *sed* ‚h‘ *deleta B.* — *u)* ‚authoritate‘ *B.* — *v)* ‚Oldrzisow‘ *B.*

prebere consensum et vota, que a rationis tramite non discor[dant, effectu prosequente complere]. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato [concurrentes assensu, Witshin,] Vtherin, Oleschowi, Loschemposco,[a] Drewohuisi et Staraweç et quasdam [alias villas cum iuribus et pertinentiis] earundem, quas iusto emptionis titulo proponitis vos habere, [sicut eas pacifice possidetis et confe]ctis exinde litteris[1] dicitis plenius contineri, vobis et per vos monasterio vestro [auctoritate apostolica confirmamus] et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino h[ominum liceat hanc paginam] nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si [quis autem hoc attemptare] presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et [Pauli apostolorum eius se nove]rit incursurum. Datum Laterani idus aprilis, pontificatus nostri anno [octavo].

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubris Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem atque in num. 37.

68.

Gregorius IX. papa abbatibus de Břevnov et Kladruby, ordinis sancti Benedicti, et de Nepomuk et Plasy, ordinis Cisterciensis, mandat, ut secundum statutum concilii generalis apud aliquod monasterium hoc anno capitulo convocato abbates et priores tam exemptos quam non exemptos Pragensis et Olomucensis dioecesum ad illud venire compellant; quae capitula ut etiam postea annis singulis celebrentur, constituit. Laterani 1234 apr. 20.

Apographa saec. XVII exstant in Libro privilegiorum monast. Cladrubensis, qui in bibliotheca universitatis Pragensis sub sign. II. A. 10. asservatur, tom. I, fol. 59r (B) et tom III, pag. 51—53 (C).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 393, num. 836 (extr.) — Potthast, Reg. pontif. num. 9450.

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis ..[1] Breunouensi[a] et ..[2] Cladrubensi[b] sancti Benedicti, ..[3] Pomucensi et ..[4] Plasensi[c] Cisterciensis ordinum abbatibus, Pragensis diocesis[d] salutem et apostolicam benedictionem. Olim sedes apostolica intellecto, quod succensa velut ignis damnande[e] prevaricationis impietas non solum vepres et spinas, carnalibus scilicet servientes operibus, devorabat, sed consumebat etiam quasi cedros Libani, nonnullos videlicet regularum ordinis professores: veluti pia mater, que filiorum uteri sui obli-

67. a) *ita A (loco* ‚Leschen, Posho', *vid. pag. 31, l. 28).*

1) *Vide supra num. 32 et 31.*

68. a) ‚Breunouenſ' *B;* ‚Breunovensibus' *C.* — b) ‚Cladrubenſ' *B;* ‚Cladrubiensibus' *C.* — c) ‚se' *ex* ‚ce' *corr. B;* ‚Plascens.' *C.* — d) ‚dioecesis' *B, C.* — e) ‚damnandae' *et similiter etiam infra* ‚ae' *pro* ‚e' *simplici B, C.*

1) *Dluhomilo.* — 2) *Reinerio.* — 3 *Nomen ignoratur.* — 4) *Henrico.*

visci non potest, volens eorum vulneribus congruam adhibere medelam, sacro statuit generali approbante concilio, ut in singulis regnis sive provinciis de triennio in triennium, salvo iure diocesanorum[f] pontificum, fieret commune capitulum abbatum ac priorum, abbates proprios non habentium, qui non consueverunt tale capitulum celebrare, ad quod universi prepeditionem non habentes canonicam convenirent apud unum de monasteriis ad hoc aptum, tractaturi de reformatione ordinis et observantia regulari,[5] ut evulsis sentibus vitiorum plantarentur arbores gratiose, que tam fecunditate[g] fructuum quam odorum suavitate placerent. Verum operante illo, cui est proprium bonis actibus invidere, cum nihil aut parum utilitatis ex eodem statuto provenerit, eo quod abbates et priores proprios abbates non habentes neglexerunt ad huiusmodi capitulum convenire: nos qui cum infirmantibus infirmamur et urimur de scandalo subditorum, certis provinciis et personis regularibus certos visitatores duximus deputandos, plena eis potestate concessa corrigendi et reformandi tam in capitibus quam in membris, que correctionis et reformationis officio indigerent. Sed, quod non absque mentis amaritudine recitamus, in plerisque regnis et provinciis correctio et reformatio iuxta nostrum desiderium non processit; propter quod omnes declinaverunt, tam subditi quam prelati, et omnes inutiles sunt effecti, quasi iumenta in stercore putrescentes. Ne igitur illos errori proprio, quasi non curantes de ipsis, relinquere videamur, compatientes ex intimo cordis super contritione Joseph, ac scientes, quod non est abbreviata manus Domini, ut salvare non possit, adhuc correctioni eorum duximus insistendum, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus apud aliquod monasterium ad hoc idoneum hoc anno convocantes capitulum, abbates et priores proprios abbates non habentes, ut est premissum, tam exemptos quam non exemptos, Pragensis et Olomucensis diocesum[d] venire ad illud, dummodo non sint impedimento prepediti canonico, per censuram ecclesiasticam, sublato cuiuslibet contradictionis et appellationis obstaculo, compellatis et deum habentes pre oculis procedatis in celebratione capituli iuxta constitutionem concilii memorati, eadem censura facturi, que in ea deliberatione provida ordinata fuerint, firmiter observari; tantam et talem diligentiam et sollicitudinem circa correctionem et reformationem ordinis adhibendo, ut dignam Domino, in cuius conspectu omnia nuda[h] sunt et aperta, in extremo die districti examinis possitis exinde reddere rationem. Volumus nichilominus[i] et mandamus, ut premissum capitulum faciatis annis singulis celebrari, concessa eis, qui ad presidendum futuris capitulis celebrandis fuerint ordinati, convocandi abbates et priores predictos et cogendi rebelles, appellatione

68 *f)* ‚dioecesanorum' *B, C.* — *g)* ‚fęcunditate' *B;* ‚fæcunditate' *C.* — *h)* ‚munda' *C.* — *i)* ‚nihilominus' *B, C.*

5) *Quae litteris minoribus exprimuntur, ex concilii Lateranensis IV. (anno 1215. die 11. 30. mensis novembris celebrati) canone XII.* „De communibus capitulis monachorum" *descripta sunt. Vid. Decretal. Gregorii IX. lib. III, tit. 35, c. 7 (edit. Friedbergianae II, 600).*

postposita, simili potestate. Datum Laterani XII[k] kalendas maii, pontificatus nostri anno octavo.

69.

Heinricus, marchio Misnensis, monasterio in Buch villam Kreissa (‚Criszowe‘) *cum omnibus attinentiis donat.* — ‚Datum Pragis anno gratię $M^{o}CC^{o}XXX^{o}IIII^{to}$, VII kal. maii —.‘ *Pragae 1234 apr. 25.*

Posse, Urkunden der Markgrafen v. Meissen (Cod. dipl. Saxoniae regiae I. Hauptt.) tom. III, pag. 345, num. 497 (ex autographo).

Heinricus marchio tunc Pragae versabatur ad nuptiarum sollemnia proficiscens, de quibus Continuatio Sancrucensis II. haec refert: ‚Fridericus, illustris dux Austrie et Styrie, et Theodora ducissa, mater sua, in octavis Pasce *[die 30. aprilis]* ad festum apostolorum Philippi et Jacobi nuptias sollempnes celebrant in campo iuxta Stadelawe, ubi marcravius de Meyssen sororem iam dicti ducis, Constantiam nomine, duxit in uxorem, presentibus regibus, Ungarie[1] videlicet et Boemie[2] et archiepiscopo Salzpurgense,[3] Pataviense,[4] Babenbergense,[5] Frisiense[6] et Seccoviense[7] episcopis et marcravio de Moravia,[8] Saxonie et Karinthie ducibus[9] et lancravio Thuringie,[10] mediantibus etiam aliis quam pluribus‘. *(Monum. Germ. Script. IX) pag. 637; v. et. Contin. Admont. ibd. pag. 593.)*

70.

Zdislav comes monasterio in Zderaz ecclesiam in Bubny cum attinentiis donat. *Pragae 1234 maii 1.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario c. r. aul. Vindobonensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 393, num. 837 (fragm.)

Charta manu quadam ignota scripta est. Utrum charta manu Lupoldi scribae, qui inter testes nominatur, exarata sit, diiudicare nequeo.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ego Sdizalaus comes notum facio omnibus || presentibus ac futuris presens scriptum inspecturis, quod divina favente gracia querens || psalmigraphum, vitans transitoria, ecclesiam cum appendiciis, quam iure hereditario || in Buben possedi,[a] confero ecclesie Zderazensi coram his dominis: Johanne Pragensi episcopo, Peregrino episcopo, Thobya archidyacono, Ruberto, Ebrhardo canonicis Pragensibus,[b] Radozlao canonico Boleslaviensi, Voyzlao et Lupoldo canonicis Sathcensibus,[c] Ludvico decimario, Lu-

68. *k)* ‚duodecimo‘ *B, C.*

69. 1) *Andrea II.* — 2) *Venceslao I.* — 3) *Eberhardo.* — 4) *Rudigero.* — 5) *Ekberto.* — 6) *Chunrado.* — 7) *Henrico.* — 8) *Přemyslo.* — 9) *Alberto I. et Bernhardo.* — 10) *Henrico dicto Raspe.*

70. *a) ex* ‚possideo‘ *corr.* (‚i‘ *in* ‚e‘ *eod. atramento mutatum et litteris* ‚eo‘ *erasis* ‚i‘ *scriptum) A.* — *b)* ‚can̄ pg‘ *A.* — *c)* can̄ Sathcn̄‘ *A.*

poldo scriba. Ut autem hec mea donatio maius robur habeat firmitatis, presenti sigillo prefati episcopi Johannis pecii communiri. Datum in curia episcopi Prage in festo apostolorum Phylippi et Jacobi anno verbi incarnati MCCXXXIIII.

Sigillum, quod autographo e lora membranacea appendebat, iam avulsum et deperditum est.

71.

Gregorius IX. papa praeposito, decano et scholastico Misnensibus mandat, cogant Johannem II., episcopum Pragensem, ut abbati et conventui monasterii in Břevnov decimas, quae eis per Vitoslavum, abbatem sanctae Mariae Vratislaviensis, eiusque coniudices adiudicatae sunt, exsolvat et de subtractis satisfaciat.

Laterani 1234 maii 6.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Břevnovensis asservatur (A).

Dobner, Monum. Boem. hist. VI, pag. 17 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 394, num. 838 (fragm.) — Potthast, Reg. pontif., num. 9454 — Grünhagen, Reg. z. schles. Gesch. I, num. 445.

In membranae replicatae margine dextro haec scriptoris nota scripta est: ‚t‘. In autographi tergo in medio margine superiore tres orbiculi concentrici manu scriptoris cancellariae apostolicae delineati sunt.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis ..[1] preposito ..[2] decano et ..[3] scola||stico Misinensibus salutem et apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum ..[4] abbatis et conventus || monasterii de Breunou, ordinis sancti Benedicti recepimus continentem, quod venerabilis || frater noster ..[5] Pragensis episcopus et quidam alii sue diocesis de Lutomiriç, de Belin et de Descho villarum ac aliorum locorum forentium[a] decimas ad eorum monasterium pertinentes, per ..[6] abbatem sancte Marie Wratiçlauiensis, et eius coniudices, delegatos a nobis,[7] sententialiter adiudicatas eisdem,[8] contra iustitiam detinent et eis reddere contradicunt. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos episcopum et alios, ut eisdem abbati et conventui decimas ipsas exolvant et de subtractis satisfaciant, ut tenentur, monitione premissa, sublato appellationis obstaculo, auctoritate nostra cogatis. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani II nonas maii, pontificatus nostri anno octavo.

Autographo appendet e filis cannabinis Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem atque in num. 37.

---

71. a) *ita scribitur in A.*

1) *Heidenrico.* — 2) *Petro de Noszin.* — 3) *Conrado.* — 4) *Dluhomili.* — 5) *Johannes II.* — 6) *Vitoslavum.* — 7) *Vid. supra pag. 5, num. 7.* — 8) *Vid. supra pag. 25, num. 27.*

72.

Gregorius IX. papa Petrum abbatem de Strahov edocet, quomodo in excessibus canonicorum ei subiectorum corrigendis versari debeat.

Reatae 1234 iun. 8.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vat. tom. XVII) asservatur, fol. 185,[r] lib. VIII, ep. 97 (R).

Palacký, Ital. Reise, pag. 25, num. 117 (reg.). — Erben, Reg. Boh. I, pag. 394, num. 839. — Potthast, Reg. pontif. num. 9468. — Auvray, Registres de Grég. IX. tom. I, col. 1059, num. 1947.

..[1] abbati Montis Syon in Boemia, Premonstratensis ordinis, Pragensis diocesis.[a] Ex parte tua fuit expositum coram nobis, quod interdum nonnulli canonici tibi subiecti pro violenta iniectione manuum in se ipsos et alios religiosos vel clericos seculares in canonem incidunt sententie promulgate; quidam vero pro detentione proprii, et aliqui tibi denegantes obedientiam, super quibus se postmodum corrigunt, sententiam excommunicationis incurrunt et quidam etiam predictorum excommunicatorum, non obtento absolutionis beneficio, per simplicitatem et iuris ignorantiam in susceptis ministrant ordinibus et ascendunt etiam ad maiores. Quare de ipsorum salute sollicitus postulasti, ut cum eos venire ad sedem apostolicam oporteret et salutis, cuius causa venirent, incurrerent facile detrimentum, misericorditer super hoc agere dignaremur. Nos autem de discretione tua fiduciam obtinentes, mandamus, quatinus manuum iniectoribus, satisfactionem super hoc passis iniuriam congruam impendentibus, nisi eorum difficilis fuerit et enormis excessus, propter quem merito ad sedem apostolicam sint mittendi, ac aliis excommunicatis iuxta formam ecclesie absolutis, iniuncto eisdem manuum iniectoribus, quod fuerit iniungendum, cum illis, qui taliter ordines recipiunt et ministrant etiam in susceptis, auctoritate nostra facias, prout animarum suarum saluti videris expedire. Illi vero, qui in religiosos alterius monasterii aut clericos seculares manus iniciunt temere violentas, per te ac episcopum vel abbates passorum iniurias absolutionis beneficium consequantur. Si vero dicti excommunicati scienter promoventur ad ordines aut ministrant etiam in eisdem, ipsis per biennium ab ordinum executione suspensis et iniuncta eis penitentia salutari, cum eis postmodum, si fuerint bone conversationis et vite, eadem auctoritate, sicut videris expedire, dispenses. Datum Reate VI idus iunii, anno octavo.

73.

Venceslaus I., rex Bohemiae, libertates et exemptiones a Boleslavo II. duce monasterio in Břevnov quondam concessas et a Přemyslo Otakaro I. rege renovatas denuo renovat, petente abbate Dluhomilo.

Pragae 1234 iunii 18.

72. a) *Superscriptio colore rubro scripta est in R.*
1) *Petro.*

Exstant duo autographa in membrana scripta, quae in tabulario monasterii Břevnovensis asservantur (A^1, A^2). — Chartae A^2 exemplar insertum est confirmationi Karoli IV. datae 1351 ian 14 (autographum eiusdem tabularii).

Ziegelbauer, Epitome historica . . . monii. Brevvnoviensis pag. 258 (ex A^1) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 395, num. 842 (fragm.) — Emler, Reg. Boh. II, pag. 713, num. 1777 (fragm.) suppl. ex A^2).

Utrumque autographum alia manu scriptum est, quae in nulla alia regis Venceslai I. charta occurrit. Unde utriusque autographi scriptura provenerit, pro certo statui non potest, sed vix nimia audacia uteris, si chartae huius autographa a scribis monasterii Brevnovensis exarata esse conieceris. Scribae ‚Venceslaus 13', cuius manu a u t o g r a p h u m *A^1 exaratum est, folium membranae vacuum praesto erat, cui iam antea sigillum regis appensum erat. Palacký, qui tantum exemplar A^1 typis excussum noverat, apud Erben l. l. pag 624 nullis rationibus allatis, chartam* s p u r i a m *esse iudicavit. Sed suspiciones eius plane refelluntur collata charta eiusdem regis, quae die 23. iulii 1249 monasterio in Doksany data est. In utraque enim charta libertates concessae iisdem fere verbis exprimuntur, quam ob rem dubitari non licet, quin haec libertatum descriptio in cancellaria regia conscripta sit. Praeterea, si corroborationis formulam chartae A^1 cum illa contuleris, quae legitur supra in charta num. 44 monasterio Kladrubensi et in charta num. 54 hospitali s. Mariae data, etiam chartam Břevnovensem a Johanne notario curiae regalis, dictatam esse concedes. Itaque de eius sinceritate dubitari non potest. — In temporis nota omissa voce* „kalendas" *ante* „iulii" *error ortus est, qui facillime autographi A^2 auctoritate convincitur. —* A l t e r u m *eiusdem chartae* a u t o g r a p h u m *A^2 scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 14' signamus, quem verisimillime e numero monachorum Brevnovensium fuisse iam supra diximus. Mirum, quod in A^2 duobus locis* t e x t u s *additamentis paulisper* a u c t u s e s t. *Sed additamentum primum* („Statuimus — recipiantur") *ad verbum repetitum est e magna immunitate a rege Přemyslo Ottakaro I. die 10. martii 1222 omnibus monasteriis et ecclesiis dioecesis Pragensis data, cuius exemplum etiam monasterium Břevnovense acceperat (vid. Cod. dipl. Boh. II, num. 227); itaque ibi de iuribus a monasterio Břevnovensi iam prius obtentis agitur. Aliunde non sunt nota cetera, in quibus monasterii iura, si cum textu autographi A^1 contuleris, aucta esse conspiciuntur. Sunt autem haec: Enuntiato* „nisi quando ducunt ligna de silva nostra speciali" *omisso currus et subditi monasterii Břevnovensis a persolvenda pecunia, quae* „czestne" *vocatur, nulla restrictione allata, in universum liberantur; tum subditi eiusdem monasterii a theloneo persolvendo in universa terra Bohemiae liberantur. Jura monasterii in altera charta eodem die data satis aucta esse forsan miraberis, sed cave, ne additamentum per dolum subtrusum esse conicias. Etenim in autographo A^2 etiam additamentum illud eiusdem scribae manu, qua cetera, exaratum est. Autographi A^2 scripturam eiusdem esse temporis, quo autographum A^1 ortum est, omni dubitatione sublata affirmari potest. Etiam sigillum sane sincerum est neque ullum vestigium exstat, cur sigillum ex alia charta avulsum illuc transpositum esse suspiceris. Quaestio, quae ad originem textus aucti pertinet, ita potissimum solvi potest, ut abbatem propter errorem in nota temporis commissum aliud autographum desiderasse eaque occasione oblata libertatum iam obtentarum auctionem impetrasse conicias. — In charta eas tantum libertates renovari affirmatur, quas monasterii olim fundator, dux Boleslavus II., monachis concesserit et rex Přemysl Ottakarus I. confirmaverit. Quoniam autem in charta multae libertates continentur, quae a consuetudine temporum ante annum 1221 abhorrent, dubitari non potest, quin charta regis Přemysli Ottakari I, de libertatum a Boleslavo duce concessarum renovatione, si qua abbas Dluhomil fultus sit regis Venceslai renovationem expetens, sincera esse non potuerit. Sed de*

fide utriusque autographi chartae Venceslai regis dubitare rationi omnino adversum esset, cum superius satis bene comprobaverimus textum eius in cancellaria regia verbis compositum esse.

[A¹]

Universis Christi fidelibus per regnum Boemie constitutis Wenzezlaus, dei gracia quartus Boemorum rex, salutem in Domino cum gracie plenitudine. ‖ Ad noticiam singulorum volumus devenire quod ad iustam peticionem et instantiam venerabilis Dlvgomili abbatis in Brevnowe ad fratrum ibidem ‖ deo servientium libertatem omnimodam, a clare memorie duce Bolezlao nostro attavo, eiusdem loci fundatore concessam et a felicis recordati‖onis patre nostro rege Otakaro sive Premizl ex longa vetustate temporum iam pene oblitam, renovatam, nostro privilegio dignum duximus explanari et per fora publice divulgari. Est autem hec libertas: videlicet quod homines iam dicte ecclesie nullius castri iudicum seu beneficiariorum astent iudicio, set nobis presentibus iudicentur et sint liberi ac exempti ab omnibus exactionibus et gravaminibus, tam ab hiis, que vulgariter dicuntur narok seu zvod quam ab hiis, que[a] vocantur narez aut nozleh, et a retibus ad venationem ducendis et a victualibus canibus dandis ac ipsorum custodibus, qui holoti vocantur; ab eo eciam, quod dicitur ozzep, atque a sex denariis, quod dicitur seztne, qui dabantur magistro venatorie dignitatis. Statuimus etiam, ne homines prefate ecclesie graventur in hoc, quando aliquis occisus vel strangulatus, quod hlawa nuncupatur, infra campos alicuius ville proiectus ab iniquis hominibus repperitur, per quod

73. *a)* ‚que' ($\overset{e}{q}$) *eodem atramento superscriptum est A¹.*

[A²]

† Universis Christi fidelibus per reg[num] Boemie con[sti]tutis Wencezlavs, dei gratia quartus Boemorum rex, salutem in Domino cum gratie pleni‖tudine. Ad noticiam singulorum volumus devenire, quod ad iustam peticionem et instantiam venerabilis Dlugomili, abbatis in Breunov, ac ‖ fratrum ibidem deo servientium libertatem omnimodam, a clare memorie duce Bolezlao, nostro attavo, eiusdem loci fundatore, concessam et a feli‖cis recordationis patre nostro rege Otakaro sive Premizl ex longa vetustate temporum iam pene oblitam, renovatam, nostro privilegio dignum duximus explanari et per fora publice divulgari. Est autem hec libertas: videlicet quod **omnes** homines iam dicte ecclesie nullius castri iudicum seu beneficiariorum astent iudicio, set nobis presentibus iudicentur et sint liberi et exempti ab omnibus exactionibus et gravaminibus, tam ab hiis, que vulgariter dicuntur narok seu zuod, quam ab hiis, que vocantur narez aut nozleh, et á retibus ad venationem ducendis et a victualibus canibus dandis ac ipsorum custodibus, qui holoti vocantur; ab eo etiam, quod dicitur ozzep, atque a sex denariis, quod dicitur seztne, qui dabantur magistro venatorie dignitatis. Statuimus etiam, **ut ecclesia Brevnouensis** currus victualibus honeratos **non cogatur amodo dare** nobis ad expeditionem proficiscentibus seu colloquium celebrantibus.[1] Nec barones vel alii milites in domibus **eiusdem ecclesie** *hospitentur,* **nisi** *voluntate* **abbatis vel fratrum ipsius.** Quod si quis **contrarium** facere presumpsurit,[a] quod ibi consumpsit, in duplo restituat et nobis mille et CC denarios persolvat.[2] Nec homines **pre-**

73. *a) ita (loco* presumpserit*) scribae incuria A².*

1*) Cf. Cod. dipl. Boh. II, pag. 211, l. 17.* — 2*) Cf. Cod. dipl. Boh. II, pag. 211 l. 19 21.*

pauperes calumpniose puniuntur, sive invicem sediciose seu a latronibus vulnerentur, quod est[b] rannik, set[c] liberi sint, abbati tamen de culpis suis responsuri. Si vero aliquis hominum nominate ecclesie suspensus fuerit, quod wizzelez dicitur, ipsos penitus absolvimus, arbitrio domini abbatis relinquentes, quidquid exinde provenerit, in usus ecclesie convertendo. Sint etiam pauperes ab eo, quod dicitur wrez, sive quod vocatur prezeca, et ab operibus castrorum seu fossatorum ac piscinarum et maxime ab hiis, que dicuntur pogezda et pzarowe, liberi et absoluti. Super omne id, quod dicitur ceztne, super currus ecclesie antedicte et[d] pauperes exigi penitus inhibemus, nisi quando ducunt ligna de silva nostra speciali.

Sane nullus camerarius ducat aliquem pauperem in testimonium ad citandum aliquos homines, quod vocatur ozzada, nisi ad proximam villam alicuius ecclesie vel ad castrum pertinentem Et ut hec nostra renovatio rata permaneat et firma, presens privilegium fecimus exhiberi nostri sigilli robore communitum. Testes huius facti hii sunt: Johannes episcopus, Eppo prepositus Pragensis, Sdezlaus camerarius, Witko senior, Henricus frater eius, Mistidruh castellanus Pragensis, Aldik iudex,

73. *b)* ‚ē‘ *eodem atramento superscr. A1.* — *c)* ‚s;‘ *eod. atramento superscr. A1.* — *d)* ‚⁊‘ *eodem atramento superscr. A1.*

notate ecclesie, fugientes servitutem debitam * , a villicis regalibus seu aliis laycalibus personis recipiantur.[3] Decrevimus etiam, ne homines prefate ecclesie graventur in hoc, quando aliquis occisus vel strangulatus, quod hlawa nuncupatur, infra campos alicuius ville proiectus ab iniquis hominibus reperitur, per quod pauperes calumpniose puniuntur, sive invicem sediciose seu a latronibus vulnerentur, quod est rannik, set liberi sint, abbati tamen de culpis suis responsuri. Si vero aliquis hominum nominate ecclesie suspensus fuerit, quod vizelez dicitur, ipsos penitus absolvimus, arbitrio domini abbatis relinquen[tes, quidqui]d[b] exinde provenerit, in usus ecclesie convertendo. Sint etiam pauperes ab eo, quod dicitur wrez et[c] prezeca, et ab operibus castrorum seu fossato[rum ac] piscinarum et ab h[iis, que dicun]tur poiezda [et] pza[r]owe, liberi et absoluti. Super omne id, quod dicitur cezt[ne, pert]inens ad beneficium fore[s]tarii, super curr[us] ecclesie [ante]dicte [et pauperes exigi penitus inhibemus *. Placuit etiam nobis, ut ho]mines sepe dic[te] ecclesie in omnib[us theloneis in aquis et in viis to]cius Boemie constitutis omnimoda gaudeant [li]bertate, nichil [cuiquam ratione beneficii perso]lventes.

Sane nullus camerarius ducat aliquem[d] paupe[rem in te]stimonium ad citandum aliquos ho[min]es, quod ozzada vocatur * . Et u[t hec nost]ra renovatio rata permaneat et firma, presens privilegium fecimus exhiberi[e] nostri sigilli robore communitum. Testes huius facti hii sunt: Johannes episcopus,

73. 3) *Cf. CDBoh. II, pag. 211 l. 14 16.*

b) Quae hic et infra uncis clauduntur, cum membrana putrefacta perierunt A2. — *c)* ‚wrez et‘ *eadem manus eodem atramento superscripsit A2.* — *d) litterae* ‚cat aliquem‘ *iam paene evanuerunt A2.* — *e) litterae* ‚cimus exhiberi‘ *in loco putrefacto iam paene evanuerunt A2.*

Ypoch castellanus Wissegradensis, Zawisse subcamerarius, Gebhardus de Taclowiz, Dalebor subcamerarius, Johannes notarius curie et alii quam plures.

Actum Prage anno dominice incarnationis millesimo CCXXXIIII, indictione VII, concurrente VI. Datum XIIII[e] iulii.

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubris sigillum regis de cera communi confectum, quod eadem forma expressum est atque illud, quod ap. num. 15 describitur.

Eppo prepositus Pragensis, Sdezlaus camerarius, Witko senior, Heinricus frater eius, Mistidrvh castellanus Pragensis, Aldik iudex, Ypoch castellanus Wissegradensis, Zawisse subcamerarius, Gebhardus de Taclowiz, Dalebor subcamerarius * et alii quam plures. Actum Prage anno dominice incarnationis millesimo CCXXXIIII * . **Datum per manum Johannis, notarii curie, XIIII kalendas iulii.**

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubris sigillum regis de cera fusci coloris confectum, idem atque in num. 15.

74.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Louka ius patronatus ecclesiae in villa sua Tasovice confert.

In Znojmo 1234 iul 12.

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunae asservatur (A) — Apographum saec. XV exstat in cod. ms. eiusdem tabularii (Cerroni II, 253), qui „Matrica Lucensis" inscribitur, pag. 45.

Boczek, Cod dipl Mor. II, pag 264, num. 242 (ex A) = Erben, Reg. Boh I, pag. 395, num 841 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Přemysl 2' signavimus. Quem quidem scribam unam eandemque personam cum Hilario, Přemysli marchionis notario, esse contendere ausim; omnes enim chartae, in quibus eadem manus apparet, solum per manum huius notarii datae sunt. In charta conscribenda Hilarius illius chartae autographo (eadem manu exarato) usus est, per quam anno praecedente Přemysl marchio eidem monasterio ius patronatus ecclesiae in villa Přímětice contulit (Vide supra pag. 36, num. 38). Cuius quidem chartae contextum per omnia iisdem verbis repetit. — Testes, quorum nomina in charta leguntur, procul dubio pertinent ad tempus, quo charta tradebatur, cum nomina eorum in autographo eadem manu, sed alio atramento scripta sint.

§ In nomine sancte et individue trinitatis amen. § Premilz, miseracione divina marchio Morauie, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. || Cum inter cetera virtutum insignia quadam excellencia speciali preluceant caritatis opera, ipsis primum religio debet intendere christiana, || per que multitudo graciarum feliciter adaugetur ac post exilium huius mundi peregrinantibus celestis regni patria salubriter aperitur. Om||nes itaque modernos ac posteros scripti huius consideracionem et copiam habituros presencium exhibicione volumus edoceri, quoniam pro remedio anime nostre ius patronatus ecclesie de villa nostra, que Taszouiz vulgariter nuncupatur, monasterio de Lucka cum omni iure ad nos spectante contulimus tam hilariter quam libenter, ut viri religiosi Domino famulantes ibidem, relevata ipsorum indigencia, sustentacione gaudeant ampliori nosque oracionibus eorum-

73. *e)* ‚kalendas' *hoc loco scribae incuria omissum est A1.*

dem sperate consolacionis beneficia consequentes, adepta remissione peccaminum, perfrui possimus consorcio beatorum. Ut autem donacio prememorata, quam affectuose ac devote in pios usus et iustas causas duximus convertendam, rata et inviolabilis cursu temporum perpetuo perseveret, ob resecandum tocius ambiguitatis scrupulum obviandumque hominum malicie seu ignorancie presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus insigniri, subscripcionem testium nichilominus adhibentes, quorum nomina sunt in sequentibus subarata:[a] Wilhalmus camerarius, Luppoldus pincerna, Ben burgravius, Hrut, Bohus, Oztoy iudex, Lupus, Lutoborius, Cunradus de Plaueche, Henricus, Branizlaus urbani Znoymenses, Stiborius burgravius de Weuere, Cyrho dapifer, Wocko subcamerarius, Beneda marscalcus, Szeszema subpincerna, Bohuta prepositus Bolezlauensis, Wipertus prepositus de monte sancti Ypoliti, Thomas, Marcwardus, Helias sacerdotes, Mylos, Themo diaconi, Petrus, Nycolaus subdiaconi, Wihhalmus[b] phisicus, Werso de Hrus, Bohubud de Daleboriz, Hartlebus de Mizliboriz, Bochchek, Nycul[c] frater eius, Velizlaus, Pyrkos filius Pribizlai, Petrus filius Hagenonis, Petrus de Budissin. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCCXXXIIII, indictione VI. Datum Znoyem per manus Hylarii notarii IIII idus iulii.[d]

Autographo appendet e filis sericis coloris flavi et rubri sigillum marchionis de cera communi confectum, quod ex eadem forma provectum est atque illud, quod chartae num 38 appensum est.

75.

Gregorius IX. papa episcopo, praeposito et scholastico Misnensibus mandat, ne monasterium in Břevnov a canonicis et clericis Pragensibus in festo Innocentum invadi eiusque monachos molestari permittant.

Reatae 1234 iul. 19.

Apographum exstat in Gregorii IX regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (Reg Vatic num. 17) asservatur, fol 194,v lib VIII, ep 162 (R).)*

Palacký, Ital Reise, pag 25, num. 118 (reg) — Erben, Reg I, pag 396, num 844 — Gersdorf, Urkk. buch des Hochstifts Meissen (Cod. dipl Sax. reg. II Hauptt., I Bd.) I, pag 104, num 115 — Auvray, Les registres de Grégoire IX., tom. I, pag. 1090, num 2016 (reg) — Potthast, Reg num 9493.

. .[1] episcopo, . .[2] preposito et . .[3] scolastico Misnensibus.[a] Dilectorum filiorum . .[4] abbatis et conventus Breunciowensis monasterii exhibita nobis petitio

74 *a) Quae subsequuntur, eadem manu paulo post addita esse patet, quod atramento magis distincto scripta sunt, A. — b) ita (loco* ‚Wilalmus‘*) A. — c) ita A; idem testis alias* Mikul *nominatur. — d)* ‚Dat. — iulii‘ *procul dubio non statim cum iis, quae praecedunt, uno eodemque tractu scripta sunt, sed postmodo addita esse videntur A.*

75 *) *Litterarum argumentum in rubricis regestorum libro VIII antepositis sic exprimitur:* CLXII. Episcopo Misnensi et coniudicibus suis, ut non permittant molestari monasterium Breunciewense.

1) *Henrico.* — 2) *Heidenrico.* — 3) *Nomen ignoratur.* — 4) *Clementis.*

a) Superscriptio colore rubro scripta est R. — b) ita (‚Breunciowen̄‘) *R.*

continebat, quod quidam canonici et clerici Pragensis ecclesie quandam consuetudinem vel corruptelam potius pretendendo, venerabili fratre nostro . .[5] episcopo et dilectis filiis capitulo Pragensi eis consensum prebentibus, quorum studio pervigili deberent a nequitia cohiberi, cum multitudine querentium vanitatem monasterium ipsum in festo Innocentum[6] annis singulis hostiliter invadentes, eorum vultibus colorum positione varia deformatis, per dictum monasterium tamquam immemores rationis insaniunt, ipsorumque pannis et vestibus laniatis, vasa confringunt, domos diruunt, affligendo monachos verborum contumeliis et verberibus violentis; equos quoque ibidem inventos abducunt plura exinde per violentiam auferentes, que nedum restituere negligunt, immo ad excessus consimiles successivis temporibus relabuntur, quamquam id eisdem duxerimus per nostras litteras inhibendum. Quare supradicti abbas et conventus nobis humiliter supplicarunt, ut eorum indempnitati super his providere paterna sollicitudine dignaremur. Quocirca mandamus, quatinus, si est ita, canonicos et clericos memoratos ac complices eorumdem, ut consuetudine huiusmodi non obstante, dictis abbati et conventui restitutis omnibus sic ablatis, similia premissis ulterius non attemptent, ac memoratos episcopum et capitulum, quod ipsis in talibus consensum aliquem non impendant, monitione previa, submoto appellationis obstaculo auctoritate nostra previa ratione cogatis. Quod si non omnes ⟨etc.⟩[c].

Datum Reate XIIII kalendas augusti, anno octavo.[d]

76.

Přemysl, marchio Moraviae, advocato et civibus in Unčov libertates a praedecessoribus suis concessas confirmat; statuit, ne magister venatorum ratione villae Střelice praeter annuam pensionem nihil a civibus exigat; ne ad aliena iudicia evocentur, prohibet; eidem villae ius miliare concedit; aurifodas in villis circumiacentibus habitare aut pernoctare vetat; omne genus metallorum infra metas, quae describuntur, ad villam dictam pertinere decernit.

In Olomuc 1234 aug. 15.

Autographum in membrana scriptum in tabulario civitatis Unčov asservatur (A).

Boczek, Cod dipl. Mor II, pag. 265, num 243 = Erben, Reg Boh I, pag 397, num. 845 (fragm.) — Imaginem praebet Vikt Pinkava, Unčovský a Rýmařovský okres (Vlastivěda Moravská num. 78 et 56), pag 42 et J. Kux, Gesch. d. kgl. Stadt Mähr.-Neustadt, p. XV.

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 2' signavimus, exaratum est; quem cum Hilario, marchionis notario unam eandemque personam esse puto. Chartam, ab eodem

---

75. *c) i. e.:* Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. — *d)* Dat. ut supra' *R; dupplevi ex proxima praecedenti epist num 161.*

5) *Johanne II.* — 6) *die 28 decembris.*

notario etiam verbis contextam esse, chartis num. 38 et 74 collatis facile cognosci potest

‖ In nomine Domini nostri Hiesu Cristi amen. ‖ Premilz, miseracione divina marchio Morauie, civibus in Vnichow ‖ in perpetuum. Quoniam omnis actio racionabilis ac legitima discrecionis est moderamine gubernanda, summopere ‖ precium est, ut ea, que pro usu et commoditate mortalium debent esse perpetua, non tantum labili hominum memorie, ‖ verum etiam vivaci literarum testimonio commendentur. Modernorum itaque ac posterorum universali noticie presencium exhibicione duximus declarandum, quod nos renovantes omnem libertatem collatam a progenitoribus nostris advocato ac civibus in Vnichow, ea rata tenere decrevimus, que in novis sive antiquis ipsorum privilegiis sunt expressa Adicimus eciam, ut quicumque magister venatorum pro tempore fuerit, cives prenominatos occasione ville, que Ztrelez vulgariter appellatur, nullatenus inquietare presumat, nec aliquid inportune ab eisdem exigere preter statutam et usitatam annuam pensionem. Inhibemus eciam districte, ne extra territorium suum ad aliena iudicia pertrahantur, sed secundum consuetudines suas in villa prenominata exhibeant iusticie conplementum, eo excepto, ut si forte ipsos alicui in nostro iudicio convenire placuerit, respondeant coram nobis. Id eciam precipimus firmiter observari, ne in circuitu sepedicte ville ad miliare unum aliquis tabernam habere presumat, vel victualia in carnibus sive in pane vendere seu aliis quibuscumque. Statuimus insuper, ne aurifode, qui nobis decimarum solucione tenentur, habitandi seu eciam pernoctandi causa ad villas circumiacentes refugium habere presumant. Sunt autem termini eiusdem ville a metis Bohemie usque ad dimidium flumen, quod Morauiz nuncupatur, et ab eodem flumine ad aliud flumen dimidium, quod Biztrize vocatur; et omne genus metallorum intra predictos terminos ad ipsam villam, salvo iure nostro, dinoscitur pertinere. Ut autem secundum formam prescriptam nostra nostrorumque progenitorum concessio robur obtineat perpetue firmitatis, presentem paginam sigilli nostri munimine decrevimus insigniri, testium subscripcione adhibita, quorum nomina in sequentibus continentur: Szemizlaus camerarius, Wokco burgrabius de Gradez, Gerardus beneficiarius de Prerow, Byzzen iudex, Preborius, Pribizlaus de Obran, Onso, Victor, Bludo, Protyuen dapifer, Bochko subcamerarius, Hartlebus subdapifer, Marcwardus marscalcus, Dyrsicraus magister cocorum, Johannes de Wissenow, Thomas, Marcwardus sacerdotes. Acta sunt hec anno gracie M°CC°XXX°IIII°, indictione VIII^a. Datum in Olomuz[a] per manus Hylarii notarii XVIII kalendas septembris.

Autographo appendet e filis sericis rubris Přemysli marchionis sigillum de cera naturali confectum, quod eadem forma expressum est atque illud, quod apud num. 38 describitur.

76. *a)* ‚Olom̄‘ *A.*

77.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Oslavany ius patronatus ecclesiae in Mohelno donat.

1234 [ante aug. 26.]

Autographum in membrana scriptum nunc in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 267, num. 244 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 400, num. 853 (reg.) — Bretholz, Regesten der Orig. urk. im Archiv des Franzens-Museums in: Annales Mus. Franc. II (1896), pag. 144, num. 2 (reg.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 3' signamus exaratum est. Quem e notariorum marchionis numero fuisse puto, cum etiam privilegia eiusdem marchionis diebus 2. octobris et 2 novembris 1234 (v. num. 85 et 90) eadem manu scripta sint. — In nota temporis dies quidem non adfertur, sed chartam ante diem 26. mensis augusti datam esse Roberti episcopi confirmatio proxime sequens docet.

Omnibus Christi fidelibus presentia visuris in perpetuum. P.,[1] marchio Morawię, salutem in Christo. Quoniam morte cogente regna || mutantur et potestates, iura etiam et sollicitudines in diversas transformantur personas, ne de antecessorum facto apud posteros || dubitetur, necesse est, ut ipsis posteris fidem faciant scriptorum fidelium auctoritates. Quocirca scripto presenti et si-|| gillo universitati vestrę fideliter innotescimus et perpetuę memorię commendamus, quia ius patronatus ęcclesię de Mohiln perpetuo iure et integro, quo nos illud hactenus possedimus, contulimus M.[2] abbatisse et conventui ecclesie in Ozlawan, Cisterciensis ordinis, volentes et constanter sub obtentu gracię nostrę singulis et omnibus precipientes, ut sicut nobis ita per omnia dictis abbatisse et conventui presentes et posteri respondeant et obaudiant de omni iurę, quo hactenus nobis est responsum, et quicquid in ęcclesia dicta ordinandum duxerint, hoc ratum ab omnibus inviolabiliter habeatur. Datum anno gracię MCCXXX quarto. Testes: dominus episcopus Olomucensis,[2] Wrsso de Znoym, Hartliebus, Woco camerarius, Woitech filius Stephani de Medlŏ,[a] Hrut, Hylarius notarius, Cůnradus scriba et omnes curiales curię et alii quam plures.

Autographo appendebat e scidula membranae marchionis sigillum, quod iam avulsum et deperditum est.

78.

Robertus, episcopus Olomucensis, monasterio in Oslavany ius patronatus ecclesiae in Mohelno a Přemyslo, marchione Moraviae, donatum confirmat eique spiritualia concedit.

In Modřice 1234 aug. 26.

77. 1) *Přemysl.* — 2) *Nomen abbatissae ignoratur.* — 2) *Robertus.*

a ‚v' *superscripta.*

Autographum in membrana scriptum nunc in tabulario civitatis Brunnae asservatur (A). Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 267, num. 245 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 400, num. 854 (fragm.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Robertus 12' signamus, scriptum est. — In autographo conficiendo scriba fortasse folio membranae usus est, cui iam antea sigillum episcopi appensum erat.

R.[1], dei gracia Olomucensis episcopus, omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem ‖ in Domino. Noverit universitas vestra, quod P.[2] illustris princeps, marchio Moravie, ius patronatus ‖ ecclesie de Mohvln pro honore dei et gloriose virginis Marie, matris eius, perpetuo iure et integro, quo illud hactenus possedit, contulit M.[3] abbatisse et conventui ecclesie in Ozlawan, Cisterciensis ordinis, supplicando nobis humiliter et devote, quatinus eidem monasterio spiritualia cum omni iure de predicta ecclesia concederemus. Quod ad peticionem illustris principis marchionis Moravie et pro devocione et oracionibus dominarum de Ozla libenter fecimus; hoc statuentes et confirmantes, quod de omnibus proventibus et appendiciis ecclesie memorate prefatis abbatisse et conventui respondeatur, hoc excepto, quod plebano, qui per predictam abbatissam et conventum fuerit institutus in eadem, de prebenda provideatur per prefatas abbatissam et conventum ad ipsius sustentionem,[a] ut possit diocesano loci et archidiacono, qui pro tempore fuerint, solvere iura sua. Omnes autem, qui hanc nostram confirmacionem seu ipsam ecclesiam aut eius dotem invaserint, excommunicamus, ipsos tradentes sathane in interitum, usque redierint ad penitenciam et emendam. Datum in Modriz anno gracie MCCXXXIIII,[b] VII kalendas septembris, presentibus Woccone camerario, Hartliebo burgravio Znoimensi, Arnolpho Trebecensi et Ottone Lvtomislensi abbatibus, Nicholao archidiacono Brunnensi, Conrado notario Brunnensi et aliis quam pluribus.

Autographo appendet e scidula membranae sigillum Roberti episcopi formae rotundae de cera naturali confectum, quod eadem forma expressum est atque illud, quod iam in CDBoh. II ap. num. 78 descriptum est.

79.

Gregorius IX. papa Agneti, sorori Venceslavi I, regis Bohemiae, significat, se monasterium sancti Francisci cum hospitali Pragae, ad quod construendum idem rex fundum ecclesiae Romanae concessit, in ius, proprietatem et tutelam sedis apostolicae suscipere.

Spoleti 1234 aug. 30.

78. 1) *Robertus.* — 2) *Přemysl.* — 3) *Nomen ignoratur.*

a) *ita* (ſuſtentōnē) *A.* — b) *Quae subsequuntur, procul dubio paulo post addita sunt. Etenim dies et testium nomina eadem quidem manu, sed litteris paulo minoribus scripta sunt et ultimae tres lineae, spatiis artioribus interpositis, magis compressae sunt. Qua ex re cognosci potest chartam sigilloappenso iam munitam esse, cum ultimae lineae scriberentur.*

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVII) asservatur, fol. 204v–205r, lib. VIII, ep. 208 (R).

Sbaralea, Bullar. Franciscanum I, pag. 134, num. 138. — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 119 (reg.), = Erben, Reg. Boh. I, pag. 397, num. 846 (fragm.) — Potthast, Reg. 9519 — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t. I, col. 1120, num. 2071 (reg.)

Karissime in Christo filie A.,[1] sorori karissimi in Christo filii nostri . .[2] illustris regis Boemie.[a] Sincerum animi tui fervorem tueque devotionis fragrantiam nuper cum gaudio sentientes, in hoc sumus velut in odore agri pleni, cui benedixit Dominus,[3] delectati, attendentes in Agnete altera caritatem, quam aque multe extinguere nequiverunt,[4] super quo in laudes et gratias assurgimus bonorum omnium largitori, qui tibi hunc affectum misericorditer inspiravit, ut prudentibus iuncta puellis improvisum eius adventum secura cum lumine prestoleris.[5] Agnes enim Agnetem beatissimam imitata te nullatenus, quamvis delicata et iuvenis, permisisti seculi decipi blandimentis aut pòtentia vel gloria temporali seduci, set pro nichilo ducens mundi favores et rerum affluentiam terrenarum, carnem coegisti spiritui deservire, ut abdicatis transitoriis universis celesti sponso in religione pauperum monialium inclusarum elegeris in munditia cordis et corporis famulari, illi voto sollempni te dedicans et eius ancilla fieri cupiens ex regina, qui celsitudinem divinitatis humilians et formam servi suscipiens exaltat humiles in salutem. Unde carissimus in Christo filius noster . . illustris rex Boemie, germanus tuus, pie considerans te ex alto virtute spiritus roboratam et caritatis ardore in Christo succensam tuoque proposito divinitus inspirato, cohibitis germane dilectionis affectibus, grata benignitate concurrens, fundum ad construendum monasterium cum hospitali apud Pragam in honore beati Francisci, in quo te cum aliis sororibus claudere statuisti, ecclesie Romane concessit et ipse ac venerabilis frater noster . .[6] Pragensis episcopus, loci diocesanus, de consensu capituli sui utrumque locum pietatis intuitu plene libertati donarunt, sicut in eorum litteris ad nos transmissis plenius continetur.[7] Quia igitur devote mentis est affeccio amplectenda et circa sacre religionis novella plantaria humane sollicitudinis cura debet propensior adhiberi, ut uberes flores et fructus proferant honestatis, nos eorumdem regis, episcopi et capituli precibus inclinati, prefatum monasterium et hospitale in ius et proprietatem ac tutelam sedis apostolice suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, libertates et immunitates concessas eis a rege, episcopo et capitulo supradictis auctoritate apostolica confirmantes et districtius nichilominus inhibentes, ne quis archiepiscopus, episcopus vel quilibet alius prelatus in dictum monasterium et hospitale, vel

79. a) *Superscriptio colore rubro scripta est in R.*

1) *Agneti.* — 2) *Venceslai I.* — 3) *Cf. Genesis XXVII, 27.* — 4) *Cantic. VIII, 7.* — 5) *Cf. Matth. XXV, 4.* — 6) *Johannes II.* — 7) *Litterae deperditae sunt.*

personas existentes ibidem, excommunicationis, suspensionis et interdicti audeat sententiam promulgare, quam contra prohibitionem nostram prolatam decernimus non tenere. Statuimus insuper, ut iuxta morem ecclesie Romane ibi divinum officium celebretur, excepto psalterio, quod secundum consuetudinem possitis dicere gallicanam. Nulli ergo <etc.>[b] nostre protectionis, confirmationis, inhibitionis et constitutionis infringere. Si quis autem <etc.>[c] Datum Spoleti III kalendas septembris, pontificatus nostri anno octavo.

80.

Gregorius IX. papa fratri Johanni, ministro in Saxonia, et fratri Thomae, custodi in Bohemia, ordinis fratrum Minorum, mandat, ut Agnetem, sororem regis Bohemorum, constituant abbatissam monasterii sancti Francisci Pragensis.

Spoleti 1234 aug. 31.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVII) asservatur, fol. 205r, lib. VIII ep. 208A (R).

Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag. 135, num. 139 — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 120 (reg.), = Erben, Reg. Boh. I, pag. 398, num. 847 (fragm.) — Potthast, Reg. 9523 — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t. I, col. 1120, num. 2072 (reg.)

Fratri[a] Johanni, ministro in Saxonia, et fratri T.[1], custodi in Boemia, ordinis fratrum Minorum. Sincerum animi karissime in Christo filie nostre A., sororis karissimi in Christo filii nostri..,[2] regis Boemie illustris, fervorem sueque devotionis fragrantiam nuper cum gaudio sentientes <etc. usque:>[b] sicut in eorum litteris ad nos transmissis plenius continetur. Cum igitur dictam Agnetem unctio spiritus sancti docuerit, propter quod firmiter in ipso speramus, quod per eius studium religio iuxta desiderium suum ibi plantata de bono semper in melius suscipere debeat incrementum, per apostolica vobis scripta mandamus, quatinus auctoritate nostra in abbatissam eiusdem monasterii preficiatis eandem, concessa sibi nichilominus potestate, ut super eo, quod certis diebus est in pane et aqua secundum regulam ieiunandum et usu calciamentorum et pellium iuxta discretionem sibi datam a Domino valeat dispensare Datum Spoleti II kalendas septembris, pontificatus nostri anno octavo.

---

79. *b) i. e.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam — *c) Formulam integram exempli gratia superius pag. 3 lin. 27 invenies.*

80. *a) Epistolae tenori anteponitur:* In eundem modum verbis competenter mutatis scriptum est super hoc: — *b) Vid. epist. proxime praecedentem, pag. 86 l. 8 usque 28.*

1) *Thomae.* — 2) *Venceslai I.*

81.

Gregorius IX. papa universis Christi fidelibus per Boemiam et Poloniam constitutis monasterium sancti Francisci Pragense cum debita reverentia accedentibus in eius consecratione indulgentiam unius anni ac in anniversario die consecrationis ipsius indulgentiam quadraginta dierum et totidem in festo confessoris eiusdem elargitur.

Spoleti 1234 aug. 31.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVII) asservatur, fol. 205r, lib. VIII, ep. 210 (R). Vadding, Annal. Minor. II, pag. 614. — Sbaralea, Bullar. Francisc. I pag. 136, num. 140 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 398, num. 848 (fragm.) — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 121 (reg.) — Theiner, Vet. monum. Polon. et Lith. I, pag. 26, num. 58 — Potthast, Reg. 9522. — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t. I col. 1121, num. 2074 (reg.)

Universis Christi fidelibus per Boemiam et Poloniam constitutis.[a] Quia sensus hominis proni ab adolescentia sunt ad malum et a primis nature vestigiis omnis etas vitium imitatur, sicut ex sensualitate caro vergit in culpam, ita vigore spiritus precedente et gratia subsequente divina animus niti debet ad veniam et remedia semper inquirere, quibus mortis occasiones innumeras valeat declinare. Cum igitur non sit facile habitantibus super terram incursus evadere delictorum, propter quod divina suffragia sunt plurimum oportuna, per que si digne petantur, nostrorum corruptela criminum aboletur, universitatem vestram rogamus et hortamur in Domino ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatinus ad monasterium sancti Francisci Pragense imploraturi a Domino veniam delictorum in humilitate spiritus accedatis; nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, universis cum debita reverentia et devotione illuc accedentibus in eius consecratione annum unum ac anniversario die consecrationis ipsius quadraginta dies, et totidem in festo confessoris eiusdem usque ad octavas de iniuncta sibi penitentia relaxamus. Datum Spoleti II kalendas septembris, pontificatus nostri anno octavo.

82.

Gregorius IX. papa Johanni II. episcopo Pragensi mandat, ut monasterium sancti Francisci Pragense monialium inclusarum [ordinis sancti Damiani], quod est iuris et proprietatis sedis apostolicae, non permittat molestari.

Spoleti 1234 sept. 4.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine IV, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVII) asservatur, fol. 205r, lib. VIII, ep. 209. (R).

---

81. a) *Superscriptio colore rubro scripta est R.*

Sbaralea, Bullar. Franciscanum, pag. 136, num. 141 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 399, num. 849 (fragm.) Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 122 (reg.) — Potthast, Reg. 9524 — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t. I, col. 1120, num. 2073 (reg.)

.. episcopo Pragensi.[a] Quoniam diebus hiis malis, in quibus refrigescente caritate habundavit iniquitas plurimorum,[2] ea nonnulli malignitate deseviunt, ut ecclesias, quas deberent propter deum habere in reverentia et honore, multipliciter opprimant et hostiliter persequantur, necessario expedit, ut nos, qui ex officio nostro tenemur in iuribus et libertatibus suis ecclesias conservare, paterna pietate succurramus eisdem et huiusmodi viros noxios, ut saluti provideatur eorum, a presumptione tam dampnabili retrahamus, qui utique ut videtur divine patientie abusores, quia cito contra malos non fertur sententia, licenter presumunt talia perpetrare. Cum igitur monasterium sancti Francisci Pragense, quod novella plantatio, videlicet pauperum monialium inclusarum, et iuris et proprietatis apostolice sedis existit, ecclesie Romane tutelam et specialis favoris mereatur presidium obtinere, nos ei contra predictos providere volentes, quibus cum sint perversi, bona placere vix possunt, in rebus pessimis exultando, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus monasterium ipsum cum personis et rebus suis non permittas ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi monitione premissa per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo Presentibus post decennium minime valituris. Datum Spoleti II nonas septembris, pontificatus nostri anno octavo.

83.

Johannes II., episcopus Pragensis, monasterio in Milevsko mediam villam suam Hruštice pro villa Horosedly commutando dat, octuaginta marcis ponderis Bohemici ipsi additis.

Pragae 1234 sept. 24.

Autographum in membrana scriptum in tabulario principis de Schwarzenberg in Třeboň asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 399, num. 850 (fragm.).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Johannes II. 3' signamus, exaratum est. Quae quidem manus iam in nulla eiusdem temporis charta repperitur, sed scripturae ductu et tituli (signi abbreviationis) forma considerata ad quendam scribam ecclesiae Pragensis referenda esse videtur. — Membrana in latere dextro lacerata et nonnullis locis valde attrita est, sed lectiones, quas praebemus, omnes certissimae sunt.

✠ In nomine sancte et individue trinitatis amen. ✠ Ne id, quod deliberatione provida ordinatur, per quemquam successorum nostrorum possit in pos-

82. a) *Superscriptio colore rubro scripta est R.*

1) *Johanni II.* — 2) *Cf. Matth. XXIV, 12.*

terum[a] [in]mutari, set firmum et stabile perpetuo perseveret, notum facimus universis, tam presentibus, quam futuris, quod nos Johannes, Pragensis ecclesie episcopus, eiusdem || [ecclesie utili]taten et commodum adtendentes, tocius capituli nostri cum assensu cum domino abbate de Milevzko nomine Johanne ipsiusque toto conventu || [cons]entiente[a] commutationem quandam fecimus in hunc modum, videlicet medietatem cuiusdam nostre ville nomine Hruztizc in provincia Behinensi [pro villa] abbatis nomine Horuzedli et suis pertinentiis in provincia Boseczensi. Et quia bona iam dicti abbatis plus erant valentia, ipsi de arbi[trio proborum h]ominum in pondere Bohemico marcas addidimus octoginta. Ad huius autem nostre ordinationis provideque commutationis perpetuam memoriam [et stab]ile firmamentum presentem paginam conscribi fecimus sub testimonio eiusdem ecclesie canonicorum, quorum nomina hec sunt: Eppo prepositus, Tobias [archidi]aconus, Bernardus scolasticus, Johannes, Marqwardus, Radozlavs, Georius, Stephanus, Vitus, Pribizlavs, Bartholomeus, Boguto, Hermannus, [ipsam] nostri et supradicte ecclesie nostre sigillorum robore munientes. Data Prage MCCXXXIIII, octavo kalendarum octobrium.

Autographo duo sigilla e scidulis membranae appendebant, quae iam avulsa et deperdita sunt.

84.

Fridericus II., Romanorum imperator, Ottonem de Lüneburg in plenitudinem gratiae suae assumens, litem, quae inter se et eum vertitur de patrimonio et proprietatibus Henrici ducis, patrui eius, ad arbitrium Venceslai, regis Bohemiae, aliorumque principum imperii refert.

Monte Fiascone 1234 m. sept.

Scheid, Orig. Guelf. IV, p. 141 (ex autogr.) = Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II., t. IV, 1, p. 487. — Erben, Reg. I, 399, num. 851. — Weiland, Constitutiones (Monum. Germ. hist., Legum sectio IV), t. II, pag. 228. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2056.

85.

Přemysl, marchio Moraviae, hospitali s. Francisci Pragensi donat villam Rakšice, petente sorore sua Agnete, cui eam olim dederat, eique libertates et immunitates concedit quam donationem Venceslaus I., rex Bohemiae, confirmat.

Pragae 1234 oct 2.

Autographum in membrana scriptum in tabulario ord. Cruciferorum cum stella rubea Pragae asservatur (A). — Apographum coaevum insertum est confirmationi Gregorii IX. papae, datae Perusii 1235 maii 28., cuius autographum in eodem tabulario asservatur (B). Copia confirmationis eodem tempore confecta exstat in Gregorii IX. regestor. vol. V fol. 31r (C).

---

83. a) *Verbi huius litterae iam paene evanuerunt A.*

Wadding, Ann. Minorum; Reg. pontif. II (ed. 2.), pag. 622 (ex C). — Sbaralea, Bullarium Francisc. I, pag. 157. — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 123 (reg.) — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 269, num. 247 (ex C) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 401, num. 858 (fragm.) — Auvray, Les registres de Grég. IX., t. II, col. 69, num. 2596 (fgm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Přemysl 3' signavimus (de quo vide notam introductoriam ap. num. 77). — Privilegium a Vilhelmo, Venceslai I. regis notario, verbis contextum esse ex enuntiato „ad abstergenda vestigia tocius hesitationis" *et corroborationis formula facile cognosci potest (conf. chartas num. 32, 62, 105, 108). Si chartae verba diligentius consideraveris et cum genere dicendi in privilegiis immunitatum eiusdem temporis consueto comparaveris, dubitare non poteris, quin chartae nostrae dictator scientiam privilegii illius insignis habuerit, quod die 27. novembris 1228 ab Otakaro I. rege monasterio Velehradensi concessum est (CDBoh. II, num. 321). Etenim exempli huius vestigia iam in arengae formatione* („Cum deceat", „visum fuit nostre") *vix negari possunt. Sed reliquam chartae partem, ubi de exemptionibus et libertatibus agitur, notarius proprio usus arbitrio conscripsit, singula tantum verba aut verborum iuncturas ex exemplo iam dicto recipiens. Quam ob rem ea, quae cum exemplo concordant, characteribus minoribus exprimi* n o n *curavimus. — Apographa B et C in orthographia nominum plerumque differunt, sed eorum lectiones variae nullius sunt momenti, cum adhuc autographum chartae servatum sit.*

+ C + ¦ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. ¦ Ego Premizl, dei gratia marchio Moravię, hospitali sancti Francisci || et pauperibus in eodem commanentibus in perpetuum. Cum deceat principalem munificentiam large pluere beneficia, quibus non tantum suppleatur pauperum inopia, sed etiam || quibus religiosorum propulsetur necessitas, visum fuit nostre benignitati quandam villam Rakschice nomine, in nostro marchionatu sitam, cum omnibus appendiciis suis, || pratis, pascuis, silvis, agris, aquis, tempe et omnibus huiusmodi pertinentiis, quam[a] retro actis temporibus dederamus illustri sorori nostrę Agneti virgini, quę se deo statuit dicare, ex eius peticione contulimus[b] hospitali, ab ea fundato Prage, ad usus pauperum ibi commorantium necessarios Absolvimus autem villam illam ab omni iure, quod spectat ad usus principum, sive in iure, quod datur de capite vel de zwod vel pro fure vel quocumque modo spectat ad utilitatem principum et aliorum, qui castri tenent beneficia. Nullus autem inquietet eam pro castrorum ędificatione vel imminenti expeditione; et si de narok fiet questio, illa causa tractetur coram illius ville procuratore quem procurator hospitalis ibi constituerit Insuper si fur fuerit convictus de furto et adiudicatus morti, vel aliquis de homicidio debeat capite truncari de hominibus ville illius vel inciderit in aliquam aliam causam, in qua debeat satisfacere adversario suo, semper bona furis et bona capite puniti et culpe satisfactio remaneat aput hospitale ad usus ipsius, ut villa illa mera gaudeat libertate. Quia autem hec omnia non poterant plenarie confirmari sine auctoritate serenissimi fratris nostri Wencezlay, quarti regis Boemorum, rogavimus eum, quod sicut nos

85. a) ‚$\overset{a}{q}$' *sine abbreviationis signo A.* — b) *ita A.*

villam illam prefato hospitali liberaliter contulimus, ita ipse eam eidem hospitali cum omni iure prescripto sub munimine sigilli sui benigne roboraret; quod et fecit. Unde verba eius sunt hec: Ego Wencezlaus, dei gratia quartus rex Boemorum, ad abstergenda vestigia tocius hesitationis per presens scriptum ad noticiam omnium cupio pervenire, quod villam Rakschice nomine, quam inclitus frater noster marchio Morawię, Premizl nomine, prius cum omnibus appendiciis suis sorori sue virgini contulerat et postea ex peticione eiusdem sororis suę donavit hospitali sancti Francisci, quod ipsa fundavit Prage, perpetuo possidendam confirmavi cum omni iure in privilegio fratris nostri prescripto. Ut autem hec omnia perpetua firmitate roborentur, in huius rei testimonium sigillum serenitatis meę huic pagine[c] feci apponi. Ego etiam Premizl, dei gratia marchio Morawię hanc cedulam mei principatus sigillo in ipsius rei testimonio[d] munivi.[e] Testes autem huius rei sunt hii: venerabiles domini Johannes Pragensis ęcclesię episcopus, Robertus Olomucensis ęcclesię episcopus, Peregrinus episcopus quondam Pragensis ęcclesię et honesti viri Eppo prepositus Pragensis et Arnoldus Wissegradensis ęcclesię prepositus, Vitco senior, Heinricus frater eius, Sdezlaus camerarius, Breschizlaus, Schaztolow cum fratre suo Heinrico prefecto Budisnensi, Hroznata filius Arnusti, Arnust filius Wilhelmi, Wilhalmi filius Zuatolaus, Johannes filius Zbizlay, Pribizlaus filius Petri, Budizlaus cum fratre suo Jarozlao filii Jarozlay, Jarozlaus cum fratre suo Gallo filii Marquardi, Wocco cum fratre suo Dirsizlao filii Benes de Benesov, Bohuzlaus cum fratre suo Newzlas[f] filii Radim, Watto cum fratre suo Bohuzlao, Zawisse subcamerarius, Witko iunior filius Heinrici, Albertus cum fratre suo Rudolfo, Milics cum fratribus Zlauiborio et Egidio, Fridericus et alii feré omnes Bohemi. Ex Morauis: Ben burgravius Znoymensis, Pribizlaus filius Pircos burgravius Gradensis,[g] Stiborius prefectus de Weuerî, Cirho dapifer cum fratre suo Schastolov, Ratiborius, Wierso, Wocco filius Borut, Wilhelmus camerarius Bethowensis cum fratribus suis Lupoldo pincerna et Wolframmo, Artlebus, Albertus prefectus de Wranou, Beneda submarsalcus et fere omnes Moraui. In cuius rei evidentiam et perpetuam firmitatem, ne in posterum super ipsa donacione et confirmatione aliqua calumpnia possit suboriri, presentem paginam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum karecteribus[h] communiri. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CCXXXIIII, indictionis septimo.[h] Datum aput Pragam per manum Wilhelmi notarii VI nonas octobris.

Autographo appendent tria sigilla de cera communi confecta: 1.) E filis sericis rubris et flavis appendet sigillum Venceslai I regis eadem forma expressum atque illud, quod supra pag. 15 ap. num. 15 describitur. 2.) E filis sericis rubris, flavis, albis, glaucis appendet sigillum Přemysli marchionis idem atque supra apud chartam num. 38 (v. pag 37).

85. *c)* ‚e' *ex* ‚i' *correctum A.* — *d) ita (loco* testimonium*) A.* — *e) Quae subsequuntur, eadem quidem manu, sed alia penna scripta sunt et paulo post addita esse videntur.* — *f) ita (loco* Newhlas*) distincte scribitur in A.* — *g) ita* („Gªdnsis' *loco* ‚Gradecensis') *A.* — *h) ita distincte A.*

3.) E filis sericis albis et flavis appendet sigillum Roberti episcopi (cuius pars defracta desideratur), quod eadem forma expressum est atque illud, quod iam in CDBoh. II ap. num. 78 (pag. 74) descriptum est.

86.

Cunegundis, regina Bohemiae, monasterio Vallis sanctae Mariae (St. Marienthal) villam Seifersdorf cum omnibus pertinentiis donat.

Pragae 1234 oct. 14.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Vallis s. Mariae (St. Marienthal) in Lusatia superiori asservatur (A).

Sartorius, Cistertium bis-tertium, pag. 1070 (frgm.) — Carpzovius, Neueröffneter Ehrentempel I, pag. 341 — Köhler, Cod. dipl. Lusatiae super. I, (ed. I. 1851) pag 31, num. 18, idem (ed. 2) pag. 44, num. 27 — Erben, Reg. Boh. I, pag. 402, num. 859 (frgm.) — Doehler, Urkunden d. Kl. St. Marienthal, in Neues Lausitz. Magazin 78 (1902), pag. 11 (reg.)

Autographum manu scribae, quem signo ‚Cunegundis 2' denotamus, exaratum est. Quae manus iam in nulla eiusdem reginae charta apparet. Ductus et formae litterarum sine dubio eadem sunt, atque in chartis manu scribarum monasterii ordinis Cisterciensis in Altzelle (Saxoniae) scriptis. (Cf. exempli gratia Ottonis, marchionis Misnensis, donationem die 6. iunii 1185 datam in tabulario Dresdensi num. 90 et Posse, Die Lehre von den Privaturkk. tab. V). Quibus circumspectis, dubitari non potest, quin chartae huius autographum a monacho monasterii Altzelle scriptum sit. Chartam etiam verbis a monacho aliquo eiusdem monasterii contextam esse recte demonstrat Joh. Bauermann, Die ältesten Urkunden f. Kl. St. Marienthal, in: Neues Lausitz. Magazin 99 (1923) pag. 108. Quam ob rem verisimile est, chartam ab uno eodemque homine tam verbis conceptam, quam et in grossis scriptam esse. Ceterum videas etiam, quae in prooemio ad privilegium Venceslai I. regis die 22. februarii 1238 datum adnotavimus.

In nomine sancte et individue trinitatis. Cvnegundis, dei gratia regina Boemie, universis futuris et presentibus hanc cartam intuentibus spiritus sancti gratiam cum salute.‖ Cum divum progenitorum nostrorum regalis sublimitas de fonte quodammodo pietatis primum emanaverit et ipsi felicis memorie antecessores hanc ad pauperes Christi cenobitas ‖ eo uberiore munificentia porrexerint, quo pio eorum interventu sperabant sic sibi deum mereri propicium, quos si non ad plenum, ipsorum tamen vestigia, sicut generationis cursu ‖ ita et sancte devotionis et devote operationis studio, prout deus dat, imitari cupimus, quatinus et per hoc longevitatem nostram protrahamus in melius et eterne vite dona copiosius consequamur. Scriptum quippe est: ‚Sicut palmes non potest fructum facere, nisi in vite manserit',[1] multo minus claustralium perfecta contemplatio consummari poterit, si non fuerit potentum suffulta solatio et largitate divitum roborata. Quia igitur caducis temporalibus eterna mercantur habiliter, noscant universi presentes et posteri, quod ego Cunegundis regina, communicato dilectissimi domini et consortis nostri, regis Watîzlai, consilio et liberorum nostrorum

86. 1) *Johan. XV, 4.*

consensu, pro remedio animarum nostrarum parentumque nostrorum ordini Cisterciensi ad monasterium, quod Vallis sancte Marie dicitur, et sacrosanctis monialibus sub habitu et disciplina ordinis eiusdem ibidem domino deo famulantibus contulimus villam Syfridistorph dictam cum omnibus pertinentiis suis,[2] terris cultis et incultis, viis et inviis, agris, pratis, nemoribus, aquis, molendinis et aquarum decursibus, piscationibus et cum omnibus utilitatum[a] proventibus, que êxinde nunc et in posterum iure emptionis aut bonorum hominum largitione poterunt provenire. Ut autem hec nostra donatio ab omni sinistra infestatione inconvulsa permaneat, hanc nostram cartam super hoc conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt: Stephanus monachus Celle sancte Marie, Cvͦnradvs notarius noster, Volcmarvs camerarius noster, Heinricus de Barut, Wͦlferammus advocatus, Arnoldvs filius eius, Bohuse, Florinus villicus in Gorlez et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Domini MͦCͦCͦXXͦXͦIIII, indictione VII. Datum in Pragis pridie idus octobris, feliciter amen.

Autographo appendet e filis sericeis rubri coloris sigillum Kungundae reginae de cera communi confectum in parte sua inferiore laesum, quod eadem forma expressum est atque illud, cuius descriptionem iam apud chartam num. 1 dedimus. (Vide huius tomi pag. 1). Circumscriptionis defractae haec litterae supersunt: ✠ SIGILLVM · KVNI////////////////// MORVM · REGINE.

87.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Louka libertates et immunitates large concedit.

In Znojmo 1234 oct. 22.

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae asservatur (A). — Apographum insertum est confirmationi Karoli IV dd. 1342 dec. 15, cuius autographum in eodem tabulario asservatur (C). — Aliud apographum saec. XV praebet Matrica Lucensis (in tabul. terrae Brunnensi inter Cerronianos II, 253) pag. 30 (B).

Paprocký, Zrcadlo slavného markr. Moravského, fol. 248 — [Chmel] Series fundationis Lucensis, pag. 24 (fragm.) — Dobner, Mon. hist. Boem. IV, pag. 260, num. 61 (reg.) — Pelzel, Kaiser Karl IV, tom. I. Urkkb. pag. 119, num. 114 (ex C). — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 271, num. 248 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 402, num. 860 (fragm.)

Autographum exaratum est manu scribae, quem nota ‚Přemysl 2‘ signavimus; quem cum Hilario, marchionis notario, unam eandemque personam esse puto. Chartam ab eodem notario etiam verbis contextam esse apparet, stilo chartarum num. 38, 53, 76 collato. In chartae textu conficiendo notarius formam privilegii secutus est, quod Přemysl I. rex monasterio in Oslavany a. 1228 die 7. novembris concesserat (CDBoh. II, num. 320).

a) ‚utilitatum omnibus,‘ *sed postea signis superpositis corr. A.*

2) *Villam Seifersdorf non totam tunc temporis monasterio donatam esse, recte iudicat Knothe, Gesch. des oberlausitzer Adels pag. 661.*

Sed exemplar hoc notarius non ad verbum describebat; in prima chartae parte nonnulla enuntiata alio transposuit, alibi nisi singula verba non recepit. Dictatorem, cum exempli, quod sibi proposuisset, vestigia premeret, non solum iis partibus recipiendis, quibus iuris praecepta continerentur, contentum fuisse, sed etiam ex arenga aliquot verba et verborum iuncturas repetiisse ac mira cum dexteritate in propriam arengam exeuntem transtulisse memoratu dignum est. (Verba hoc modo ex exemplari desumpta characteribus minoribus exprimenda curavimus.) Privilegii illius textum Hilarius notarius procul dubio a notario, quem ,Otacarus 5' nominavimus, cognovit, qui iisdem temporibus in cancellaria marchionis officio fungebatur, quamvis e numero notariorum marchionis non esset, (v. prooemium chartarum num. 88, 89). Hic notarius enim anno 1228 privilegii Oslavanensis textum composuit, nisus antiquo immunitatis privilegio monasterio Velehradensi quondam concesso. Quoniam autem privilegium magni momenti fuit, facile suspicari possumus notarium ,Otac. 5' notulam (minutam), quam olim confecerat, antequam charta ingrossata sit, conservavisse et Hilario notario commodare potui se.

‖In nomine Domini nostri Hiesu Cristi amen.‖Premilz, miseracione divina marchio Moravie, monasterio beate Marie virginis et sancti Wenzezlai gloriosi martiris in Luka Christique famulis ibidem degentibus in perpetuum.‖ Non habentibus manentem in huius peregrinacione seculi civitatem, sed futuram inquirentibus civitatem, videlicet regis magni, suadet necessitas, blanditur utilitas, ut per caritatis opera et virtutum insignia viris devotis ac locis religiosis pia‖ inpertientes suffragia, ibi collocemus beneficia, ubi pro meritis mulplicantur premia, ubi gloriam confirmat eternitas, ubi sine fine crescit beatitudinis et iocunditatis inmensitas. Universis itaque modernis ac posteris scripti huius copiam habitu‖ris presencium exhibicione clarescat, quoniam ad honorem dei ac beate Marie virginis sanctique Wenzezlai martiris nec non pro remedio anime nostre progenitorumque ac successorum nostrorum salutem ecclesiam in Luka cum omnibus bonis suis, videlicet villis, grangiis, pratis, pascuis, silvis, molendinis, aquis, tempe, cultis et incultis, acquisitis et acquirendis decorandam duximus et augendam beneficio gracie specialis; ita scilicet, ut eadem ecclesia cum omnibus prediis suis, quocumque nomine censeantur, a talliis, collectis, exactionibus, edificacione seu reedificatione castrorum vel opidorum forensium, ab accusacione, que vulgo narok dicitur, a gravamine, quod zwod nuncupatur, a pernoctacionibus, que nozlehe nominantur, ab omni iure beneficiatorum seu camerariorum nostrorum, scilicet ut nullus camerarius intret villas monasterii ad aliquem citandum vel ad aliquid ibi faciendum, set significet procuratori ecclesie predicte, cui commissa est procuracio in temporalibus, ut accusatos citet, quatinus die et loco deteminato [a] * coram iudicibus statuat, quorum interest causas marchie nostre tractare et diffinire, et ut, que specificare non possumus, generaliter concludamus, ab omnibus gravaminibus novis et veteribus, consuetudinariis sive noviter adinventis perpetuo sit libera et exempta. Jus eciam quod datur pro capite, eis concedimus; * de fure et latrone statuentes, ut si fur vel latro in bonis ecclesie prememorate fuerit deprehensus in furto manifesto vel de aliquo occulto accusetur,

87. a) *ita (pro* ,determinato'*) scribae incuria A; hoc loco* ,eos' *omissum esse nemo non videt.*

scilicet quoad[b] iudicium ferri candentis vel aque vel vomeres calcandos sive duelli, et convincatur in aliquo istorum in iudicio seculari, bona furis sive rei dicto monasterio integraliter remaneant, iudices autem, quorum interest, faciant de reo, quod eis iustum videbitur. Si vero eiusdem cenobii homines coram iudicibus nostris culpabiles inveniantur, nec nobis nec iudicibus nostris * nec beneficiariis aliquid inde utilitatis proveniat, set apud idem cenobium, quantum ad bona ipsius, culpe satisfactio perseveret, nisi in eo, in quo tenetur satisfacere adversario, id est salva lesis iniuriam passis satisfactione condigna. Adicimus insuper, ut homines eiusdem ecclesie per totam terram nostram iura forensia non persolvant, nec ab eis theloneum vel pedagium exigatur, nisi forte mercator extiterit, qui soluto theloneo nulla[c] prorsus dampnificacione gravetur. Ceterum ut omnia breviter comprehendamus, omnem utilitatem, sive in quatuordecim denariis sive, in aliis, ad nos spectantem et usus nostros vel successorum nostrorum vel beneficiarios nostros a nobis infeudatos, eis remittimus, ut plena et perfecta gaudeant libertate et ut nullus eis novas condiciones contra statuta nostra audeat inponere. Insuper statuimus, ut quicumque nobilium * in prefati monasterii villis seu curiis pernoctando seu intrando * extiterint iniuriosi, bannum nostrum in decem marcis auri componant et ei * dampna illata in duplum restituant. Huius autem libertatis, a nobis concesse et principali munificencia donate prefato monasterio, * successores nostros et, si deo largiente heredes habebimus, tutores constituimus et defensores. * Hoc sanctientes, ut huius privilegii violatores in cameram nostram successorumque nostrorum decem marcas auri componant. Ut autem hec nostre liberalitatis concessio, remoto cuiuslibet impedimenti scrupulo, robur perpetue obtineat firmitatis, sigilli nostri munimine presentem paginam decrevimus insigniri testium adhibita subscripcione, quorum nomina in sequentibus continentur: Heinricus de Nouo castello, Zezema filius eius, Pribizlaus, Dyrsizlaus filii Pyrkos, Stibor et Beneda fratres, Wocko, Andreas germani, Cyrho et Chaztolous germani, Wirso cum filio Nedamir, Ratiborius cum filiis Hartleuo et Jane, Hartleuus de Mirzlay, Albertus burgravius in Vrane, Cunradus cum Ranoszirio de Plaus, Bohubud, Beneda, Ranoszir magister venatorum, Pribizlaus, Jarossius, Nedamirus cum filio Wersone, Ben burgravius Znoyemensis, Wilhalmus camerarius, Luppoldus pincerna cum fratribus Marcwardo et Wlurammo, Hruto, Bohus, Lutoborius cum fratribus Bohus et Jane, Wezen venatorum magister, Albertus de Kaniz, Oztey et [Detolez de Derban],[d] Heinricus, Pribram, Branizlaus, Lupus, Velen, Vezemil, Jacobus iudex Brenensis, Szemizlaus camerarius Olomucensis, Rym venator, Leo, Lubomir, Lassek, Wichardus, Szpitata, Albertus de Zlywan, Wittek, Woytech de Medlow cum Stephano fratre suo, Budko, Mrakota, Wipertus, Bartholomeus, Fridericus, Mylos, Marcwardus, Symon, capellani marchionis. Acta sunt hec anno gracie MCCXXXIIII, indictione VI. Datum Znoyem per manus Ylarii notarii XI kalendas novenbris.

---

87. *b) Verbi huius litterae iam vix legi possunt A. — c) ex* ‚nulle' *correctum A. — d) Nomina cum membrana destructa perierunt; supplevi ex C.*

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubris sigillum Přemysli marchionis de cera communi confectum idem atque illud, quod apud chartam num. 38 describitur.

88.

Přemysl, marchio Moraviae, petente matre sua Constantia, monasterii in Tišnov fundationem confirmat eique villas, quarum nomina exprimuntur, donat et libertates large concedit, fratre suo Venceslao I. rege confirmante.

In Znojmo 1234 oct. 31.

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Brunnae asservatur (A).

Sommersberg, Scriptores rer. Siles. I, pag. 922 (Dipl. Bohemo-Siles.) num. 4. — Dobner, Monum. hist. Boem. IV, pag. 260 (Specimen cod. dipl. Mor.) num. 59 (reg.) — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 274, num. 249 (ex A) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 403, num. 861 (frgm.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 4' signamus, exaratum est. Quem quidem scribam unam eandemque personam esse cum illo notario, quem in diplomatibus Přemysli Otakari I. regis ‚Otakarus 5' denotavimus, scripturae forma et ductus clare demonstrat. (De quo scriba vid. CDBoh. II, pag. 52, prooem. ad num. 59). Scribam non e numero notariorum marchionis fuisse mihi quidem veri simile videtur, quod manu eius diversarum personarum chartae autographae (Přemysli I. regis, Roberti episcopi, Vladislavi II marchionis, Přemysli marchionis) exaratae sunt. — Charta ab eodem dictatore verbis contexta est, qui Roberti episcopi chartam ecclesiae in Přikluky a. 1222 datam (CDBoh. II, num. 237) et eiusdem episcopi chartam ecclesiae s. Jacobi Brunnensi a. 1231 datam (CDB. III, num. 14) dictavit. (De quo dictatore, consideratis his, quae iam supra pag. 12 in prooem. ad chartam num. 14 commemoravimus, dubium esse non potest, quin una eademque persona sit cum illo scriba, quem ante nota ‚Otakarus 5' signavimus). — In charta ista consribenda auctor privilegio Přemysli Otakari I. regis anno 1207 ecclesiae Olomucensi dato (CDB. II, num. 59) nisus est, quod quondam ipsius opera confectum est et de cuius confirmatione tunc in cancellaria marchionis tractabatur (v. infra num. 89); e quo illa enuntiata ad verbum descripta sunt, quibus libertates monasterio concessae exprimuntur. (Dictatorem procul dubio utrumque privilegii Olomucensis autographum prae manibus habuisse lectiones differentes demonstrant. „Decrevimus" *solummodo in Olom. autographo A_1 legitur;* „remaneant, ipse vero" *tantum autographum A_2 habet.)*

‡ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. ‡ Ego Premizl, dei gratia marchio Morauie, abbatisse et toti sacro conventui in Thussnouich collocando in perpetuum.|| Consuevit antiquorum veneranda et approbanda prudentia ea litterarum mandare monimentis, que statuit habere robur et firmitatem, ne modernorum astuta ingenia, que semper gaudent novi||tate, inveniant occasiones rite et mature gesta negocia dolosis pervertere argumentis et fraudulentis racionibus infirmare. Memoria quidem humana non est diuturna, et si esset eterna,|| esset divina; ideoque necesse est, ut scriptis, in quibus res geste continentur, adiuvetur et sic quodam perpetuitatis robore maneat tenax et inconcussa. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod nos ad pias preces inclite matris

nostre Constancie, regine Boemorum, monasterio, quod Porta celi vocatur, in quo religiosissimus conventus dominarum ordinis Cysterciensis cepit deo et gloriosissime matri eius beate Marie servire, dedimus fundum et locum in Thussnouich, ubi deo in perpetuum serviant, quem fecimus certis limitibus distingui ab aliis possessionibus nostris adiacentibus, ne in posterum aliqua inde superveniat dubitacio, unde prefatum monasterium possit gravari vel inquietari. Considerantes autem gloriose memorie patrem nostrum Premizl nomine, a quo sortiti sumus originem et nomen, multis interfuisse negotiis imperii et etiam propriis, in quibus multa gessit, que sine peccato non poterant transigi, visum fuit nostre clemencie nostris elemosinis et precipue monasterii predicti eius noxas qualescumque relevare, quia aput elementissimum iudicem, cui proprium est misereri et parcere, nullum bonum est inremuneratum. Decebat etiam, ut domine, que serviunt deo in sepe nominato monasterio, eô quod sibi non possunt ob sexus fragilitatem bene providere, quatinus amplis sustententur beneficiis, ut sic liberius conditoris sui possint vacare serviciis. Hinc est etiam, quod vice concambii dedimus monasterio prenominato pro loco, qui vocatur Trebow, quem pater noster, vir magne virtutis et fame, qui ob probitatem suam in toto orbe terrarum claruerat, dum viveret, ad claustrum prefatum edificandum assignaverat; quod concambium ut sit ratum et inconcussum, frater noster serenissimus rex Boemorum, Wencezlaus nomine, sua auctoritate de nostra bona et mera voluntate confirmavit eidem claustro, quod nos semper habebimus stabile et inviolatum. Concambium autem hoc est: Giglawa cum theloneo et cum aliis villis ad eam pertinentibus, scilicet Bolemilchichi, Wicenow, Borissow, de Pestow dimidiam villam cum omni iure, Pobikozli, Kohhoue, Smyrchnowe, Vblazka, Legota; Byrdnichę etiam cum suis villis et omnibus attinenciis, scilicet Branchęwess, Cyhhowe, Jazstrabe, Oztehhouichi, Vgrinowichi, Presseka, Dubkowa, V malego. Wignanow autem cum omnibus suis appendiciis ex mera liberalitate nostra addidimus claustro predicto et aliam villam Wemisslichi nomine similiter. Appendicia autem vocamus, quicquid est in silvis, in pratis, in pascuis, in piscaturis et huiusmodi, que utilitati claustri conveniunt. Decrevimus etiam prefati monasterii omnes possessiones iam habitas et habendas, * in Morauia constitutas, ab omni genere tributorum, vectigalium, collectarum aliarumque omnium exactionum esse absolutas; adicientes, ut nullus pro castrorum edificatione vel reedificatione sive pro aliqua ingruenti expeditione * homines monasterii audeat inquietare. Jus etiam, quod datur pro capite sive pro fure vel pro swod principi vel eius inbeneficiatis, monasterio predicto concessimus perpetuo obtinendum; hoc statuentes de fure, si in maleficio fuerit deprehensus manens in prediis monasterii, sive capiatur et coram iuditio convincatur, quatenus eius bona ∵ monasterio remaneant, ipse vero, secundum quod placuerit principi, puniatur. Si vero homines monasterii in aliquo coram iuditio culpabiles inveniantur, nec nobis nec iudicibus nostris vel curialibus seu inbeneficiatis aliquid inde proveniat utilitatis, sed aput monasterium culpe perseveret satisfactio, nisi in quo tenetur satisfacere adversario. Ceterum autem ut omnia breviter comprehendamus, omne ius, quod spectat ad usus principum, eidem

monasterio remittimus, ut plena et perfecta gaudeat libertate, nec ullus ei novas conditiones audeat inponere vel eius iura mutare. Ut autem hec omnia robur habeant perpetue firmitatis, hanc paginam nostro sigillo fecimus insigniri et rogavimus illustrem regem Boemie, fratrem nostrum, Wencezlaum nomine, quatenus possessiones et omnia iura ea, que nostra mera liberalitate concessimus monasterii prenominati,[a] auctoritate sua regia dignaretur confirmare; quod et ipse ad honorem dei et beate Marie gratanter fecit et ad huius rei testimonium sigillum suum apposuit. Et hec sunt verba regis: Ego Wencezlaus, rex Boemie quartus, ad carissimi fratris nostri peticionem, ingenui marchionis Morauie, Premizl nomine, in rerum prescriptarum testimonium nostre serenitatis sigillum apposuimus, tale bannum statuentes, ut quicumque septa monasterii violenter intraverit vel iura predicta nisus fuerit enervare potenter vel fraudulenter, componat in cameram fratris nostri marchionis Morauie et successorum suorum X marcas auri. Insuper rogavimus venerabilem patrem nostrum dominum Robertum Olomucensem episcopum, quod in huius rei testimonium huic pagine sigillum suum apponeret; quod et fecit. Et hoc etiam petivimus, quod si barones nostri vel milites vel populares nostra privilegia vellent aliquando insolenter violare et indebite, quatenus ipse iure ecclesiastico ecclesiastica sententia percelleret, eandem auctoritatem suis relinquendo successoribus, quia quicquid umquam stabilitatis potest illud monasterium consequi ad sue tranquillitatis firmamentum, hoc est nostre voluntatis et erit in perpetuum.[b] Addidimus etiam villam quandam Lukowe nomine cum omnibus appendiciis suis ad usus claustri prenominati; cuius in ultimis fecimus mentionem, quia nondum erat voluntatis nostre eam illi claustro asignare. Volumus autem, quod illa villa serviat claustro eidem; similiter et ville iste: Kapenich, Cheyche et Knenich quas mater nostra dedit eidem claustro, sub omni iure prescripto et omni prefata gaudeant libertate. Totum autem hoc factum est auctoritate fratris nostri Wenceziai, illustris regis Boemorum. Testes autem, in quorum presencia hec acta sunt, sunt hii: de Boemia Arnoldus prepositus Wissegradensis, Arnoldus abbas Trebecensis, Florianus abbas Lucensis, Gerlacus abbas Gradiscensis; nobiles de Boemia: Zdezlaus Kostka camerarius regis, Vitko senior, Vitko iunior, Vitko filius Heinrici, Brecizlaus frater Chirnini, Budizlaus filius Yarozlai Nicholaus filius Boguthe, Borutha filius Boruthe, Albertus de Sliwen, Conradus burgravius de Zwekow Jewan filius Clussne, Hotebor filius Hotheborii, Zezema cum fratre Milota filii Milote, Zobezlaus filius Odolen, Zbrazlaus subpincerna; nobiles Morauie huius rei hii testes sunt: Swatozlaus filius Willalmi Ratybor cum filiis, Arthlebus, Willelmus camerarius Bethowensis, Lupoldus pincerna frater eius, Ben burgravius Znoemensis, Gruth filius Theoderici, Bogobud burgravius Bethowensis, Semizlaus camerarius Olomucensis, Vocko Olomucensis burgravius filius Boruth, Vocko

88. a) *ita (loco* ,monasterio prenominato') *scribae incuria A.* — b) *Quae sequuntur* ,Addidimus – Slauebor' *litteris artius compressis alio atramento, sed eadem manu scripta sunt A.* —

subcamerarius, Voyteh filius Stephani, Lutobor filius Prossimiri, Milich, Ydik, Slauebor.[c]

Acta sunt hec in Znoem anno dominice incarnationis millesimo CCXXX[mo]IIII, indictione VII, epacta[d] XVIII, concurrente VI.

Datum per manus Ylarii pridie kalendas novembris.

Autographo appendebant tria sigilla. 1) Sigillum Roberti episcopi appendebat e filis sericis rubris, sed iam deperditum est. — 2) Sigillum Přemysli marchionis, de cera communi eadem forma atque in num. 38 confectum, appendet e filis sericis coloris rubri, flavi, albi, violacei. — 3) Sigillum Venceslai regis, quod etiam filis sericis appensum erat, iam avulsum et deperditum est.

89.

Přemysl, marchio Moraviae, petente Roberto, episcopo ecclesiae et episcopatui Olomucensi libertates a principibus Bohemiae et specialiter a patre suo, Přemyslo I. rege concessas renovat et confirmat, privilegii patris sui verba maxima ex parte repetens; libertates novas large concedit; villas aliquot, quorum nomina adferuntur, sub episcopatus iure antiquo liberas esse constituit.

[In Znojmo 1234 oct. ex.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario archiepiscopatus Olomucensis in Kroměříž asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 285, num. 255 (ex A). — Erben, Reg. Boh. I, pag. 387, num. 825 (ex A).

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Přemysl 4' signavimus, de quo vide prooemium ad chartam num. 88. — Chartam procul dubio ab eodem scriba etiam verbis contextam esse contendere ausim, quod idem genus dicendi in pluribus chartis eadem manu exaratis invenitur. — Verba privilegii Přemysli Otakari I. regis, quod a marchione confirmatur, notarius non ex integro operi suo inseruit. Etenim corroborationem et eschatocollum plane omisit. In hac parte chartae scribenda notarius potissimum formae A^2 privilegii regalis lectiones repetit, sed eum etiam autographum A^1 privilegii illius tunc prae manibus habuisse notae [b] [c] [d] demonstrant. — Charta non est absoluta, cum corroborationis formula, testibus et nota temporis careat. Sed exeunte mense octobre anni 1234 confectam esse ex eo coniici potest, quod nonnulla enuntiata privilegii, quod charta ista confirmatur, in Přemysli marchionis privilegio die 31. octobris dato transscripta sunt (vid. num. 88).

‖ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. ‖ Ego Premizl, dei gratia marchio Morauie, Roberto, dei gratia Olomucensi episcopo, et eius successoribus ac ecclesie Olomucensi in perpetuum. ‖ Cum sit honestum et iustum cuilibet iura sua conservare, tamen videtur esse convenientius et iusticie magis consonum sacrosancte ecclesie, cuius proles sumus generosa eiusque sacramentis regenerata, ipsius iura illibata ‖ custodire et ut integra et

88. *c) Sequuntur tres lineae vacuae relictae A. — d) Litterae* ‚E' *linea transversa scribae incuria omissa est A.*

inconcussa permaneant, prudenter et mature providere. Decrevit itaque nostre prudencie provida sagacitas ad peticionem venerabilis patris nostri Olomucensis episcopi Roberti, qui in presenciarum ‖ est, ecclesie Olomucensis privilegia ab illustris memorie rege Boemorum, patre nostro Othacaro nomine, qui lingua boemica Premizl vocabatur, eidem ecclesie Olomucensi concessa[1] et a predecessoribus suis, principibus ac ducibus Boemie et Morauie, plenarie ac lucidius renovare et quicquid a tanta regis clementia est indultum, totaliter confirmare. Ut autem liberalitas nostra clareat profusius, etiam quedam beneficia libertatis, sancte ecclesie Olomucensi profutura, superaddidimus, quatinus ex nostris adauctis beneficiis beati apostoli Petrus et Paulus et glorius martir sanctus Wencezlaus, de cuius sanguine traximus originem, nobis sint aput deum propicii ac pro nostra salute et remedio animarum predecessorum nostrorum, et precipue inclite memorie patris nostri, intercessores existant assidui. Privilegium autem patris nostri tale est, sicut in subsequentibus apparet; in quo privilegio etiam quedam libertates continentur, quas excellentis memorie Wladizlaus, avus noster, secundus rex Boemorum, ecclesie Olomucensi concessit et concessas confirmavit et sui appensione sigilli,[2] ne in posterum violarentur, roboravit:

C. ☧ In nomine sancte et individue Trinitatis. ☧ Ego Premizl, dei gracia rex Boemorum tercius. Venerabili episcopo Olomucensi Roberto suisque successoribus et Olomucensi ecclesie in perpetuum. Cum regie dignitati cedat ad gloriam, quociens sanctam veneratur ecclesiam et sublimat,[a] nostre placuit serenitati eius providere necessitati, ita ut nostre benignitatis experiatur beneficia et nobis inde proveniant divini muneris emolumenta. Noverit itaque tam presens etas, quam futura posteritas, quod antiqua Olomucensis ecclesie renovantes privilegia,[3] omnes possessiones eius, habitas vel habendas, sive sint in Boemia, sive in Morauia, ab omni genere tributorum, vectigalium, collectarum aliarumque omnium exactionum esse absolutas; adicientes, ut nullus pro castrorum edificatione vel reedificatione sive pro aliqua ingruenti expeditione, secundum quod in antiquis continetur privilegiis, homines episcopatus et ecclesie audeat inquietare. Jus, quod datur pro capite sive pro fure vel pro swod principi vel inbeneficiatis, venerabili patri nostro Roberto episcopo et eius successoribus et ecclesie concessimus perpetuo obtinendum; hoc statuentes de fure: si in maleficio fuerit deprehensus, manens in prediis ecclesie, sive capiatur et coram iuditio convincatur, eius bona furis remaneant ecclesie,[b] ipse vero secundum quod placuerit principi puniatur. Si vero homines episcopatus et ecclesie in aliquo coram iuditio culpabiles inveniuntur, nec nobis nec iudicibus nostris curialibusque vel inbeneficiatis aliquid inde proveniat utilitatis, sed aput episcopum et eius successores culpe perseveret satisfactio, nisi in quo tenetur satisfacere adversario. Cetera ut omnia breviter conprehendamus, omne ius, quod

---

89. a) ‚veneratur et sublimat ecclesiam' *legitur in utroque autographo Přemysli Otakari I. regis.* — b) ‚ecclesie' *omissum est in A2 Přemysli I. regis*

1) *Privilegium Přemysli Otakari I regis datum in Olomouc a. 1207, vide in Cod. dipl. Boh. tomo II, pag. 52 sq., num. 59.* — 2) *Diploma Vladislavi II, ducis Bohemiae, ante 1148 iul. 10 datum, in CDBoh. I, pag. 162, num. 157 continetur.* — 3) *Teste autographo A1 privilegii Přemysli Ot. I. regis post hoc verbum* ‚decrevimus' *omissum est, quod etiam in autographo A2 privilegii regii deest.*

spectat ad usus principum, eis remittimus, ut plena et perfecta gaudeant libertate, nec ullus eis novas condiciones audeat inponere vel eorum iura mutare. Villam Cromezir cum foro et omni iure suo, quam quasi episcopo Olomucensi obligatam precedentium principum fatebatur invidia, cum felicis memorie Johannes episcopus,[4] a reverendo patre nostro Roberto, qui in presenciarum est decimus, a principe Morauie Ottone nigro pro CCC[tis] marcis emerit,[5] ab omni inpeticione nostra et successorum nostrorum absolvimus; sanctientes quod episcopus Olomucensis et eius successores plenam in ea habeant, omni inpedimento remoto, pro velle suo disponendi facultatem. Cum autem omni iuri divino contraria inoleverat consuetudo, quod decedente episcopo bona illius in usus principum vendicabantur, visum fuit nostre pietati istam abolere abusionem, hoc decernendo, quod ultima fata decedentis episcopi ecclesie non cedant ad detrimentum, cum eius patroni beatus Petrus apostolus et Paulus et felix martir Wencezlaus aput deum vivant in ęternum. Decedente ergo episcopo, omnia episcopatus et ecclesie bona sub manu decani et prepositi ecclesie illius integra eius successori reserventur, nec aliquis ea audeat occupare vel[c] minuere vel in usus principum vendicare. Contigit etiam, quod ab antiquis temporibus ecclesia illa preposito carebat, unde visum fuit patri nostro Roberto in ea prepositum ordinare, qui fratribus illius ecclesie debito modo provideret et eorum necessitati responderet. Sed cum deceat regiam manum ubique pluere beneficia, prepositure illi cancellariam nostram cum villa, que vocatur Vherci, ad quam decimus denarius cum decima aratrorum nostrorum spectat,[d] et omnium rerum ad utilitatem nostram pertinencium contulimus, interdicentes ut nullus audeat hec inmutare.[e] Libertatem etiam in episcoporum electione, quam quidam principes inpedire solebant, canonicis illius ecclesie secundum iura canonum libere et absolute concedimus, et ne in posterum irritetur, prohibemus. Et quia dominus papa confirmavit privilegium patris nostri et transgressores excommunicavit,[6] nos illud semper volumus ratum habere. Ut autem ex nostre devotionis affectu, quem erga deum habemus, letetur semper mater nostra sancta Olomucensis ecclesia et ampliori beneficiorum honore gaudeat se esse excelsam, ex nostra mera liberalitate hanc eidem gratiam conferimus, quod quascumque possessiones episcopi emunt vel canonici nomine ecclesie, prescripta gaudeant libertate. Si vero episcopus vel aliqui ex canonicis emunt in usus proprios, respondeant principi secundum ius terre. Quod si temporis processu contigerit eas devolvi ad eclessiam per illorum voluntatem, qui eas emerant, ut eo magis sit acceptabilis deo nostra devocio, statuimus, ut prenominate subiaceant libertati et volumus, ut ecclesia in ipsarum gaudeat tranquilla possessione. Vilam etiam vulgo dictam Medueze, quam pie memorie Wladizlaus, patruus, emptam contulit ecclesie, et illas, quas Walterus decanus de licencia eiusdem patrui nostri et dominus prepositus Stephanus emptas ecclesie donaverunt, videlicet Lutin, Neredin, Gozchichi, Misslochouichi, et illam, quam dominus episcopus emptam de consensu

---

89. *c) Autographum A^1 privilegii regalis etiam lectionem* ‚vel' *habet, sed in* A^2 ‚et minuere' *scribitur. — d)* ‚spectat' *solum in autographo A^1 privilegii regalis scribitur. — e) ita A. In regis utroque autographo melius (propter cursum) scribitur:* ‚hec audeat immutare'.

4) *Johannes II 1104 - 1126 febr. 21.* — 5) *Vide Henrici II. episcopi chartam sine anno et die in CDBoh I, pag. 121, l. 4.* — 6) *Romae 1207 iun. 8; v. CDBoh. II, pag. 57, num. 62.*

patris nostri Premizl, incliti regis Boemorum, addidit ecclesie, nomine Rathay, insuper terras tres domine marchionisse in Cladorub et unam in Semitessich et ad duo aratra in Lyssek et in Nelessouich ad duo, in Celehhouich ad unum et eas villas seu terras, quas sub tempore principis Wladimiri possedit ecclesia, sub episcopatus iure antiquo liberas esse constituimus. Preterea cupientes ad plenum ab inpeticionibus indebitis exhonerare ecclesiam dei et paci canonicorum providere, hanc libertatem ipsis dando statuimus, ut nullus camerariorum vel quorumlibet nunciorum a castro audeat villas ipsorum ingredi pro aliquo gravamine hominibus eorum inferendo vel eos, si accusati fuerint, ad iudicium evocando. Volumus autem, ut iudex vel benefici per sibi subiectos ad dominos eorum mittant, per quos citati homines ipsorum iudicio assistant; non enim decet benivolentiam principalem hoc fieri sustinere, ut domus vel bona pauperum ecclesie per camerarios prevideantur vel evertantur, quia sine dampno et gravamine rerum non facile possunt huiusmodi violencie exerceri. Et ideo precipue inhibemus, ne ista fiant, quia omnis venditio hominum ecclesie Olomucensis in ius revolvitur episcopatus et commodum canonicorum, sicut longe ante nostra tempora per antecessorum nostrorum privilegia ecclesie Olomucensi privilegiatum est. Adicimus etiam libertati canonicorum ampliorem hanc gratiam, statuentes firmiter observari, ut quocienscumque per thelonea vina ipsorum vel quelibet omnia alia deducuntur, ipsorum comparata precio, sine quibus minime bene et honeste cura domestica potest subsistere, vel humanis usibus sunt necessaria, theloneum non solvant, sed libere sua quocumque voluerint, absque omni exactione deducant. Quod autem benefici nostri vel noviter inbeneficiati soliti sunt episcopali decime septimane iniuriari, interrumpentes eam et canonicorum ius auferunt, ne propter nostram negligentiam in preceps contra ecclesiam aliquid tale agatur, statuimus, ut ordo predicte septimane non interrumpatur, sed ordinarie observetur; alioquin quicumque contra hoc statutum nostrum violenter egerit et ecclesia in ipsum ius suum exercuerit, cum querimonia ad nos non recurrat, set sine nostra offensa ecclesiastice sentencie, que in ipsum lata fuerit, subiaceat, donec satisfaciat, ac deinceps ecclesiam non offendat. Ceterum quia per nobilium nostrorum magis, quam per principum potenciam presbyteros vel clericos iudicari audimus, qui sorte dei sunt electi, et ad iudicia compelli violenter, ut assistant responsuri et ipsos tamquam rusticos vendi, volentes reddere que dei sunt deo, a quo habemus universa, statuimus, ut si quis ex presbyteris, canonicis vel clericis ad iuditium commune fuerit evocatus per iudicem vel beneficorum nostrorum nuncios ex parte castri, per se vel per responsalem nuncium suum conpareant,[f] non iudicandus, sed tantum videndus; sed omne iudicium secundum statuta canonum devolvatur ad episcopum vel prelatos Olomucensis ecclesie, quatinus secundum processum cause discuciant inter accusatum et accusantem, utrique ius suum

89. *f)* ‚ɔpareat' *A*.

inpercientes; nec volumus, ut a laicis domus vel bona clericorum prevideantur seu distrahantur, nec venditio aliqua ab ipsis exigatur Demum nostre devotionis pium affectum totaliter Olomucensi ecclesie offerentes, decernimus tabernas canonicorum esse liberas in Certorige, in Rathay et in montibus, que prius solite erant gravari; adicientes eidem hanc gratiam, ut in domibus canonicorum nemo curialium nostrorum vel quorumlibet nobiscum advenientium hospitetur, nisi ex nostra peticione hoc faciant cum gratiarum actione. Illud etiam, quod vulgo dicitur cistothne, ne ab hominibus ecclesie accipiatur, inhibemus, sive illud, quod propter evitacionem viarum malarum exigitur et solet fieri venditio, penitus ab huiusmodi liberos esse statuimus.[g]

Autographo appendet e filis sericis flavi coloris sigillum Přemysli marchionis e cera communi confectum, eodem typario expressum atque illud, quod apud chartam num. 38. describitur.

90.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Rajhrad consentiente Venceslao I. rege donat easdem libertates, quas quondam Přemysl Otakarus I. rex monasterio in Velehrad concessit, idemque libertatem a Boleslavo II. et Břetislavo I. ducibus donatam renovat et villae Rajhrad, monasterio adiacenti, ius forense confirmat.

Brunnae 1234 nov. 2.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Rajhrad asservatur (A).

Dobner, Monum. hist. Boem VI, pag. 13 — Boczek. Cod. dipl. Mor. II, pag. 277, num. 250. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 405 num. 862 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Přemysl 3' signavimus. (De quo scriba vid. prooem. ad chartam num. 77). — Praeterea adhuc alterum eiusdem privilegii autographum manu scribae ‚Přemysl 2' (=Hilarius) exaratum exstitit, quod a. 1904 in eiusdem monasterii tabulario manibus tractavi (cf Sborník žáků Gollových pag. 77 not. 2), quod autem nunc latet. — Privilegium ab eodem auctore verbis contextum est, quem in diplomatibus Přemysli Otakari I. regis signo ‚Otakarus 5' denotavimus. In chartae textu conficiendo dictator secutus est formam privilegii regalis a. 1228 die 7. nov. monasterio in Oslavany dati, quod quondam eiusdem auctoris opera compositum esse iam in CDBoh. II pag. 315 ad num. 320 commemoravimus. Excepto contextus principio tota fere marchionis charta privilegii regalis verba eodem ordine repetit. Quae res optime explanatur, si concederis dictatorem minuta sua usum fuisse, quam olim formavit, cum privilegii Oslavanensis textum composuisset.

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. § Ego Premizl, dei gratia marchio Morauię, cenobio Raygradensi et in eo degentibus in perpetuum. Cum principales

89. g) *In extrema membranae parte spatium quatuor fere linearum vacuum relictum est, in quo testium nomina et temporis nota suppleri possent. Membrana non est replicata, ne spatium hoc minueretur.*

deceat dignitates venerari || et promovere sanctam in omnibus ecclesiam, congruum nostre visum fuit pietati id iniciari et exequi, quod nobis et successoribus nostris[a] cederet ad meritum et sancte matri ęcclesię transiret ad provectum. Ibi enim recte locantur beneficia, ubi || crescunt donorum merita, ibi decenter inpertitur gratia, ubi cum premiis cumulatur gloria. Noverint itaque tam presentes quam futuri, nos cuidam monasterio fratrum, quod Raygrád dicitur, divina inspirante nobis cle||mentia et fratre nostro illustri rege Boemorum Wencezlao annuente, eandem dedisse libertatem, que data est Welegradensi cenobio Cisterciensis ordinis, a felice patre nostro Premizl, rege Boemorum, et inclite memorie patruo nostro Wladizlao, quondam marchione Morauię, fundato et constructo, ad sublevandam loci eiusdem paupertatem libertatem illam, qua in prima sua fundatione a progenitoribus nostris, videlicet Bolezlao et Breschizlao, famosissimis ducibus, eadem[b] cella roborata est, renovantes, precipue ut, cum ex diversis regionibus invitante festivitate sanctorum apostolorum Petri et Pauli ad eundem locum per septem dies populi multitudo confluit, forum ibidem ex antiqua institucione ab omni infestatione beneficiariorum nostrorum liberrime agatur. Ipsam autem villam Reygrád dico, eidem celle adiacentem, iure forensi, prout ubique teutonice libertatis est, fundatam confirmavimus, die forensi in quarta feria constituto. Sanctimus itaque et inviolabiliter statuimus * observari, omnes villas et possessiones, quas ęcclesia* possidet,[c] vel possessura est, ubicumque sun[d] in marchia nostra, ab omni onere tributorum vectigalium, collectarum seu etiam forestariorum nostrorum, qui vulgo louschi appellantur, aliisque exactionibus sive in quatuordecim ad principem vel beneficiarios spectantibus, quocumque modo nominentur, esse absolutas; adicientes, ut nullus principum, successorum nostrorum, vel baronum nostrorum, nobis vel eis subiectorum, pro castrorum ędificatione vel reedificatione vel aliqua ingruenti expeditione homines prefati cenobii audeat inquietare. Jus autem, quod datur de capite, eis concedimus; hoc de fure statuentes, si in eorum habitat possessionibus et deprehensus fuerit in furto manifesto vel de aliquo occulto accusetur, videlicet quoad iudicium ferri candentis vel aquę vel vomeres calcandos vel duelli, et convincatur in aliquo istorum in iudicio seculari, eidem monasterio bona furis sive rei integraliter remaneant, iudices autem, quorum interest, faciant de eo, quod * iustum videbitur. Si autem homines eiusdem cenobii coram iudicibus nostris culpabiles inveniantur, nec nobis nec iudicibus nostris curialibus vel beneficiariis aliquid inde utilitatis proveniat, sed apud idem cenobium culpe perseveret satisfactio, nisi in eo, * quo tenentur satisfacere adversario. Cetera omnia ut breviter comprehendamus, omnem utilitatem, quę spectat ad usus nostros vel successorum nostrorum vel beneficiarios nostros a nobis infeodatos, eis remittimus ut plena et perfecta gaudeant libertate et ut nullus eis * conditiones contra statuta nostra audeat inponere *. Statuimus ętiam, ut nullus camerarius intret villas monasterii ad aliquem citandum vel aliquid ibi faciendum, set significet procuratori domus illius, cui commissa fuerit procuratio in temporalibus, ut eos citari faciat, qui sunt citandi, quatenus die * determinato eos coram iudicibus statuat,

90. *a) ‚nri‘ ex ‚me‘ statim inter scribendum correctum A.* — *b) ‚a‘ ex ‚i‘ correcta A.* — *c) corr. ex ‚possedit‘ A* — *d) Sequitur ‚a‘ erasa A. (Scriba primum* ab [omni onere| *scribere voluit, sed littera* a *scripta, errorem suum cognoscens eam erasit.)* — *e) ‚en‘ in loco raso scriptum A.*

quorum interest causas et negotia marchię nostrę tractare et difinire. Si quis autem alicui persone religiose infra septa monasterii constitute manus iniecerit violentas ad aliquem ibi dehonestandum, capite puniatur et pro emunitate lesa monasterio decem marcas auri componat, nisi quoad sententiam capitis aliud visum fuerit nostrę benignitati. Si vero quis irruperit claustrum monasterii, ibidem aliquid iniuste rapiendo, ablata restituat atque in cameram nostram et successorum nostrorum decem marcas auri componat, vel secundum quod visum fuerit nostrę pietati, satisfaciat. Insuper statuimus, ut quicumque nobilium in prefati monasterii curiis vel villis pernoctando vel intrando eidem exstiterint iniuriosi, bannum nostrum in decem marcis componant et ei dampna illata in duplum restituant. Huius autem libertatis a nobis concesse et principali munificentia donate prefato monasterio * successores nostros, et si deo largiente heredes habebimus, tutores constituimus et defensores *. Hoc sanctientes, ut huius privilegii violatores in cameram nostram et successorum nostrorum decem marcas componant. Insuper rogavimus patrem nostrum venerabilem, Robertum, Olomucensem episcopum,* ut omnes, qui prefati cenobii violarent emunitatem, excommunicaret. Addentes ętiam, ut homines prefati cenobii per thelonea transeuntes, in rebus, quę spectant ad opus vel usus ęcclesię, ad eam in necessitatibus eius deferendis vel transducendis, sint [a[f] pe]dagiis et theloneis absoluti. Mercatores vero solvant, quod * iuris est.* Hoc ętiam omnibus volumus esse manifestum, quod sine offensa nostra erit, si prescriptus episcopus et eius successores nostrarum institutionum in hac pagina et in privilegio Welegradensi contentarum, secundum quod dictant iura ęcclesiastica, punierint transgressores. Rogavimus etiam serenissimum fratrem nostrum regem Boemię quartum, Wencezlaum nomine, et reverendum patrem nostrum Robertum, Olomucensem episcopum quatenus dignarentur hanc paginam donationis nostrę suis sigillis confirmare; quod et fecerunt, sua videlicet sigilla apponendo, sicut et nos presentem paginam in testimonium huius donationis sigillo nostro munivimus. Huius rei testes sunt hii[g]: Arnoldus comes de Hukensvah, Bernhardus dux Carintię, Wocco castellanus Olomucensis, Ratiborius de Deblin, Wocco subcamerarius Otto purcravius de Donin, Milish et frater ipsius Idic, Lupoldus castellanus de Meidberch, Zweizlau subdapifer, Zezema subpincerna et frater suus Witko, Marquardus subdapifer, Nagrad de Orehou, Mladota de Tazzov, Bosco filius Gerhardi, Zmil filius Ranosir, Cůnradus notarius Brunnensis, Rischardus scolasticus in Brunna, Bartholomeus, Marquardus, Gregorius, Symon, capellani, Artliebus filius Ratiborii. Acta sunt hec ab incarnatione Domini anno millesimo CCXXXIIII indictione VII. Datum per manum Hylarii notarii in Brunna IIII nonas novembris. Contradictores huius privilegii et invasores prenominati monasterii cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipiant porcionem.

Autographo appendebant tria sigilla. Primum [Venceslai I. regis] quondam filis sericis coloris fusci appensum, deperditum est. Etiam tertium [Roberti episcopi] sigillum, quod olim filis sericis albis appendebat, iam periit. Superest tantum secundum sigillum Přemysli marchionis, e cera rubra confectum, idem atque in charta num. 38; quod quidem sigillum, olim filis sericis fusci coloris appensum, iam avulsum chartae adiacet.

90. *f) ‚a' cum membrana corrosa periit A. — g) ‚ii' in loco raso scriptum A.*

91.

Přemysl, marchio Moraviae, petente fratre Hugone, qui possessiones domus Hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani in marchionatu Moraviae gubernat, iura et libertates, quae per Henricum Vladislavum marchionem et Přemyslum Otacarum I. regem quondam concessae sunt, renovat et confirmat, eorumque privilegiorum verba omnia repetit.

Brunnae 1234 nov. 10.

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragensi asservatur (A).

Appendix synoptica ... continens anacephalaeosim ... privilegiorum . . ordini Melitensium concessorum [Pragae (?) cc. 1748] num. 16 (reg.) — Dobner, Monum. hist. Boem. IV, pag. 260, Specimen codicis dipl. Moraviae num. 60 (reg.) — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 280, num. 251 (ex A) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 407, num. 864 (frgm.) — Delaville Le Roulx, Cartulaire général des Hospitaliers de St. Jean de Jérusalem II, pag. 474, num. 2091.

Autographum exaratum est manu scribae, quem nota ‚Přemysl 5' signamus. Unde chartae huius scriba provenerit imprimisque, utrum in cancellariae marchionis notariorum numero fuerit necne, incertum est. Potius tamen hic de scriba non ordinario agi conicio, qui tantum occasione data ad chartam exarandam rogatus sit. — Chartam ab eodem dictatore, qui etiam privilegia num. 88 et 89 composuit, verbis contextam esse, e nonnullis stili proprietatibus, quae in omnibus tribus chartis occurrunt, perspici potest.

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. § Ego Premisle, dei gracia marchio Morauie, domui hospitalis sancti Johannis et fratribus ad illud pertinentibus in perpetuum. Licet simus iuvenilis etatis, tamen cum princeps simus et regio sanguine natus, filius scilicet inclite ‖ memorie Premisle, qui et Ottacharus a Theutonicis vocabatur, tercii regis Boemie, decet nos prudencie habere sagacitatem, mores honestos et maturis uti consiliis et pietatis operibus exuberare. Et ad hec peragenda intendere decrevimus studiose. Visum itaque est nostre discrecioni esse conveniens, quod ‖ illustris patris nostri privilegia et eciam incliti marchionis, patrui nostri bone memorie, Wladislay, cuius sumus heres et marchionatus sui dominus et possessor, religiosis domibus concessa renovare et eciam confirmare. Igitur ad peticionem fratrum domus hospitalis sancti Johannis et precipue fratris Huconis, qui eorum possessionibus ‖ preest gubernandis in marchionatu nostro, statuimus in subsequenti scripto omnia iura, que munificentia liberalissimi patris nostri regis Boemie et patrui nostri quondam marchionis Morauie prefate domui concessit, confirmare, ut inconcussa perpetuo maneant et illibata. Hinc est, quod patris nostri[a] Premisle et patrui nostri Wladislay privilegia verbo ad verbum sebsequenti pagine precepimus inserere. Incipit autem privilegium patris nostri sic: In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Premi-

91. a) ‚ris nri' *in loco raso alio atramento palido scriptum est A.*

sle, dei gratia rex Boemorum etc.[1] Privilegium vero aliud patrui nostri Wladislay incipit sic: Ego Henricus, qui et Wladislaus, dei gratia marchio Morauie. Sanum fore censens et condignum etc.[2] Igitur hec omnia, que illustris pater noster rex Boemie Othacarus nomine et patruus noster Wladislaus prefate domui sancti Johannis et fratribus in ipsa morantibus concessit, nos idem ratum habemus et confirmamus et in huius rei testimonium sigillum nostrum huic pagine fecimus apponi. Et rogavimus illustrem fratrem nostrum Wenceslaum, regem Boemie, quod et ipse eandem donacionem auctoritate sua confirmaret, et in testimonium huius confirmacionis, quam ipse libenter et devote fecit,[b] sigillum suum huic scripto apposuit. Insuper rogavimus unâ cum fratre nostro Wenceslao, rege Boemie, venerabilem patrem nostrum dominum Robertum, Olomucensem episcopum, quatenus ad pleniorem huius prefate donacionis confirmacionem presenti carte sigillum suum apponeret; quod et fecit. Testes vero, in quorum presencia hec acta sunt, hii sunt:[c] dominus Arnoldus prepositus Wisegradensis, Arnolphus abbas Trebecensis, Ambrosius prepositus Cunicensis, Paulus prepositus Ragygradensis, Wilelmus notarius regis Boemie, Bartholomeus canonicus Olomucensis, Marquardus capellanus noster et socii eius, Sdezlaus camerarius Boemie, Witteco et Heinricus frater eius et Witteco iuvenis frater eorum, Wocco filius Borutonis, Wocco filius Benesonis, Ratiborius, Arthlebus, Gruth filius Detrici, Wirso, Ranozyrus, Pardus et frater eius Thewirdese, Stephanus iudex domine regine; Huale, Ottaslaus, Wogeteh, Ector milites domini episcopi, Wilelmus, Lupoldus, Nagrade, Pelegius, Harthlebus et Johannes filii Ratiborii. Acta sunt hec Brunne in domo Brumonis monetarii regis, anno ab incarnacione domini millesimo ducentesimo tricesimo quarto, quarto idus novembris. Data per manus Hylarii prothonotarii nostri.

Autographo appensa erant tria sigilla. Primum (quod Roberti episcopi Olomucensis erat) deperditum est. Secundum e cera communi confectum, appensum e filis sericis flavis et rubris, idem Venceslai regis sigillum est, quod iam apud num. 15 descripsimus. Tertium Přemysli marchionis sigillum e cera communi confectum, quod etiam filis sericis flavis et rubris appendet, eadem forma expressum est atque illud, quod apud num. 38 describitur.

---

91. b) *Sequitur* ‚et' *in lineae fine erasum A.* — c) ‚st' *eadem manus postea ante lineae initium eodem atramento addidit A.*

1) *Sequitur privilegium Přemysli Otakari I regis datum in Prostějov 1213 dec. 31, quo hospitali s. Johannis Hierosolymitani in possessionibus eius in tota Moravia sitis libertates conceduntur. Privilegii verba in CDBoh. II p. 105 num. 110 invenies.*

2) *Sequuntur verba privilegii, quod Henricus Vladislavus marchio anno 1213 dec. 31 in Prostějov dedit, quo quidem privilegio domui sancti Johannis Hierosolymitani possessiones omnes in tota Moravia confirmantur eique libertates conceduntur, quae per Přemyslum regem monasterio in Velehrad concessae sunt. Privilegii verba iam in CDBoh. II pag. 103 num. 109 dedimus. Ab originali privilegii transcriptum confirmationi insertum in hoc tantum discrepat, quod in ipso scribitur* ‚ad castrorum edificaciones secundum morem terre illius' *loco* ‚ad castrorum edificationes vel poncium secundum' *etc., vide CDBoh. II pag. 103 l. 30, 31. Praeterea aliquot testium nomina omissa, aliquot alio ordine posita sunt.*

92.

Gregorius IX. papa Roberto, episcopo Olomucensi, mandat, ut ad subsidium ecclesiae, quae multis Terrae Sanctae clamoribus excitatur, proximo futuro Martio aut ipse cum militia veniat aut eam mittat.

Perusii 1234 nov. 25.

Commemoratur in Gregorii IX. regestorum vol. IV, quod in tabulario secreto Vaticano asservatur, fol. 234, ap. lib. VIII, ep 330.

Palacký, Ital. Reise, pag 26 num. 124 (reg.) = Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 281, num. 252, = Erben, Reg. I, pag. 407 num 865. — Potthast, Reg. 9773. — Auvray, Les Registres de Grég IX, t. I, col. 1196, num. 2243.

Epistola iisdem fere verbis scripta est atque illa, quae ad Egbertum, archiepiscopum Salzburgensem, missa est, in qua legitur: .. fraternitati tue per apostolica scripta firmiter precipiendo mandamus, quatinus .. ad subventionem ecclesie, pro cuius libertate tuenda karissimus in Christo filius noster Fridericus, Romanorum imperator semper augustus,... paratus est magnifice prosequi,... apparatu strenuo te studeas communire, ita quod ecclesia proximo futuro martio te personaliter decenti militia comitatum, que in expensis tuis per tres menses, preter tempus, quo veniet et recedet, ad eiusdem obsequia commoretur, vel saltem iam dictam militiam, si venire nequiveris, cum exultatione recipiat ac tuis et aliorum expedita subsidiis ad Redemptoris gloriam in pacis gaudio reflorescat.... Dat. Perusii VII kal. decembris, pontif. nostri anno octavo. — *Epistolam integram vid. ap. Rodenberg, Epistolae e regestis pontif. Rom. (Mon. Germ. hist. Epp. saec. XIII) t. I, pag 496, num. 607 Post cuius apographum in registro adnotatur:* In eundem modum .. episcopo Olomucensi.

93.

Gregorius IX. papa Johanni II., episcopo Pragensi, mandat, ut ad subventionem ecclesiae, pro cuius libertate tuenda Fridericus, Romanorum imperator, paratus est magnifice prosequi, proximo futuro Martio aut cum decenti militia ipse veniat, aut si venire nequiverit, eam mittat.

Perusii 1234 nov. 25.

Commemoratur epistola in Gregorii IX. regestorum vol. IV. fol. 234 post libri VIII ep. 330 archiepiscopo Salzburgensi missam, ubi adnotatur: In eundem modum .. episcopo Pragensi.

Erben, Reg. Boh. I, pag. 407, num. 865. — Auvray, Les Reg. de Grég. IX, t. I, col. 1196, num. 2244.

---

92. 1) *Eodem die, qui hic adfertur, etiam reliquae litterae, in eundem modum conscriptae, missae sint, incertum est. Etenim in registro post hanc epistolam commemoratur iisdem verbis etiam ad archiepiscopum Maguntinum litteras datas esse. In registrorum volumine IV., fol. 218, lib. VIII, ep. 273 sane inveniuntur litterae ad archiepiscopum Maguntinum missae, quarum textus quidem cum litteris ad archiepiscopum Salzburgensem scriptis ad verbum consentit, sed temporis indicatio differt:* IX. kal novembris = *24. die mensis octobris.*

94.

(I.) *Gregorius IX. papa Přemyslum, marchionem Moraviae, rogat, ut mense Martio proximo ecclesiae Romanae militiam decentem in subsidium Terrae Sanctae mittat.*

(II.) *Idem Venceslaum I., regem Bohemiae, hortatur, ut fratri suo marchioni militibus subveniat.*

Perusii 1234 nov. 27.

Epistolae commemorantur in Gregorii IX. papae regestorum vol. IV fol. 234v post libri VIII ep. 333

Palacký, Ital. Reise pag. 26, num. 125 (reg.) = Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 281, num. 253 = Erben, Reg. I, pag. 407 num. 866. — Potthast, Reg. pont num. 9776 — Auvray, Leg registres de Grég. IX, t. I, col. 1198, num. 2279 et 2280.

Utraque epistola iisdem fere verbis conscripta erat atque libri VIII ep. 333, quae [Friderico II.], duci Austrie et Stirie, *missa est:* Cum mater ecclesia multis excitetur Terre Sancte clamoribus, ut eius miserando statui succursum celerem studeat impertiri, cui prestandi subsidium opportunitas tollitur, nisi prius discordes in pacis federa reformentur, et karissimus in Christo filius noster Fridericus, Roman. imperator,... paratus est magnifice prosequi, per quod tam ecclesie quam imperii iura favente Domino valeant obtineri, nobilitatem tuam rogamus et obsecramus ..., in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatinus .. ad subventionem ecclesie te studeas communire, ita quod ecclesia proximo futuro martio te personaliter decenti militia comitatum, que in expensis tuis per tres menses preter tempus, quo veniet et recedet, ad eiusdem obsequia commoretur, vel saltem iam dictam militiam, si venire nequiveris, cum exultatione recipiat.... Dat. Perusii V kal. decembris, pontif. nostri anno octavo. — In eundem modum .. marchioni Moraule. Item .. regi Boemie, fratri eiusdem marchionis, ut det ei subsidium in militibus. *(Epistolam integram vid. ap. Rodenberg, Epp. e regestis pontif. Rom., in: Mon. Germ. hist., Epp. saec. XIII, t. I p. 497, num. 608 et Posse, Urkk. der Markgr. v. Meissen, in: Cod. dipl. Saxon. I, tom. III, pag. 365 num. 521, ubi adferuntur nomina omnium aliorum principum saecularium Germaniae, ad quos eadem epistola missa est.*

95.

(I.) *Gregorius IX. papa magistro Philippo de Assisio, scriptori suo, censum sedi apostolicae in Alemannia debitum committit colligendum.*

Anagnie 1233 ian. 10.

(II.) *Philippus de Assisio, scriptor et nuntius papae, recognoscit se ab Engilberto, procuratore Arnoldi praepositi Vyšehradensis, censum sedi apostolicae debitum recepisse.*

Coloniae ad Rhenum 1234 dec. 6.

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli collegiati in Vyšehrad asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag 408, num. 867 (fragm. II).

(I.) Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio magistro Philippo de Asisio, scriptori nostro, salutem et apostolicam benedictionem. Multiplicium negotiorum sollicitudinibus occupati, etsi ad omnia iura sedis apostolice prosequenda sufficere non possimus, ea tamen omittere non debemus, cum nobis aliarum ecclesiarum generalem curam habentibus ecclesie Romane diligentiam specialem agere teneamur. Sinceram igitur de tua prudentia fiduciam obtinentes censum apostolice sedi in Alemannia debitum discretioni tue committimus colligendum, per apostolica tibi scripta mandantes, quatinus censum ipsum pro toto preterito tempore tibi facias nomine nostro persolvi, nisi litteras apostolicas aut camerarii nostri vel alterius, qui ad hoc auctoritatem habuerit, super solutione vel remissione facta ab aliquo tibi contingat ostendi; contradictores, si qui fuerint, vel rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Datum Anagnie IIII idus ianuarii, pontificatus nostri anno sexto.

(II.) Ego Philippus, domini pape scriptor et nuntius, sicut in premissis colligitur evidenter, a vobis, domine Engilberte, procurator venerabilis viri A.,[1] prepositi ecclesie sancti Petri Wisgradensis, Pragensis dyocesis, quindecim marcas auri dimidio fertone minus ad pondus Coloniense legitime ponderatas, pro tredecim et centum marcis argenti de censu sedi apostolice debito preteriti temporis a memorata ecclesia, pro quolibet anno quinque marcas argenti,[2] ostensa mihi cautione solutionis preterite, me fateor sedis apostolice nomine recepisse; salvo tamen ecclesie vestre, si due marce auri, quas dicitis per venerabiles viros . .[3] de Strago et . .[4] de Lutomisl abbates Premonstratensis ordinis, Pragensis dyocesis, prefatam ecclesiam ad sedem apostolicam destinasse, solute fuerint domino pape vel alicui de mandato suo, quod ille restituantur vobis vel cedant in futuram solutionem. Ne igitur prefatam ecclesiam occasione premissarum marcarum, quas recepi a vobis, ab aliquo ulterius gravari contingat, presens scriptum in testimonium sigillo proprio communivi. Datum Colonie VIII idus decembris anno Domini M°CCXXXIIII°, pontificatus domini Gregorii pape noni anno octavo.

Sigillum, quod autographo appendebat e scidula membranae, iam avulsum et deperditum est.

96.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Oslavany ius patronatus ecclesiae in Nová Cerekev in districtu Opaviensi donat.

— *1234* — .

95. 1) *Arnoldi.* — 2) *Teste privilegio Lucii II. papae die 11. mensis aprilis a. 1144 dato (v. CDBoh. I, pag. 138 num. 136) ecclesia Vyšehradensis sedi apostolicae* „ad indicium, quod eadem ecclesia beati Petri iuris sit et sub ipsius protectione consistat“ *XII marcas denariorum annuatim persolvere debebat.* — 3) *Petrum.* — 4) *Ottonem.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A). — Apographum insertum est chartae Kunigundis, reginae Boh., datae Pragae 1267 ian. 22, cuius autographum exstat in eodem tabulario.

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 288, num 257 (ex A) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 400, num. 855 (fragm.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 3‘ signavimus, scriptum est. (De quo quidem scriba vid. ea, quae in nota introductoria ad num. 77 commemoravimus).

Omnibus presentia visuris Christi fidelibus P.[1], dei gratia marchio Morawię ęternam in Domino salutem. Quoniam generatio preterit‖et generatio advenit, plurima propter hebitudinem mentium a memoria hominum elabuntur. Quare paci et tranquillitati‖M.[2] abbatisse et conventus de Ozlawan provisum esse[a] volentes, universitatis vestrę in presenti sigillo et pagina noticię trans‖mittimus, quia ius patronatus Nove ęcclesię, site in terminis Oppawię, sicut libere et quiete tam nos quam dilecta uxor nostra visi sumus possidere, contulimus dictis abbatisse et conventui ac successuris eiusdem in perpetuum libere et absolute, volentes et precipientes dicto sacerdoti et successoribus suis, quatenus ipsis abbatisse et conventui respondeant de omni reverentia, obedientia ac iure, prout nobis hactenus responderunt. Quod si aliquis contra hanc ordinationem nostram[b] venire, quod absit, presumpserit, offensam nostram et successorum nostrorum incurret. Et rogamus dominum diocesanum, uti spirituali gladio ipsis occurrere dignetur presumptoribus et donationem suo confirmet, ut decet, assensu.[3] Datum anno gracie MCCXXXIIII. Testes: Theodricus preceptor domus Theutonice et fratres sui et capellani et Wurchozlaus dapifer marchionisse, Peregrin[c] magister coquine et alii quam plures.

Autographo appendet e scidula membranae sigillum Přemysli marchionis e cera communi confectum, partim fractum, idem atque in charta num. 38. (Vid pag. 37.)

97.

Přemysl, marchio Moraviae, villam monasterii in Zábrdovice propriam Leviz nomine ab omnibus servitutibus et oneribus liberat ad instar privilegiorum, quae monasterio in Velehrad concessa sunt.

In Opavia 1234 — .

Autographum in membrana scriptum in tabulario ministerii rerum internarum Pragensi asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 287, num 256. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 406, num. 863 (fragm.).

96. *a)* ‚e[ss]e‘ *eodem atramento superscriptum A. — b)* ‚n‘ *ex* ‚v‘ *eodem atramento corr.; etenim notarius primum sequens* ‚venire‘ *scribere coepit, sed errore cognito, statim correxit. — c) ex* ‚Pere[I]gno‘ *radendo corr. A.*

1) *Přemysl.* — 2) *Nomen ignoratur.* — 3) *Episcopi confirmatio anno 1237 data est.*

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 2' signavimus, exaratum est. — Chartam ab eodem auctore verbis contextam esse, qui etiam chartam marchionis num. 87 composuit, (scilicet ab Hilario, marchionis notario,) e nonnullis stili proprietatibus formulae promulgationis et corroborationis aliisque facile cognosci potest.

In nomine Domini amen. Noverint universi tam posteri quam moderni scripti || huius inspectionem et copiam habituri, quod ego Premilz, miseracione divina || marchio Morauie, personis ac locis religiosis pro salute anime mee ac progenitorum || nec non successorum meorum in omnibus, que ipsorum commoditatem utilitatemque respiciunt, misericorditer et pie cupiens providere, villam quandam Leuiz nomine monasteri de Zabirdouiz, sitam in Holachiz, sine omni excepcione ab universis servitutibus et honeribus specialibus sive communibus liberavi, libertatem sibi plenariam concedens secundum tenorem privilegiorum Velgradensis monasterii,[1] ita videlicet, ut nullus camerariorum seu beneficiariorum prenominatam villam pro aliqua molestacione vel occasione gravaminis audeat introire, ut ab eadem villa mea licencia et favorabili consensu demum Teutonicis habitata liberius et amplius monasterio de Zabirdouiz valeat servicium exhiberi. Hanc itaque paginam predicte concessionis ob perpetuam memoriam et habundantem cautelam sigilli mei karactere insignivi testium subscripcione adiuncta, quorum nomina sunt hec: Vlricus filius ducis Karinthie, Arnoldus comes de Hucswach, Wocko subcamerarius, Albertus de Medlow, Stephanus frater eiusdem, Luppoldus castellanus de Megdeberc, Wlurammus frater eius, Bochko marscalcus, Mikul frater eius Myleta de Gradez, Woyna, Beneda, Victor, Onso, Bludo, Zwerch, Vilk, Lubomir, Predborius de Dyuiz, filius eius Pribizlaus. Datum in Opavia indictione VII.

Autographo appendet e filis sericis violaceis et rubris sigillum Přemysli marchionis e cera communi confectum idem atque illud, quod apud chartam num. 38 describitur.

98.

Heinricus, abbas monasterii in Langheim, praedium in Doloplazy a Přemyslo, marchione Moraviae, donatum, monasterio in Velehrad vendit.

— 1234 —

Apographum saec. XV. exstat in libro privilegiorum monii. Velehradensis, qui in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur, fol. 82, ant. 89 (B) *

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 289, num. 258 = Erben, Reg. Boh I, pag. 400, num. 856 (reg.)

---

97. 1) *Privilegium monasterii Velehradensis die 27 nov. a. 1228 datum vid. in CDBoh II, pag. 319 num. 321.*

98. (*) *Chartae verbis ibi haec superscriptio anteposita est:* Super Doloplaz. Privilegium abbatis et conventus de Lanchaym.

Henricus, divina miseracione dictus abbas in Lankeym. Que geruntur in tempore, simul pereunt cum tempore, si non receperint a voce testium vel a litteris firmamentum.[a] Ad tollendam igitur omnem odiose contencionis vel dubietatis molestiam, nosse cupimus omnes presentis pagine inspectores, quod nos de communi consensu tocius conventus, habita eciam deliberacione cum episcopo diocesano et cum patre abbate, predium nostrum in Doloplaz, quod illustris marchio Morauie nobis pro remedio anime sue contulit,[1] vendidimus domino abbati et conventui in Welegrad pro centum marcis cum omnibus attinenciis, et iure nostro, quod in eodem predio a predicto marchione nobis fuerat confirmatum. Ad huius rei eternam evidenciam presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus insigniri. Testes sunt dominus Henricus abbas de Plaz et monachi sui Heidinricus supprior et Johannes et alii plures. Actum anno Domini M°CC°XXXIIII°, indiccione VII.

99.

Budiš de Náměšt attestatur Hermannum de Rudíkov, consanguineum suum, et matrem eius monasterio in Oslavany ius patronatus ecclesiae in villa Rudíkov donavisse.

In Oslavany 1234 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 290, num. 259 (ex A) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 401, num. 857 (reg.)

Autographum manu quadam ignota scriptum est, quae iam in nulla monasterii Oslavanensis charta, quotquot adhuc supersunt, apparet.

Nos Bvdish de Namez universis hanc litteram inspecturis ad rei memoriam sempiternam Ne ea, que ad di‖vini nominis cultum ampliandum divina preveniente gracia ex liberalitate copiosissima donatorum piis locis et personis religiosis dei amore conferuntur, a successoribus eorum per ipsorum alienationem animabus grave dispendium generent et‖iacturam, necessarium est, ut litterarum annotationibus[a] et testium assertionibus roborentur. Ad tocius igitur litis et calumpnie successoribus repressionem in futurum hiis nostris litteris bona fide protestamur, quod vir nobilis Hermannus de Rvdwico, noster consanguineus, una cum matre sua divinitus inspirati, ad laudem dei et honorem gloriose virginis Marie ius patronatus ecclesie ville de Rvdwico cum omnibus suis attinenciis ad usus dominarum de Ozla et sustentationem[b] contulerunt principaliter propter deum renunciantes[c] iuri patronatus ecclesie memorate, protestantes nichilominus donationem huiusmodi et renunciationem[d] aliquociens,

98. a) ‚firmamendum' *B.* 1) *Vide ante num. 50.*

99. a) ‚ãnotõib;' *A.* — b) ‚fuftentõnem' *A.* — c) ‚renciantes' *A.* — d) ‚renciatione' *A.*

quam plurimis presentibus, in vita et in morte. In huiusmodi igitur protestationis,[e] donationis et recessus evidenciam, memoriam et cautelam presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus insigniri. Actum in Ozla anno Domini MCCXXXIIII.

Autographo appendet e filis sericis viridis flavis rubris sigillum formae scuti trianguli de cera naturali (flavi coloris) confectum (alt 48 mm). In area sigilli conspicitur spiculum sursum versum deorsumque in duo cornua exiens. Circumscriptio duabus lineis inclusa haec est: ✠ SIGILLVM * BVDISII * *

100.

Johannes [de Polna] ad monasterium ordinis Cisterciensis [in Nížkov] instituendum monachos de Osek assumens, villam Nížkov aliasque possessiones et reditus fundationi novae offert, praeterea villam Ždár a fratre suo Přibyslavo empturum et claustro donaturum esse promittit et silvam, in qua villae condi possint, addere pollicetur.

[1232—1234]

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii in Osek asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 37, num. 30 (perperam ad ann 1206) — Erben, Reg. Boh I, pag. 226, num. 497 = Frind Ant., Die Kirchengesch. Böhmens I, pag. 413, num. 12.

Chartae autographum, manu quadam ignota scriptum, temporis notis omnino caret; sed prima saeculi XIII. medietate confectum esse e litterarum formis cognosci potest. Unde chartae scriba oriundus fuerit, incertum est; sed omnibus, quae de eius argumento inveniri possunt, consideratis fieri potuisse non negarim, ut manu monachi cuiusdam in coenobio Osecensi exarata sit. — De charta satis copiose agit Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f Gesch. d. Deutschen in Böhm. VII (1869), pag. 187 seqq.; sed quae exponit nullius sunt momenti. Sicut Scheinpflug, etiam priores chartae editores eam ad monasterium Osecense condendum esse referendam putabant. Acutius eam interpretatus est Palacký (Dějiny I, 2, ed 3., pag. 476), qui eam intra annos 1230—1240 confectam esse existimabat. (Vide et. Erben, Reg. I, pag. 624 ad num. 497), Sed quando orta sit, etiam artioribus finibus determinari potest. Eius enim argumentum iis optime illustratur, quae Henricus de Heimburg in Cronicae domus Sarensis capitulo „De Johanne de Polna et eius claustro" narrat (Fontes rer. Boh. II, pag. 523): „Nobilis ... vir quidam nomine Jenisch vel Jenczo, in Polna residens, ... laborare ... cepit in Ozzec, ut sibi destinarentur quidam monachorum. — Tunc abbas nomine Zlauco *[1231/2—1239]* misit ei monachos aliquos, qui q u i n q u e f u e r u n t h i c a n n i s". *Quod quidem claustrum „Bernhardi cella" vocatum et „in Nyscow" constitutum esse e reliquis, quae Henricus Heimburgensis rettulit, comperimus. Idem auctor nos certiores facit claustrum illud non diu duravisse, sed iam q u i n q u e a n n i s post ab abbate Slavkone monachos in monasterium genuinum reductos esse. Unde accuratius definiri potest, quando charta confecta sit. Slavko Theodorico abbati successit, qui a. 1231 postremum commemoratur. Slavko ipse abbatis nomine postremum 22. die mensis februarii a. 1239 praeditus est, tum autem ad episcopi Prussiae dignitatem ascendit.*

---

99. *e)* ‚pteſtõis' *A.*

(Eubel, Hierarchia catholica medii aevi I, pag. 420, nota 5, eum forsan episcopum Pomesaniensem fuisse putat). Quae cum ita sint, chartam intra annos 1232—1234 confectam esse iudicare possumus. Vide Teige, Die Vorgeschichte des Kl. Saar (Mitth. aus dem Bened. u. Cist. Orden XIII, 1892, pag. 81 sq.) Quae postea Krones in supplem. II. dissertationis Das Cist.-Kloster Saar in Mähren (Archiv f. österr. Gesch. 85, pag. 122 sq.) scripsit, nullius sunt momenti.

Ego Johannes comes, fundans cenobium ad honorem dei[a] et sancte Marie ordinis Cisterciensis, de Ozzek fratres assumens || et illi domui mancipans, hec ad ipsius fundationem offero. Nesekove villam forensem, et circa ipsam villam de bo|| nis meis tantum confero,[b] quod annuatim solvet viginti marcas et post quamlibet marcam sedecim strichónes annóne, $\overset{\text{to}}{\text{VIII}}$[c] siliginis || et octo avene. Preterea cum edificare de lapidibus ceperint, offeram tanta bona, que annuatim solvant XXX marcas ad edificationem, ad claustrum perpetuo pertinenda. Ad claustrum construendum dabo tres carpentarios appreciatos et alios tres beneficiatos; preterea rusticos ad eorum in edificando adiutorium, quotquot fuerint necessarii, carpentariis alimoniam prebiturus. Bona omnia, que ipsi contuleram fundationi, que ab episcopo Olmucensi dicunt esse inpetitoria,[1] recipio et totidem bona de patrimonio meo hereditario ipsi fundationi in presenti restituo, prioribus utiliora. Locum claustrali mansioni in ipsis bonis habilissimum atque convenientissimum[2] do,[d] habentem fluvium nobilibus piscibus piscosum; molendinum in claustro futurum $\overset{\text{or}}{\text{IIII}}$ rotarum de subtus vertibilium, lapides, cementum prope locum, ligna super locum et circa locum ad edificia congruentia sufficientia, ortum circa locum, duos fontes ductiles super locum nobiles, et hec bona XX marcarum in fertili terra. Duodecim araturas culte terre de pecunia mea instruam. Insuper villam fratris mei Pribizlai nomine Sár redimam et claustro conferam, ubi sunt prata nobilis feni infinita piscationes bone, nemora bona. Preterea silvam ad fundandas villas fertilis fundi copiosam. Insuper quoad vixero, a dando numquam cessabo.[e] Quatuor molendina marcam annuatim solventia ad luminaria ecclesie perpetuo confero. Edificiorum succisa ligna super locum presentare faciam.

Autographo appendet e scidula membranae sigillum e cera communi confectum formae rotundae, cuius diametros 53 mm sunt. Sigillum quidem iam valde atritum est, sed imago ei impressa bene discerni potest. In sigilli medio eques depingitur dextrorsus equitans,

---

100. *a)* ‚di‘ *eodem atramento superscriptum A. — b)* ‚ɔfero‘ *eodem atramento superscriptum A. — c)* ‚V‘ *ex* ‚U‘ *eodem atramento mutatum A. — d)* ‚do‘ *sub linea alio atramento suppletum est A. — e) Quae sequuntur alio atramento aliaque penna, sed eadem verisimillime manu scripta sunt. Quae postquam charta sigillo iam instructa esset, addita esse ex eo cognoscitur, quod vox* annna — tim *scidula membranae divisa est, qua sigillum appendet.*

1) *Vide quae adnotavit Kalousek in Památky archaeologické tom. X, col. 662.* — 2) *Cf. in charta monii. Osecensis die 24. apr. 1203 data:* „locum ad... monastice construccionis situm ... peramenum“ *(CDBoh II, pag. 376 377).*

qui galea capiti imposita, manu dextra lanceam cum vexillo gestat, sinistra vero scutum parvum formae triangulae pro pectore tenet. Signum, quod in scuto expressum erat, iam recte cognosci non potest. (*) *Circumscriptio valde attrita est, sed omnibus fere litteris adhuc legi potest:* / //OMES IAN - OSIVS · FILIVS · SBIS//////. *[i. e.: Comes Ianosius, filius Sbislai].*

101.

Gregorius IX. papa monasterium in Kladruby sub beati Petri et apostolicae sedis protectione suscipit, omnes eius possessiones, quarum plurimae nominatim adferuntur, confirmat eique iura et privilegia large concedit.

— — — —

Autographum in membrana scriptum (in fine mutilum) in tabulario ministerii ab internis Pragae asservatur (A). — Apographum saec. XVII exstat in codice ms. bibliothecae universitatis Pragensis II A 10 signato, t. I, fol. 47v num. 15 (B) et t. III, pag. 41—45 (C).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 454, num. 979 (extr. perperam ad a. 1239). — Potthast, Reg. pontif. num. 10834

In autographi angulo sinistro superiori nota quaedam cancellariae apostolicae erasa est, quae iam legi non potest. In angulo dextro superiori manus quaedam cancellariae apostolicae adnotavit ‚ploslaus'; *quae lectio depravata procul dubio recte Boleslaus interpretanda est et personam nuntii indicat, qui ab abbate Romam missus est, ut privilegium apostolicum impetraret. — In autographi tergo in medio margine superiori alia (ut videtur) manu cancellariae apostolicae adnotatur:* ‚Gladrupen̄'.

In privilegio conscribendo eadem fere forma privilegii communis pro monasterio ordinis s. Benedicti adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae edidit Tangl. Die päpstl. Kanzleiordnungen, pag. 233 num. III. — Villarum nomina, quae in privilegio adferuntur, veri simillime e libello vel supplicatione descripta sunt, qua abbas et conventus papam adiit, ut sibi possessiones confirmaret; sed a scriba extraneo nonnulla nomina depravata sunt. — Nota temporis cum extrema membranae parte abscissa iam dudum periit, quam ob rem annus, quo privilegium datum sit, ignoratur. Erben l. l., fultus auctoritate privilegii Venceslai I. regis die 17. decembris a. 1239 dati, privilegium papae etiam eodem fere anno datum esse putavit. Sed cardinalium subscriptorum honoribus consideratis tempus, quo privilegium confectum erat, melius et satis artis limitibus definiri potest. Etenim Romanus [Bonaventura], diaconus card. s. Angeli, qui post diem 13. apr. 1216 et ante 3 ianuarii 1235 subscribitur, postea episcopi Portuensis honorem adeptus est. Jacobus de Pecoraria in subscriptionibus a die 17. novembris 1234 „Praenestinus electus" *nominatur, quo titulo adhuc die 3. ianuarii 1235 utitur, sed 15. martii 1235 iam episcopus appellatur. (Vid. Eubel, Hierarchia catholica I, pag. 6, num. 9). His circumspectis privilegium inter medium mensem novembrem 1234 et ianuarium anni 1235 datum esse cognoscitur.*

(*) *Errare videtur Palacký, Dějiny I, 2 (ed. 3.), pag. 477, qui sigillum huic chartae appensum sigillum Jarossii, filii Zbyslavi, fuisse atque in scuto aquillam dextrorsum spectantem delineatam esse putavit. Quamquam extrema lineamenta oculis accurate distingui vix possunt, nobis quidem veri similius videtur simulacrum leonisse dextrorsum spectantis et pedem priorem tollentis hic esse conspiciendum. Quod baronum de Polná insigne fuisse constat. (Vid. Sedláček, Hrady a zámky XII, pag. 154).*

⁝ Gregorius ⁝[a] ⁑ episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis ..[1] abbati Gladrupensi eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum ⁑.‖ Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis infringat. Eapropter, dilec‖ti in Domino filii, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte Marie Gladerupense,[b] in quo divino estis obsequio mancipati, sub beati Petri et nostra protectione su‖scipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, forum Cladorubense, Bucowa, Senadici, Scapce, Hore, Hocou, Mileuo, Tunehodi, Nabrode, Wirow, Borouene, Suirchow, Scecarow, Bogohinice, Sumles, Holocheui, Glupenow, Lobzi, Malchouichi, Curogedi, Plesonow, Plezomi, Magna uilla, Birtna, Damnow, Ragsin, Nadole, Paulouichi, Uitgouichi, Huoschene, Laz, Wicbiche, Miluchou, Dubrauiche, Botou, Vranou, Suina, Jurgi, Pirna, Tisoua, Saar, Ostrov, Vzesd, Vsetichi, Lochusichi, Mireuichi, Nathiaste, Honezouici, Vsecari, Ostrouci, Medoui, Ognichouichi, Otoue, Rochosino, Dnesichi, Turene, Sobecuri, Bigeldi, Zemetichi, Stipoclasi, Guinas, Sechiras Gneunichi, Radeiouichi, Sune, Cetouichi cum silva Leni, Bnedenisi, Tuscov cum foro, Cemini, Bucouice et Cosetici villas cum decimis et pertinentiis earumdem. In provincia Sattensi: Lomnice, Celeon, Crasou, Potoc, Montem lapideum, Mirozlaue, Besmirou, Vlcosou, Zlusetino et Lucou villas cum decimis et pertinentiis suis. In provincia Zlanensi: Vherci, Tinci et Lubosin villas[c] cum decimis et pertinentiis suis. In provincia Pragensi: Sbraslau, Widim, Zabroutesci, Ciruisici, Cirnilce, Sciben, Lahouici, Gerchas, Gence et Wisocene villas cum decimis et pertinentiis earumdem. In provincia Bokzlanensi: Sesemici, Radovanouici, Cobili et Souinici villas cum decimis et pertinentiis earumdem. In provincia Roktenensi: Sleiguici, Nesabudati, Scringe et Drahelcici villas cum decimis et pertinentiis earumdem. In Pilsen: terras de Glupogla cum decimis suis, Bonetici, Lubeu[i]ci Scepanouici, Rosvadou, Keblene, Ostrau, Maleuici, Wranouici, Coscon, Podeusi,

---

101. *a)* ‚Gregorius‘ *literis maioribus scriptum A.* — *b)* ‚Gladrupen‘ *A.* — *c) Scriba primum vocabulum sequens scribere coepit, sed litteris* ‚cu‘ *scriptis errorem suum cognoscens litteras* ‚illas‘ *addidit. Postea autem litteram* ‚c‘ *eradere obmisit.*

1) *Reinhero.*

Suquerene, Lusna, Tlucna, Zahorene, Nalesne, Sdemissio et Nacamenici villas cum decimis et pertinentiis earumdem, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis, salva super decimis moderatione concilii generalis.[2] Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit,[3] vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere[d] presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos[e] liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatis sui licentia de eodem loco, nisi artioris religionis obtentu, discedere; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi, a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fuerit et gratiam et communionem sacrosancte Romane sedis habuerit et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere.[4] Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati, qui se illic sepelire deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint aut etiam publice usurarii, nullus obsistat; salva tamen iustitia illarum ecclesiarum, a quibus [mor]tuorum corpora assumuntur Decimas preterea et possessiones ad ius ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi[f] de manibus eorum et ad ecclesias ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet[g] surreptionibus[h] astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum[i] sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam

101 *d)* ,exigere uł extoque' *in loco raso eadem manu correctum A.* — *e)* ,clicos uł laicos' *in loco raso eadem manu corr. A.* — *f)* ,liberandi legitime' *sed signis superscriptis corr. A.* — *g) Litterae* qua *et* et *in loco raso eadem manu scriptae sunt A.* — *h) Ita loco* ,surreptionis' *errore scriptoris A.* — *i)* ,paterna in posterum' *in loco raso eadem manus correxit A.*

2) *i. e. concilii gen. Lateranensis, quod anno 1215 die 11.—30. novembris celebratum est.* — 3) *In forma ap. Tangl hoc loco additur:* sive de ortis, virgultis et piscationibus vestris. — 4) *In forma hoc loco additur:* Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem *etc. usque* impendat. *Ibidem autem post hanc adhuc haec formulae sequuntur:* Prohibemus insuper, ut infra fines parrochie *etc. et*: Ad hec novas et indebitas exactiones *etc.*

seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus monasterio vestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iustitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino [i]udicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratisimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant Amen. Amen. Amen[j]

(*R*)[k] Ego[l] Gregorius catholice ecclesie episcopus subscripsi (*B.V.*)
+ Ego Jacobus Tusculanus episcopus subscripsi.[m]
+ Ego Thomas tituli sancte Sabine presbiter cardinalis subscripsi.[n]

+ Ego Guifredus tituli sancti Marci presbiter cardinalis subscripsi
+ Ego Sinibaldus tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter cardinalis subscripsi.
+ Ego Stephanus s. Marie trans Tiberim tituli Calixti presb. cardinalis subscripsi.
[+ Ego Jacobus Prene]strinus electus subscripsi.[o]
+ Ego Rainerius s. Marie in Cosmidin diaconus cardinalis subscripsi.
+ Ego Romanus sancti Angeli diaconus cardinalis subscripsi.

Bulla plumbea, quae e filis sericis autographo appendebat, cum extrema membranae parte abscissa deperdita est. — (Nota Bulla aurea *privilegii tergo manu posteriore inscripta non ad sigilli materiam, sed ad privilegii magnam auctoritatem refertur).*

101. *j) Quae subsequuntur subscriptiones omissae sunt in B et C. — k) In rotae medio eadem manu scriptum est:* Sanctus Petrus ‖ Sanctus Paulus. ‖ *In inferioribus quadrantibus:* Gregorius pp VIIII. *In spatio inter utrumque circulum eadem manus eodem atramento emblema papae scripsit:* Fac mecum Domine signum in bonum. — *l) ‚E' litteram alio atramento alia manus supplevit A. — m) Haec et ceterae quae subsequuntur subscriptiones aliis manibus atramento in qualibet linea mutato scriptae sunt. — n) Post hanc subscriptionem una linea vacua relicta est A. — o) Post hanc subscriptionem adhuc unam privilegio inscriptam fuisse veri simile est, quae cum membrana abscissa periit.*

102.

Venceslaus I, rex Bohemiae, ecclesiae Omnium Sanctorum in Litoměřice donat decimum denarium de censu ibidem colligendo et de iudicio, idemque confirmat omnia, quaecunque ecclesiae illi a civibus vel aliis personis data fuerint.

Pragae 1235 febr. 12.

Apographum saec. XV exstat in copiario civitatis Litomericensis, quod in tabulario Musaei regni Bohemiae Pragae (24 G 12) asservatur, fol. 33v (B) et 72–73 (C). – Ibidem fol. 73 legitur versio bohemica saec. XV confecta.

Hieke in: Mitth. d. Ver. f. Gesch. d. Deutschen in Böhmen XXVIII, pag. 349, 355 — Čelakovský, Corpus iuris municip. II, pag. 3 — Emler, Reg. Boh. IV, pag. 809, num. 2081 (fragm.).

Notarii nomen quidem in charta prorsus non adfertur, sed nonnullae verborum iuncturae, quae stilo Vilhelmi notarii regii propriae sunt, chartam ab eodem notario verbis contextam esse manifeste demonstrant. (Exempli gratia conferendus est genus dicendi chartarum num. 32, 145, 207 al.)

Quoniam labilis est memoria hominum, ea que geruntur in tempore, ne[a] simul labantur cum tempore, solent testibus et privilegiis confirmari. Nos igitur Wenzeslaus, divina favente clemencia Bohemorum[b] rex, notum esse cupimus universis, quod nos pro remedio peccaminum nostrorum et ob spem vite eterne contulimus liberaliter ecclesie Omnium Sanctorum in Lithomierycz[c] decimum denarium de censu nostro ibidem colligendo et de iudicio decimum denarium. Preterea ratum habemus et firmum et presenti scripto communimus, si quis civium ibidem seu miles vel qualiscumque alia persona de suis contulerit facultatibus sive possessionibus ecclesie memorate. Ut hec autem rata permaneant et illibata, presentem cartulam exinde conscriptam sigilli nostri inpressione iussimus communiri. Datum Prage anno Domini M°CCXXXV°, pridie idus februarii, coronacionis nostre anno octavo, presentibus Arnoldo Wyssegradensi preposito nostroque cancellario, Arnoldo comite de Hukenswage, Friderico canonico Bunnensi[d] Coloniensis diocesis, Bartholomeo de Ferentino canonico Wyssegradensi, Petro sacerdote capellano nostro et quibusdam aliis.

103.

Constantia, regina Bohemiae, possessiones et villas, quas a fratribus hospitalis sanctae Mariae Theutonicorum emit, hospitali claustri sancti Francisci Pragae donat.

Brunnae 1235 febr. 12.

102. *a)* ‚ut‘ *scribae incuria scribitur in B et C.* — *b)* ‚Boemorum‘ *C.* — *c)* ‚Lythomierzicz‘ *C.* — *d)* ‚Brum̄‘ *B, C.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario ordinis Crucigerorum cum stella rubea Pragae asservatur (A). — Apographum insertum est confirmationi Gregorii IX. papae dd. Perusii 1235 maii 18, cuius exemplum exstat in eiusdem papae regestorum volumine V., in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. tom. XVIII) asservato, fol. 31^{v}, lib. IX., ep. 89 (R).

Wadding, Annal. Minor. II, 624 (ex R). — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag. 159. — Bienenberg, Analekten zur Gesch. des Militärkreuzordens mit dem rothem Sterne, pag. 4. — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 126 (reg.), = Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 294, num. 261 (ex R), = Erben, Reg. Boh. I, pag. 410, num. 869 (fragm.) — Auvray, Les registres de Grégoire IX., t. II, col. 70, num. 2598 (reg.)

Autographum scriba quidam exaravit, cuius manus iam in nulla alia eiusdem temporis charta occurrit; quam ob rem statui non potest, unde scriba provenerit. Eciam de chartae dictatore nullam certam sententiam expromere licet.

Constantia, dei gratia Bohemorum regina, omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis in vero salutari salutem. Noverit tam presens hominum etas, quam in Christo || succesura posteritas, quod nos hospitali claustri sancti Francisci in Praga domine Agnetis, dilecte filie nostre illustris, pro remedio anime nostre omnem || hereditatem, quam emimus a fratribus hospitalis sancte Marie[a] domus Theuthonicorum, contulimus, videlicet villas: Glupetin cum omnibus villulis || ad eam pertinentibus, scilicet Humenche, Nidoscitz[b] nec non et villam Borotiz[c] cum omnibus villulis ad ipsam pertinentibus, scilicet Supenowizt,[d] Drahtesicz et ecclesiam sancti Petri cum curia et villa Ribinic cum suis pertinentiis.[e] Supradictas villas tradidimus hospitali predicto cum omnibus agris, silvis, aquis, hereditatibus, hominibus et omnibus aliis rebus ad ipsas pertinentibus iure perpetuo possidendas, hoc salvo quod domina fructuum esse volumus usque ad terminum vite nostre, ut possimus de eis facere, quod nobis secundum deum videbitur expedire. Ut autem hec donatio imperpetuum hospitali rata ac firma inconcussaque permaneat, nost[ri si]gilli munimine fecimus roborari. Huius rei testes sunt: Stephanus Kersiz, Slaua iudex Brecizlauensis, Nimirus de Posna, Jesuthbor Witouiz, Bun Sdizlauiz, Ninco marsalcus, Wiceto[f] iudex Pribizlauensis, Wseborius de Lesoniz, Ruth filius Radoste, Demetrius de Dolan, Milota filius Jarognev, Pelei et Wlaken filii Volis, Qwalec filius Kwaliz, Sudomir de Seraviz, Wizlaus[f] filius Woizlai, Petrus filius Kwalonis Item capellani curie: Cois de Slauetin, Predwoi de Neporadiz, Lambertus plebanus de Lukov, Bartholomeus plebanus in Cunowiz, Bertoldus parrochianus in Budwiz, Absalon plebanus in Bizence et alii quam plures.

103. *a)* ‚Marie‘ *litteris maiusculis simplicibus scr. A.* — *b)* ‚Nidoscitz‘ *eadem manus in spatium vacuum relictum paulo post addidit A;* ‚Nidoscitç‘ *R, ubi etiam infra littera z semper formam ç habet.* — *c)* ‚Borotiz‘ *eadem quidem manu, sed in spatium vacuum relictum suppletum esse videtur A.* — *d)* ‚Supenowizt‘ *in fine lineae quartae in parvo spatio primitus vacuo relicto alio atramento suppletum est A.* — *e)* ‚et ecclesiam — pertinentiis‘ *litteris magis compressis, sed eadem manu scriptum; quam ob rem verba haec in spatio vacuo relicto suppleta esse videntur A.* — *f) ita A.*

Datum Brunne anno Domini MCCXXXV, pridie idus[g] februarii. Nos[h] autem Ventizlaus, rex IIIIus Bohemorum, omnia predicta, que contulit mater nostra hospitali claustri sancti Francisci dilecte sororis nostre Agnetis, sigillo nostre celsitudinis fecimus insigniri confirmantes et roborantes donationem predictam.[h]

Autographo appendent e filis sericis flavi coloris duo sigilla de cera communi confecta. Primum sigillum Venceslai I. regis idem est atque illud, quod apud chartam num. 15 describitur. Secundum sigillum fractum et attritum est formae ex longo rotundae, cuius altitudo fere 82 mm, latitudo 57 mm. sunt. In sigilli area figura feminae in solio sedentis veste sinuosa indutae depingitur, quae corona capiti imposita manu dextra scaeptrum gestat, dextram vero pro pectore tenet. Circumscriptionis defractae haec litterae supersunt: ✠ SIGILLV /// CON ////// ANCI /// //// GRACIA BOEM /////////////////. *Quod sigillum eadem forma expressum est atque illud, quod iam in CDBoh. II, pag. 341 ap. chartam num. 332 descripsimus.*

104.

Venceslaus I, rex Bohemiae, monasterio in Chotěšov hereditates suas, quae bohemice „kladské“ vocantur, in villa Stodo donat.

In Plzeň 1235 febr. 17.

Autographum in membrana scriptum in tabulario minist. rer. internarum Pragensi asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 410, num. 870 (fragm.)

Autographum exaratum est manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 15‘ signamus. — Cum eandem manum in aliis chartis Venceslai regis non reperiamus atque animadvertamus dicendi genus aliquantum discrepare cum ceteris eiusdem regis diplomatibus, certe non temerarie concludimus hanc chartam esse dictatam atque scriptam per scribam quendam monasterii, cui donatio facta est.

Wencezlaus, divina gracia rex Boemorum, universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris in perpe||tuum. Rex regum et dominus omnium, per quem vivimus et regnamus, id a nobis specialiter exigit, quod ad profectum|| et pacem suorum respicit devotorum. Hinc est, quod ipsius intuitu hereditates, que vulgariter claske vocantur, quas in villa de Stode habuisse dinoscimur, cum attinenciis suis dedimus et contulimus et presenti scripto firmavimus Hotesowensi ecclesie in perpetuum libere possidendas. Licet etenim prefate hereditates pauce sint et, sicut relatu fide dignorum accepimus, in parvo centum iugera excedentes, predicta tamen ecclesia occasione ipsarum innumeras pertulisse dicitur lesiones. Nos igitur nolentes, ut eadem ecclesia per spinam huiusmodi de cetero torqueatur, quin pocius pace gaudeat et quiete, ei in predicta gracia duximus providendum presens sibi privilegium super hoc concedendo. Testes sunt: Vitgo filius Witgonis,

103. *g)* ‚II. idus‘ *R.* — *h)* ‚Nos — predictam‘ *litteris paulisper minoribus et arctius scriptis eadem manus alio atramento magis distincto addidit A.*

Bavarus de Sraconic,[a] Visemirus de Blatna, Zezema filius Heinrici, Beneda de Sweisin, Vlricus frater eius, Zazin de Oprinc,[b] Zlauibor de Swinna, Brezizlaus filius Brecizlai et alii quam plures. Actum in Pilzen anno ab incarnacione Domini M°CCXXXV, XIII kalendas marcii.

Sigillum, quod quondam autographo e filis sericis flavis et rubris appendebat, iam avulsum et deperditum est.

105.

Venceslaus I., rex Bohemiae, fratribus Hospitalis s. Johannis Hierosolymitani Pragae forum in villa eorum Manětín habendum concedit idemque permittit, ut causae pro maleficiis et lites pecuniariae terminentur per iudicem a fratribus Hospitalis ibidem constitutum; incolas fori de iudicio castrorum Plzeň et Žatec aliorumque locorum eximit.

Pragae 1235 mart. 18.

Apographum insertum est confirmationi Georgii regis Boh., datae Pragae 17. iunii 1461, cuius exemplar servavit transsumptum mag. civium et iuratorum civitatis Plzeň 15. iulii 1593 confectum et in archivio minist. rer. internarum Pragensi asservatum (D). Eadem confirmatio inserta est confirmationi privilegiorum civitatis Manětín a Carolo VI. die 19. maii 1718 concessae, cuius autographum in archivo eiusdem civitatis asservatur, fol. 11r—13r (E); alterum apographum ex alio exemplo descriptum ibidem fol. 2r—4r legitur (C).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 411, num 871 (fragm).

Chartam a Vilhelmo, notario regis, verbis contextam esse, chartis num. 32, 62, 108 aliisque consideratis, clare cognosci potest. In omnium enim, quas nominavimus, chartarum arengis et corroborationum formulis multae verborum iuncturae occurrunt, quae sermonis generi iam dicti notarii propriae sunt.

In nomine sancte[a] trinitatis et individue unitatis amen. Nos Wencezlaus,[b] dei gratia quartus rex Bohemorum, fratribus Hospitalis Iherosolimitani[c] ad pedem pontis Prage constitutis imperpetuum.[d] Cum mortalium mortalis sit memoria et actiones humane sub tempore sollempniter[e] celebrate cum tempore minime tardant defluere et iugiter cassantur, ita quod[f] nullam efficatiam sortiuntur,[g] non immerito precavendum est, ut ea que per longevum cursum temporis possunt sequestrari et a memoria resecari, testimonio et litteris perhennentur. Ad abolenda igitur vestigia totius hesitationis noscat tam presens hominum etas quam successura in Christo posteritas, quod nos fratres prefatos et pauperes ipsorum sub protectionem nostram recipientes, ipsis forum

104. *a) ita A (loco* Straconic*). — b) ita (loco* Oprnic*) A.*

105. *a)* ‚sanctae' *et similiter etiam infra semper* ‚ae' *pro* ‚e' *simplici ponitur in C, D, E. — b)* ‚Wenceslaus' *C, D, E. — c)* ‚Hierosolymitani' *C, E. — d)* ‚in perpetuum' *C, E. — e)* ‚solenniter' *C, E. — f)* ‚ut' *C. — g)* ‚sorciantur' *C.*

apud villam Manetin, exemptum ab omni exactione, totali libertate decoratum concessimus perpetualiter celebrandum, ut cuncto timore depulso publice et audacter ipsum forum adire studeant[h] nullique iurisdictioni subiacentes plena gaudeant libertate. Concessimus eciam, quod, ne presumptio aliquorum in malum facile declinans aliquam occasionem habeat malignandi, cause, que fuerint tractande de rapina vel de furto vel de homicidio vel alio[i] maleficio, seu etiam lites pecuniarie ad Pilzn[k] vel Satez[l] seu etiam ad alias civitates non deferantur, sed per iudicem, quem iam dicti fratres in eodem loco Manetin ordinaverint,[m] terminentur; locani quoque eiusdem fori nec in predictis castris nec in aliquo loco alio preterquam coram nobis adstare[n] iudicio compellantur. Ad huius autem nostre concessionis maiorem evidentiam et perpetuam firmitatem presens scriptum cum subscriptione testium sigilli nostri robore fecimus consignari. Testes autem huius rei sunt hii: Peregrinus quondam Pragensis ecclesie episcopus, Dluhomilus[o] abbas de Breunow,[p] Eppo[q] prepositus Pragensis, Arnoldus prepositus Wisegradensis,[r] Hermannus prepositus Lutomericensis,[s] Radzlaus archidiaconus Pilznensis,[t] Sdezlaus camerarius regis de Daroua,[u] Albertus iudex cum fratre Rudolpho de Sliuen,[v] Zauise[x] subcamerarius regis de Nechanic,[y] Mstidruh cum nepote suo Ipoch[z] castellani Pragenses, Nostup castellanus de Primda,[aa] Hroznata[bb] de Podebrad, Henricus[cc] de Ostri, Bauarus[dd] de Straconic,[ee] Borruta de Redgosch,[ff] Swatobor de Prestiz,[gg] Wlicek[hh] cum duobus fratribus Henrico et Wecemilo[ii] de Zuecow,[kk] Martinus de Mircow,[ll] Gridebor de Wserub.[mm] Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXV,[nn] indictione[oo] VIII, quintodecimo kalendas aprilis. Datum aput Pragam per manum[pp] notarii Wilhemmi.

106.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio sancti Stephani in Hradiště apud Olomuc easdem libertates concedit, quas ecclesia Olomucensis habet, Venceslao I., rege Bohemiae, consentiente et Roberto, episcopo Olomucense, privilegii violatores excommunicante.

[1234 — 1235 m. martio.]

105. *h)* ‚audeant' *C.* — *i)* ‚de alio' *C.* — *k)* ‚Pilzen' *E.* — *l)* ‚Satecz' *D*; ‚Satetz' *E.* — *m)* ‚ordinârunt' *C.* — *n)* ‚astare' *E.* — *o)* ‚Dluhomillus' *C.* — *p)* ‚Brzewnow' *C;* ‚Brennow' *D;* Brzewnov' *E.* — *q)* ‚Lupo' *C.* — *r)* ‚Wischradensis' *C;* ‚Wischehradensis, *D.* — *s)* ‚Litomericensis' *C;* ‚Litomierzicensis' *E.* — *t)* ‚Pilsnensis' *D, E;* ‚Plsnensis' *C.* — *u)* ‚Dacowa' *C;* ‚Clarona' *D, E.* — *v)* ‚Sleven' *C*; ‚Stinen' *E.* — *x)* ‚Lavise' *C;* ‚Zauisse' *D*; ‚Zavisse' *E.* — *y)* ‚Nechanicz' *D, E.* — *z)* ‚Ipocho' *C.* *aa)* ‚Brunda' *C, D, E.* — *bb)* ‚Brosnata' *D.* — *cc)* ‚Hendricus' *D.* — *dd)* ‚Bavarus' *C, E.* — *ee)* Straconicz' *D, E.* — *ff)* ‚Redgosch' *C, D, E.* — *gg)* ‚Presticz' *D;* Przestic' *C;* ‚Przesticz' *E.* — *hh)* ‚Vlczek' *C;* ‚Vliczek' *E.* — *ii)* ‚Vecemilio' *C;* ‚Vecemillo' *D.* — *kk)* ‚Zvekov' *E.* — *ll)* ‚Mirow' *C;* ‚Myrow' *E.* — *mm)* ‚Bridevor de Userub' *C;* ‚Bridebor de Usserub' *E.* — *nn)* ‚mill. ducentesimo trigesimô quinto' *E.* — *oo)* ‚indictionis' *C, E.* — *pp)* ‚manus' *C, E.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A). — Apographum insertum est confirmationi Přemysli Otakari II. regis datae die 21. aug. 1270, cuius originale in tabulario min. rer. internarum Pragensi asservatur. — Apographum saec. XVII exstat in P. Michaelis Siebenaicher, Historica relatio de conditoribus... monii Gradicensis, cuius cod. ms. in tabulario terrae Brunnensi asservatur, fol. 69r—71v.

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 336, num. 292 (ad annum 1238) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 435, num. 938 (extr., etiam ad a. 1238).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 4' insignivimus, exaratum est. Idem scriba etiam chartae verba contexuit. In magna chartae parte, paucis exceptis, verba privilegii anno 1228 monasterio Velehradensi concessi (CDBoh. II, num. 321) repetuntur ibidemque nonnullae verborum iuncturae cum privilegio ecclesiae Olomucensis anno 1207 dato et verisimillime a. 1234 renovato (vid. supra num. 89) congruunt. Qui consensus haud difficile potest explicari, cum utrumque privilegium ab eodem scriba dictatum sit; etenim facile fieri potuit, ut scriba huius chartae minuta (notula) uteretur, quam in privilegio num. 89 conficiendo composuit, eiusque nonnulla enuntiata, in quibus libertates concessae accuratius exprimuntur, verbis nequaquam mutatis inde repeteret. Praeterea notandum est nonnullis chartae locis enuntiata vel eorum partes occurrere, quae cum privilegio ab eodem marchione monasterio Lucensi die 22. octobris a. 1234 dato (num. 87) et ab Hilario notario confecto congruant. Quo ex consensu colligendum esse videtur privilegium quoque nostrum iam tunc conscriptum esse, sed ex cancellaria non exiise, cum ad finem non perductum esset. Cur autem hoc defectu non obstante destinatario tandem exhibitum sit, diiudicare nequeo. Quando re vera privilegium editum sit, incertum est, cum nullam temporis indicationem contineat. Quia autem ex hoc privilegio privilegium monasterio Zabrdovicensi 28. martii 1235 datum descriptum est, veri simile est privilegium nostrum ante hunc diem destinatario non exhibitum esse, nisi forte concedas etiam autographum privilegii Zabrdovicensis, eschatocollo excepto, iam tum ingrossatum esse.

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. § Ego Premizl, dei gratia marchio Morauie, monasterio beate Marie virginis et sancti Stephani prothomartyris in Gradisch || et abbati Herlaco eiusque successoribus atque toti sacro conventui Gradiscensis ecclesie in perpetuum. Cum principalem deceat honorificentiam ex nobilitatis sibi innate benivolentia devote assisten||tibus sibi in famulatus fideli obsequio retributionis informare meritum, equum est et salutare magis ac decentius, quatinus ecclesiam dei, a quo nobis cuncta bona procedunt et universa beneficiorum || sue gratie manant dona celestia, potestate ab ipso nobis concessa protegamus et eius honori ita provideamus et paci, quatinus nobis ab ecclesia continua in presidium fluant orationum munera et pro beneficiis presentibus, sine quibus subsiste[a] non potest, que eidem inpertiti fuerimus, perpetua tribuantur vite eterne gaudiorum premia. Noverint itaque presentes et futuri sciant posteri, quoniam ad honorem dei et beate virginis Marie et sancti Stephani prothomartyris in Gradisch ecclesie hanc gratiam libertatis in perpetuum obtinendam contulimus et specialis beneficii dono investiendam

106. [a]) *ita (loco* ‚subsistere') *scribitur in A, quod scriba abbreviaturae signum superscribere neglexit.*

dignum duximus, non pecunie alicuius munere corrupti, vel nobilium nostrorum mediante rogatu, sed solius divine pietatis gratia propulsati, accedente super hoc fratris nostri inclyti regis Boemorum consensu et mera voluntate, Wencezlai nomine; videlicet ut in omnibus eam libertatem habeat Gradicensis ecclesia quam[b] ab antiquis temporibus et sub nostris se gaudet dotatam sancta Olomucensis ecclesia. Libertas autem, quam * statuimus et firmiter observandam decernimus, hec est: Omnes villas et possessiones, quas modo possidet Gradiscensis ecclesia, vel prius possedit vel * est possessura *, sive sint in Morauia, sive in Boemia, adquisitas vel adquirendas,[A] ab omni onere tributorum, vectigalium, collectarum *, quatuordecim ad principem spectancium seu ad beneficos et aliarum omnium exactionum, quocumque nomine censeantur,[B] esse absolutas volumus et presentium exhibitione liberas esse declaramus; adicientes, ut nullus successorum nostrorum principum terre per malorum vel bonorum iniqua seductus consilia ad iniuriam[c] dei et ipsius ecclesie destructionem voluntatem suam apponat, cum hoc statutum nostrum in retribucione sit omnibus aput deum. Nullus ergo pro castrorum edificatione vel reedificatione seu oppidorum forensium[C] vallatione sive muratione, vel aliqua ingruenti expeditione homines prephate Gradiscensis ecclesie audeat inquietare. Ius autem, quod datur pro capite, eis concedimus; hoc de fure statuentes, ut si deprehensus fuerit in furto in possessionibus ecclesie occulto vel manifesto et coram iuditio convictus fuerit, bona furis eiusdem remaneant ecclesie[D] integraliter, fur vero, secundum quod placuerit principi vel beneficis, puniatur vel absolvatur.[E] Illud etiam ius quod pro eo solvitur, quod dicitur swod, eis indulgemus. Quod si occurrat eis iudicium subire candentis ferri manualis, vomerum, vel aque seu duelli, et non fuerint adiuti, bona ipsorum ecclesia obtineat, ipsi autem, prout possunt, aput beneficos se expediant. Ab eo autem, quod vocatur cistothne, liberos esse concedimus pro eo, quod per deum sunt adiuti, non per hominem. Ab accusatione illa, que narok dicitur, et a pernoctationibus, que vulgo nochleg nominatur,[d F] ecclesiam iam dictam absolvimus, et ne villas eius camerarii intrent, pro quocumque negocio a castro per beneficos missi, inhibemus; volumus autem, ut per nuncios tales significetur preposito vel fratri ecclesie, qui exteriorem curam domus agunt, quatinus per illos ad iudicia citentur ipsorum homines et statuantur die prefixo per iudicem et loco determinato. Omnis autem vendicio ex celebratione iuditii surgens ad abbatem et fratres ecclesie revolvatur. Si vero contra nostrum hoc statutum in preceps agentes camerarii vel quilibet tales

106. *b) ita* (qm) *loco* ‚qua' *A.* — *c) primum* ‚iuria' *notarius perperam scripsit, sed postea sub* ‚iu' *eodem atramento* ‚i' *addidit.* — *d) ita A*

106. *A) Hoc loco dictator fultus est tenore privilegii mon. Lucensis num 87, in quo legitur* ‚acquisitis et acquirendis'. — *B) verba* ‚nomine conseantur' *privilegii Lucensis lectionem sequuntur.* — *C)* ‚oppidorum forensium' *dictator e privilegio Lucensi recepit.* — *D)* ‚remaneant ecclesie' *lectionem confirmationis privilegii Olomucensis sequitur.* — *E)* ‚fur vero secundum quod placuerit principi puniatur' *congruit cum lectione confirm. Olomucensis.* — *F)* ‚Ab accusatione — nominatur' *congruit cum privilegio Lucensi.*

nuncii villas ecclesie iniuriari volentes intraverint, quicquid eis evenerit commodi vel incommodi, habeant pro mercede. Preterea ab omnibus generaliter gravaminibus, novis, * veteribus, consuetudinariis sive noviter adinventis ecclesiam prenominatam de Gradisch liberam esse statuimus, eidem supra cetera gratie nostre donum adicientes, ut per totam terram nostram * forensia non solvant homines eius, nec theloneum ab eis vel pedagium exigatur, nisi * mercator sit, qui soluto theloneo iniuste non retardetur,[G] quod libenter in periculum anime sue thelonearii, qui obuznici vulgo dicuntur, sepius ausi sunt facere propter dominorum suorum avariciam; set utinam in manifestum nobis veniant puniendi et benefici, qui talia fieri admittunt a beneficio irrecuperabiliter manerent suspensi. Ceterum quia specificare omnia non possumus, omnem utilitatem in quatuordecim nostram sive in aliis ad nos spectantem, vel successorum nostrorum vel beneficiarios nostros a nobis infeudatos eidem remittimus, ut plena et perfecta semper ecclesia gaudeat libertate, et ut nullus ei novas conditiones contra statuta nostra audeat inponere, firmiter inhibemus. Insuper statuimus, ut quicumque nobilium * in supradicte ecclesie villis vel curiis pernoctando seu intrando extiterint iniuriosi, bannum nostrum in decem marcis auri conponant et ei dampna illata in duplum restituant;[H] vel si adeo fuerint maliciosi et insani, ut non possint eos grangie vel ville abbatis tolerare vel forte ipsum claustrum, extunc liceat hominibus et fratribus domus sine nostra offensa violenter ipsos expellere. Huius autem libertatis a nobis concesse et principali munificencia donate prefato monasterio successores nostros, videlicet heredes, quos deo largiente habebimus, tutores constituimus ac defensores; hoc sanctientes, ut huius privilegii violatores in cameram nostram successorumque nostrorum X marcas auri conponant.[I] Rogavimus etiam fratrem nostrum inclitum regem Boemorum Wencezlaum, ut prefate liberalitati nostre favorabilem ac benignum regie auctoritatis preberet assensum; quod et fecit ac sigilli sui regalis munimine nostrum muniens presens roboravit privilegium. Insuper quia concors erat voluntas et unanimis benignitas fratris mei serenissimi regis et mea sese invicem comitantes, supplicandum dignum habuimus venerabili patri nostro Roberto, Olomucensi episcopo, ut post hanc pecuniariam penam, que est inscripta, omnes[e] violatores huius nostri privilegii per nos confirmati excommunicationis vinculo innodaret et pena graviori percelleret, quod et factum est; et in signum huius facti placuit, quatinus ad nostram peticionem circa duo nostra sigilla in testimonium magis evidens sigillum suum appenderet dominus episcopus; quod et fecit. Hoc etiam, quod superius obmissum est privilegio interserere de venatoribus et caniductoribus, qui goloti nuncupantur, statuimus ne in abbacia vel villis abbacie pernoctent, sed de bona voluntate abbatis vel

106. *e)* ‚omſ' *ex* ‚qtin⁹' *correctum A.*

106. *G) In huius enuntiationis verbis* ‚ab omnibus—theloneo' *dictator tenorem privilegii Lucensis secutus est.* — *H) Enunciatio* ‚Insuper — restituant' *cum privilegii Lucensis verbis congruit.* — *I) Etiam in hac enunciatione* ‚Huius — componant' *dictator verbis privilegii Lucensis usus est.*

fratrum quicquid eis inpensum fuerit in caritate, inde ipsos contentos esse decernimus; alioquin si iniuriosos se reddiderint, sicut antea de huiusmodi predictum est, eiectione dignos esse censemus, nec eis quicquam gratie vel victualium inpendatur.[f]

Autographo appendent e filis sericis flavis, rubris, albis tria sigilla formae rotundae; 1.) *Roberti, episcopi Olomucensis, sigillum de cera viridi confectum, quod eadem forma expressum est atque illud, quod apud chartam num. 78 in Cod. dipl. Boh. II, pag. 74 describitur.* 2.) *Venceslai I. regis sigillum e cera minii coloris, sed iam valde palentis confectum, quod ex eadem forma provectum est atque illud, quod ante pag. 15 ap. chartam num. 15 descripsimus.* 3.) *Přemysli marchionis sigillum e cera communi confectum, sed iam valde attritum, quod eodem typario expressum est atque illud, quod superius pag. 37 huius libri ap. chartam num. 38 describitur.*

107.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio sanctae Mariae in Zábrdovice easdem libertates concedit, quibus monasterium in Velehrad dotatum est, Venceslao I., rege Bohemiae, consentiente et Roberto, episcopo Olomucense, privilegii violatores excommunicante.

Brunnae 1235 martii 28.

Exstant duo autographa in membrana scripta, quorum unum in tabulario terrae Moraviae Brunnae (A^1), alterum in tabulario ministerii ab internis Pragae (A^2) asservatur. — Apographum saec. XVII legitur in cod. ms. Annalium Zabrdovicensium, qui in tabulario terrae Brunnensi asservatur (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 295, num. 262 (minus correcte ex A^2 additis reliquis alterius exemplaris testibus ex B). — Erben, Reg. Boh. I, pag. 412 num. 873 (fragm. ex A^2).

Utrumque autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 3' insignivimus, scriptum est. (De quo scriba vide prooemium chartae num. 113). Exceptis testium nominibus et temporis indicatione chartae huius tenor cum charta monasterio in Hradiště data (num. 106) ad verbum adeo congruit, ut dubitari non possit, quin altera alteri exemplar ad imitandum propositum praebuerit. Cum autem scriba, qui chartae num. 106 autographum exaravit, etiam eius tenoris auctor sit manifestus, sine ulla dubitatione chartam nostram non exemplaris vice functam esse censemus, sed a scriba, quem ‚Přemysl 3' appellavimus, hoc modo esse transscriptam, quod chartae num. 106 verba omnia, solo destinatarii nomine mutato, eodem ordine repeterentur. Notandum est chartae autographo A^1 testes et notam temporis non uno eodemque tempore cum anteriori privilegii parte inscriptos esse. Cum enim totum privilegii eschatocollum alio atramento scriptum sit, hanc privilegii partem aliquantum post suppletam esse verisimilis est coniectura. Quibus omnibus accuratius consideratis, concedendum est chartae utrumque autographum (eschatocollo excepto) eodem fere tempore atque autographum privilegii monasterio in Hradiště dati ingrossatum esse, quod mense octobre exeunte a. 1234 factum esse in prooemio chartae num. 106 explica-

---

106. *f) Charta non est absoluta, sequuntur enim quinque lineae hoc consilio vacuae relictae, ut eis nomina testium et nota temporis suppleantur, quod autem postea intermissum est A.*

vimus. — Notandum est correcturas alio atramento pallido in originali A^2 adscriptas (v. notas y, cc, ll, uu) certissime manu Hylarii, notarii marchionis, confectas. Quae res magni momenti est, si quaerimus, quo officio usa sit persona, per cuius manus chartae datae sint. Etenim hac ex re cognoscitur datarium, cui charta per alium scribam confecta extradenda commissa est, chartam relegisse, antequam destinatario traderetur.

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. § Ego Premizl, dei gratia marchio Morauię [a] monasterio beatę[b] Marię virginis in Zaburdowiz et abbati Cůnrado eiusque [c] successoribus atque toti sacro conventui Zaburdowicensis ęcclesię in perpetuum. ‖ Cum principalem deceat honorificentiam, ex nobilitatis sibi innate benivolentia[d] devote assistentibus sibi in famulatus fideli obsequio retributionis informare meritum: equum est et salutare magis ac decentius, quatinus ęcclesiam dei, a quo nobis cuncta bona[e] procedunt, ‖ et universa beneficiorum suę gratię manant dona celestia, potestate nobis ab ipso concessa protegamus, et eius honori ita provideamus et paci, quatinus nobis ab ęcclesia[f] continua in presidium fluant orationum munera, et pro beneficiis presentibus, sine quibus[g] subsistere non potest, quę ‖ eidem inpertiti fuerimus, perpetua tribuantur vitę ęternę gaudiorum premia. Noverint itaque presentes et futuri sciant posteri, quoniam ad honorem dei et beatę[b] virginis Marię in Zaburdowiz ęcclesię hanc gratiam libertatis in perpetuum obtinendam contulimus, et specialis beneficii dono[h] investiendam dignum duximus, non pecunie alicuius munere corrupti, vel nobilium nostrorum mediante rogatu, sed solius divine pietatis gratia propulsati, accedente super hoc fratris nostri incliti regis Boemorum[i] consensu et mera voluntate, Wencezlai[k] nomine, videlicet, ut in omnibus eam libertatem habeat Zaburdowicensis ęcclesia, qua * se gaudet dotata Welehradensis ęcclesia. Libertas autem, quam statuimus, et firmiter observandam d e c r e v i m u s, hec est: Omnes villas et possessiones, quas modo possidet Zabirdowicensis[l] ęcclesia, vel prius possedit, vel est possessura, sive sint in Morawia, sive in Boemia, a d q u i r e n d a s vel a d q u i s i t a s,[m] ab omni onere tributorum, vectigalium, collectarum, quatuordecim [n] ad principem spectantium, seu ad beneficiarios, et aliarum omnium exactionum, quocumque nomine censeantur, esse absolutas volumus et presentium exhibitione liberas esse declaramus;[o] adicientes, ut nullus successorum nostrorum principum terrę per malorum vel bonorum iniqua seductus consilia ad iniuriam dei et ipsius ęcclesię destructionem voluntatem suam apponat, cum hoc statutum nostrum in retributionem sit omnibus apud deum. Nullus ergo[p] pro castrorum ędificatione vel reedificatione[q] seu oppidorum forensium vallatione sive muratione vel aliqua ingruenti expeditione homines prefate Zaburdowicensis ęcclesię audeat inquietare. Jus autem, quod datur pro[r] capite, eis concedimus, hoc de fure statuentes, ut si deprehensus fuerit in furto in possessionibus ęcclesię occulto vel manifesto, et coram iudicio convictus fuerit, bona furis eiusdem remaneant ęcclesię inte-

107. *a)* ‚Moravię' *A^2.* — *b)* ‚beate' *A^2.* — *c)* ‚eiusq' *ex* ‚eid' *correctum A^2.* — *d) ex* ‚benivolentie' *eodem atramento statim corr. A^2.* — *e) ex* ‚nobis' *corr.;* ‚na' *in loco raso eodem atramento scr. A^1.* — *f)* ‚ecłia' *ex* ‚eccia' *corr. A^2.* — *g) primum scriba* ‚qub' *posuit, sed postea altera* ‚b' *posita,* ‚i' *corrigere neglexit A^2.* — *h) ex* ‚dona' *corr. A^2.* — *i) ex* ‚Boemie' *eodem atramento corr. A^1.* — *k)* ‚Wencezlay' *A^2.* — *l)* ‚Zaburdovicensis' *A^2.* — *m)* ‚adquirandas vel acquisitas' *A^2.* — *n)* ‚quatuordecim denariorum' *A^2.* — *o)* ‚declaramus' *omissum in A^2.* — *p)* ‚ergo' (g) *alio atramento minori littera eadem manus superscripsit A^2.* — *q)* ‚reędificoe' *A^2.* — *r)* ‚p' *ex* ‚d' *radendo corr. A^1;* ‚de' *A^2.*

graliter; fur vero[s] secundum quod placuerit principi vel beneficis,[t] puniatur vel absolvatur. Illud etiam ius, quod pro eo solvitur, quod dicitur zwod,[u] eis indulgemus. Quodsi occurrat eis, iudicium subire candentis ferri manualis, vomerum vel aquę seu duelli, et non fuerint adiuti, bona ipsorum ęcclesia obtineat, ipsi autem, prout possunt, apud beneficiarios se expediant; ab eo autem, quod vocatur schiztotne, liberos esse concedimus pro eo, quod per deum sunt adiuti, non per hominem. Ab accusatione illa, quod narok dicitur, et a pernoctationibus, quod vulgo nozceleh nominatur, ęcclesiam iam dictam absolvimus, et ne villas eius camerarii intrent, pro quocumque negotio[v] a castro[x] per[y] beneficiarios missi, inhibemus. Volumus autem, ut per nuntios[z] tales significetur preposito vel fratri ęcclesię, qui exteriorem curam domus agunt, quatinus per illos[aa] ad iudicia citentur ipsorum homines et statuantur die prefixo per iudicem et loco determinato. Omnis autem venditio ex celebratione iudicii[bb] surgens ad abbatem et fratres ęcclesię revolvatur. Si vero contra nostrum hoc statutum in preceps agentes camerarii vel quilibet tales nuntii villas ęcclesię iniuriari volentes intraverint, quicquid eis evenerit commodi vel incommodi,[cc] habeant pro mercede. Preterea ab omnibus generaliter gravaminibus novis, veteribus, consuetudinariis,[dd] sive noviter adinvenientis[ee] ęcclesiam prenominatam de Zaburdowiz liberam esse statuimus, eidem[ff] supra cetera gratię nostrę donum adicientes, ut per totam terram nostram forensia non solvant homines * et non theloneum ab eis vel pedagium exigatur, nisi mercator sit, qui[gg] soluto theloneo iniuste non retardetur,[hh] quod libenter[ii] in periculum animę suę thelonarii,[jj] qui obuznici vulgo dicuntur, sepius ausi sunt facere propter dominorum suorum avariciam. Sed utinam in manifestum nobis veniant puniendi, et benefici, qui talia fieri admittunt, a beneficio inrecuperabiliter manerent suspensi. Ceterum quia specificare omnia non possumus, omnem utilitatem in quatuordecim nostram sive in aliis ad nos spectantem, vel successorum nostrorum vel beneficiarios nostros a nobis infeudatos, eidem remittimus, ut plena et perfecta semper ecclesia[kk] gaudeat libertate, et ut nullus ei novas conditiones contra statuta nostra audeat inponere, firmiter inhibemus. Insuper statuimus, ut, quicumque nobilium * in supradicte ęcclesię villis vel curiis pernoctando seu intrando extiterint[ll] iniuriosi, bannum nostrum in decem marcis auri componant, et ei dampna illata in duplum[mm] restituant; vel si adeo fuerint maliciosi et insani, ut non possint eos[nn] grangie vel ville abbatis tollerare vel forte ipsum[oo] claustrum, extunc liceat hominibus et fratribus domus sine nostra offensa violenter ipsos expellere. Huius autem libertatis a nobis concesse, et principali munificentia donate, prefato monasterio[pp] successores nostros, videlicet heredes, quos deo largiente habebimus, tutores constituimus ac defensores; hoc sancci-

---

107. *s)* ,vero' *omittitur in A²*. — *t)* ,cis' *ex* ,cîis' *radendo corr. A¹*. — *u)* ,zvod' *A²*. — *v)* ,negocio' *A²*. — *x)* ,vel' *additur hoc loco in A²*. — *y)* ,per' (p) *alio atramento magis pallido inter* ,vel' *et* ,beneficiarios' *fortasse alia manus addidit A²*. — *z)* ,nuncios' *A²*. — *aa) sequitur* ,ad' *in fine lineae cancellatum, quod scriba in initio lineae sequentis idem verbum iterum posuit A²*. — *bb)* ,iudicis', *sed eodem atramento corr. A²*. — *cc)* ,ĩɔmodi', *sed supra* ɔ *titulus* ꝸ *alio atramento pallido additur A²*. — *dd)* ,di' *ex* ,da' *corr. A²*. — *ee) ita (loco* adinveniendis*) A¹ et A²*. — *ff)* ,ei⁹dem' *A²*. — *gg)* ,quibus' (q̊b;) *A²*. — *hh)* ,reſt', *sed* ,ſ' *erasa A¹;* ,re' *postea superscriptum A²*. — *ii)* ,lib' *in loco raso ex* ,in' *eodem atramento statim inter scribendum corr. A¹*. — *jj) ita A¹, A²*. — *kk)* ,ęcclesia' *A²*. — *ll)* ,exstiterit' *A², sed postea alio atramento pallido titula supra* ,ri' *addita*. — *mm)* ,dublum' *A²*. — *nn)* ,nos' *scribae incuria A²*. — *oo)* ,ipsum' *omittitur in A²*. — *pp)* ,a' *ex* ,e' *eodem atramento corr. A²*.

entes,[qq] ut huius privilegii violatores in cameram nostram successorumque nostrorum decem marcas auri componant.[rr] Rogavimus etiam fratrem nostrum inclitum regem Boemorum[ss] Wencezlaum, ut prefate[tt] libertati nostrę favorabilem ac benignum regie auctoritatis preberet assensum; quod et fecit ac sigilli sui regalis munimine nostrum muniens presens roboravit privilegium. Insuper quia concors erat voluntas, et[uu] unanimis benignitas fratris mei serenissimi regis et mea, sese invicem comitantes, supplicandum dignum habuimus venerabili patri nostro Růberto,[vv] Olomucensi episcopo, ut post hanc pecuniariam penam, quę est inscripta, omnes violatores huius nostri privilegii, per nos confirmati, excommunicationis vinculo innodaret, et pena graviori percelleret, quod et factum est; et in signum huius facti placuit, quatinus ad nostram peticionem circa duo nostra sigilla in testimonium maius evidens sigillum suum appenderet dominus episcopus; quod et fecit. Hoc etiam, quod superius obmissum est privilegio interserere de venatoribus et caniductoribus, qui holothi nuncupantur, statuimus, ne in abbatia vel villis abbatię pernoctent, sed de bona voluntate abbatis vel fratrum, quicquid eis inpensum fuerit in caritate, inde ipsos contentos esse d e c r e v i m u s; alioquin si iniuriosos se reddiderint, sicut antea de huiusmodi predictum est, eiectione dignos esse censemus, nec eis quicquam gratie vel victualium inpendatur[xx] Huius rei testes sunt: V̊lricus[yy] dux Karintię,[zz] Arnoldus comes de Hukenswake,[a] Wocco castellanus Olomucensis, Zemizlaus camerarius, Prebor[b] iudex, Zlawata, Bohuzlaus filius Protiwen,[c] abbas Gerlacus de Gradis, Onso, Bludo, Uictor[d] filii Bludonis, Bludo filius Onsonis, Lambertus, Swiebor, Wzdebor, Mileta, iudex de Oppavia,[f] Zwiersche, Beneda de Grex, Woina frater eius, Purcardus notarius Oppaviensis,[g] Milisch, Idik frater ipsius, Wlschek Olomucenses, Theodricus prepositus Olomucensis, Wilhelmus decanus, Radozlaus archidiaconus, Moyses archidiaconus, Esau archidiaconus, Nykolaus archidiaconus, Gerhardus cononicus,[h] Bartholomeus, Alexius, canonici Olomucenses, Ratiborius castellanus Brunnenses,[i] Artlebus, Jenzo, filii eius, Zwezlaus camerarius Brunnensis, Woco subcamerarius, Jacobus iudex, Albertus de Medlov, Stephanus, Imerammus fra-

et alii quam plures in provincia Brunnensi et Znoymensi[e].

107. *qq)* ‚sanctientes' *A2*. — *rr)* ‚ꝯponant' *A1, A2*. — *ss)* ‚Boem̄' *A1 A2*. — *tt) ex* ‚prefati' *corr. A2*. — *uu)* ꝛ (et) *alio atramento magis pallido scriba ‚Přemysl 2' (i e. Hilarius notarius) addidit A2*. — *vv)* ‚Růperto' *A2*. — *xx) Quae subsequuntur usque ad finem* (kal. aprilis), *eadem quidem manu, sed a l i o a t r a m e n t o magis distincto scripta sunt A1*. — *yy)* ‚Vlricus' *A2*. — *zz)* ‚Carintie' *A2*. — *a)* ‚Hukenswage' *A2*. — *b) ita A1;* ‚Predbor' *A2*. — *c)* ‚Protiwe' *A2*. — *d)* ‚Victor' *A2*. — *e) Post hoc nomen exstant quinque lineae vacuae relictae in A2*. — *f)* ‚Oppav' *A1*. — *g)* ‚Opp' *A1*. — *h) ita scribae incuria A1*. — *i) ita A1*.

tres ipsius, Rubinus villicus in Brunna, Pribislaus de Malomeriz,[j] Rim, Cirh, Schaztolov frater ipsius,[k] Pribizlaus, Dirsizlaus filii Pircos, Bohuzlaus de Sidiniz, Hostizlaus de Sebetin, Lupoldus castellanus de Meidburg, Bocsco marsalcus, Nikul frater ipsius, Gerhardus pater eorum, Nagrad de Orechov, Welen, Leo filius eius, Predbor de Diuiz, Pribizlaus, Zwiezlaus, Diva filii eius, Leo de Boleradiz, Birnenses,[l] Wilhelmus purgravius, Artliebus, Vierso camerarius, Hrut Znoymenses, Wirchozlaus camerarius domine marchionisse. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo C̊CXX̊XV̊, indictione VIII Datum per manus Hylarii notarii in Brunna V̊ kalendas aprilis

Acta sunt hęc anno dominice incarnationis M̊CCXXXV, indictione VIII. Datum per manus Hylarii notarii in Brunna V̊ kalendas aprilis.

Autographo A1 appendebant e filis sericis flavis et rubris tria sigilla, quorum tantum primum integrum superest. Quod quidem Roberti episcopi sigillum eadem forma expressum est atque illud, quod in Cod. dipl. Boh. II apud chartam num. 78 describitur. Secundum erat Venceslai I. regis sigillum, quod iam avulsum et deperditum est. Tertium cuius fragmentum restat, est Přemysli marchionis sigillum idem atque illud, quod superius pag. 37 apud chartam num. 38 describitur.

Autographo A2 appendent e filis sericis coloris glauci duo sigilla e cera communi confecta: 1.) *Sigillum Přemysli marchionis (eadem forma confectum atque illud apud chartam num. 38), sed iam valde attritum.* 2.) *Sigillum ecclesiae Olomucensis, eadem forma expressum atque secundum sigillum, quod in Cod. dipl. Boh. II, pag. 74 apud chartam num. 78 describitur.*

108

Venceslaus I., rex Bohemiae, villam Mlékojedy, quam nutrix eius nomine Nětka (Agnes) longo tempore tenuit, monasterio in Milevsko vendit et donat.

In Sadská 1235 maii 7.

Autographum in membrana scriptum in tabulario principum de Schwarzenberg in castro Vorlik asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 413, num. 874 (fragm.).

107. *j) Scriba primum perperam* ‚Medlou' *scripsit, sed errore suo statim cognito, ex* ‚e' *litteram* a' *correxit et* d *puncto subposito delevit A1. — k) ex* ‚ipsorum' *statim in loco raso corr. A1. — l) ita A1* (=Brunnenses).

Autographum exaravit scriba, quem ‚Venceslaus 16' appellamus. Scribam e numero eorum fuisse, qui in cancellaria regia officio fungebantur, ex eo cognosci potest, quod eadem manu scripta sunt etiam aliarum Venceslai regis chartarum autographa, quae aliis destinatariis datae sunt. (Vid. in prooemio chartae die 30. iunii a. 1240 monasterio in Oslavany datae) — Stili proprietatibus chartarum num. 32, 62, 105, 124 consideratis, dubitari non potest, quin notarius Vilhelmus chartam nostram dictaverit.

‖ In nomine Domini amen. ‖ Nos Wencezlaus, dei gracia quartus ‖ rex Boemorum, claustro in Milewzk et omnibus degentibus in eo in perpetuum. Ad resecandum ‖ tocius ambiguitatis scrupulum noscat tam presens hominum etas quam in Christo successura po‖steritas, quod nos hereditatem totalem, quam nutrix nostra nomine Nethca longo tempore tenuit in villa Mlecoged, domui in Milewzk et fratribus ibidem deo militantibus tempore urentis necessitatis pro XXX[ta] marcis argenti vendidimus et non solum ratione pecunie prescripte, set pocius intuitu divine reconpensationis eisdem perpetualiter contulimus possidendam. In cuius rei evidenciam et perpetuam firmitatem, ne in posterum aliqua calumpnia super ipsa vendicione, immo eciam donacione possit suboriri, sigilli nostri caractere cum subscriptione testium iussimus insigniri. Testes autem huius rei sunt hii: Miztidruh prefectus Pragensis, Henricus burgravius de Budisin, Zauise subcamerarius, Budiuoy et Witco fratres filii Zauise, Ypoch cum fratre suo Woyzlao, Bohuzlaus cum fratre Newhlaz filii Radim, Zobehird filius Chirnini, Mracota de Hlumec, Rinardus cum fratre Johanne, Pitrolpus subcamerarius, Andreas servus Prozine, Dobremilus, Sdizlaus et Bohuzlaus capellani et alii quam plures. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis M[o]C[o]CXX[o]XV, VIII[e] indictionis, VII[o] nonas maii. Datum per manum notarii Wilhalmi apud Sacezka.

Autographo appendet e filis sericis coloris rubri et albi fragmentum sigilli Venceslai I. regis, quod e cera naturali confectum est eadem forma atque sigillum, quod apud chartam num. 15 describitur (vid. supra pag. 15).

109.

Gregorius IX. papa Eccardo, episcopo Merseburgensi, mandat, ut de census ecclesiae Romanae ab ecclesia sancti Petri in Vyšehrad debiti summa et de monetae bohemicae tempore census impositi valore quaerat.

Perusii 1235 maii 17.

Apographum insertum est litteris Eccardi, episcopi Merseburgensis, mense iulio aut augusto eiusdem anni scriptis, quarum autographum in tabulario capituli metropol. Pragensis asservatur (v. num. 121).

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Venerabili fratri . .[1] episcopo

109. 1) *Ekkardo.*

Merseburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius magister Philippus de Assisio, scriptor noster, tunc in partibus illis apostolice sedis nuntius,[2] . . [3] preposito et capitulo ecclesie sancti Petri Wissegradensis, Pragensis diocesis, censum ab eis ecclesie Romane debitum, scilicet duodecim marcas argenti, sicut liber noster continet censualis,[4] pro annis singulis, pro quibus solutus non fuerat, postularet, quia idem scriptor in eorum privilegio,[5] sicut asserit, contineri perspexit, quod eadem ecclesia duodecim marcarum bohemice monete annuum censum debet, quas non nisi quinque in pondere boni argenti iidem prepositus et capitulum asserunt tempore indulti privilegii valuisse: nos ius nostrum sic prosequi cupientes, ut dicta ecclesia contra iusticiam non gravetur, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus inspecto privilegio ante dicto, si censum in ipso duodecim marcarum illius monete inveneris contineri, testes, quos super eo, quod tunc temporis moneta valuit ante dicta, coram te produxerint prepositus et capitulum memorati, et alias probationes recipiens, eorundem testium depositiones et probationes easdem nobis sub sigillo tuo, eis tamen ad cautelam apud te nichilominus reservatis, quantocius destinare procures,[6] prefigens illis terminum conpetentem, infra quem per sufficientem procuratorem conpareant coram nobis, satisfacturi de censu ipso, sicut dictaverit ordo iuris. Datum Perusii XVI kalendas iunii, pontificatus nostri anno nono.

110

Gregorius IX. papa concedit Agneti, abbatissae monasterii sancti Francisci Pragensis, eiusque sororibus inclusis hospitale sancti Francisci, coenobio earum vicinum et ab abbatissa praedicta in fundo Romanae ecclesiae constructum, idemque statuit, ut hospitale ab ipso monasterio numquam separetur.

Perusii 1235 maii 18.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine V., quod in tabulario secreto Vaticano asservatur, fol. 55r, lib. IX, ep. 161 (R).

Wadding, Annal. Minorum II, pag. 625, num. 35. — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag. 156, num. 165. — Fejér, Cod. dipl. Hung. VII, 1, pag. 254. — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 127 (reg.). — Erben, Reg. Boh. I, pag. 414, num. 875 (fragm.). — Potthast, Reg. 9914. — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t. II, col. 125, num. 2694 (reg.).

---

109. 2) *Gregorius IX. papa iam litteris die 10. ianuarii 1233 datis magistro Philippo de Assisio censum apostolicae sedi et vicesimam Terrae sanctae in Alemannia debita colligenda commisit; v. Potthast, Reg. pontif. num 9069.* — 3) *Arnoldo.* — 4) *In Cencii camerarii „Libro censuum" de censu isto legitur:* ‚In episcopatu Pragensi ecclesia sancti Petri in Wissegrad XII marcas argenti annuatim'; *vid. Fabre, Le Liber censuum de l'église Romaine, pag. 154.* — 5) *ab Lucio II. papa a. 1144 apr. 11 concesso; v Cod. dipl. Boh. I, num. 136.* — 6) *De mandati apostolici executione vid. infra litteras num. 121 et 162 die 22. iun. 1237 datas.*

Agneti, abbatisse monasterii sancti Francisci Pragensis, eiusque sororibus inclusis.[a] Cum relicta seculi vanitate fragilitatem vestram in stabilitatem perpetuam voluntarie convertentes, spretis mundanis illecebris, iter perfectionis et religiose vite propositum providentia sitis divine pietatis ingresse ac pauperes eligentes pauperem sequi Christum, in supprema paupertate desideretis Domino famulari: nos pium et sanctum vestrum propositum, inspiratum vobis divinitus, dignis in Domino laudibus extollentes ac prosequentes actionibus gratiarum, vestris supplicationibus inclinati, hospitale sancti Francisci iuxta monasterium vestrum situm, quod tu filia abbatissa in fundo Romane ecclesie construxisti, cum pertinentiis suis eidem monasterio perpetuo duximus concedendum; nichilominus statuentes, ut idem hospitale cum omnibus bonis suis a monasterio ipso nullo modo vel ingenio valeat separari, set proventus possessionum illius usibus vestris et earum, que successerint vobis, cedant; auctoritate sedis apostolice semper salva. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam[b] nostre constitutionis et concessionis <etc.>[c] Si quis autem <etc.>[c] Datum Perusii XV kalendas iunii, anno nono.

111.

Gregorius IX. papa rectori et fratribus hospitalis sancti Francisci Pragae villas et possessiones, a Constantia, regina Bohemiae, donatas confirmat, cuius donationis chartam totidem verbis repetit.

Perusii 1235 maii 18.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine V, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVIII) asservatur, fol. 31v, lib. IX, ep. 89 (R).

Wadding, Annal. Minor. II, pag. 624, num. 34 — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag 158, num. 167 — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 128 (reg.), — Fejér, Cod. dipl. Hung. VII, 1, 253, — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 299, num. 263, — Erben, Reg. Boh. I, pag. 414, num. 876 (fragm.) — Potthast, Reg. 9913 — Auvray, Reg. de Grég IX, t. II, col. 69, num. 2597 (reg.).

Litterae ab eodem dictatore verbis contextae sunt atque proxime sequentes (num. 112).

Gregorius, episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis .. rectori et fratribus hospitalis sancti Francisci Pragensis salutem et apostolicam benedictionem.[a] Filius summi regis, qui habet in suis manibus corda regum karissime in Christo filie nostre Constantie, illustri regine Boemie, inspiravit, ut prudenter attendens et[b] humiliter recognoscens, quod etsi dives in omnibus Dominus, non nisi pro nobis egeat bonis nostris, acceptum tamen est ei, ut creatura non solum sua, set etiam semet ipsam impendat beneplacito creatoris, ut de perceptis beneficiis gratias exhibens,

110. *a)* ‚Eisdem' *R; superscriptionem supplevi ex ep. 160 (v. num. 118).* — *b)* omnino — paginam' *omittuntur in R.* — *c) Reliquam formae partem quaeras in charta num. 112.*

111. *a)* ‚Eisdem' R; *superscriptionem supplevi tum ex ep. 88, tum etiam ex autographo chartae proximae (num. 112).* — *b) loco* et attendens — celestibus' *in R legitur;* etc ut supra, usque: felici comercio commutaret'; *supplevi ex ep. 88.*

potiora percipere mereatur, secus agentibus reputatis ingratis, quorum spes evanescit velut spuma gracilis, que deicitur a procella, illi voluit dare quedam, qui sibi contulit universa, ut pro transitoriis reciperet sine fine mansura et terrena pro celestibus[b] felici commercio[c] commutaret. Sicut enim eiusdem regine littere nobis exhibite continebant, ipsa pro anime sue remedio possessiones et res alias, quas emit a .. magistro et fratribus hospitalis sancte Marie Teotonicorum, hospitali vestro, quod dilecta in Christo filia Agnes virgo, nata regine predicte, ad honorem beati Francisci construxerat, quodque ad Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante, liberalitate pia et liberali contulit pietate, prout in eiusdem litteris expressius et plenius continetur. Quare fuit ex[d] parte vestra nobis humiliter supplicatum, ut donationem huiusmodi apostolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur vestris supplicationibus benignum impertientes assensum, donationem eandem, sicut pie ac provide facta est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum presentibus de verbo ad verbum inseri facientes [d] Qui talis est: Constantia, dei gratia Boemorum regina, omnibus Christi fidelibus etc.[1] Nulli ergo [e] nostre confirmationis <etc.> Datum Perusii XV kalendas iunii, anno nono.

112.

Gregorius IX. papa rectori et fratribus hospitalis sancti Francisci Pragensis villae Rakšice donationem a Přemyslo, marchione Moraviae, factam confirmat, cuius donationis chartam totidem verbis repetit.

Perusii 1235 maii 28.

Autographum in membrana scriptum in tabulario ord. Crucigerorum cum stella rubea Pragae asservatur (A). — Apographum eiusdem temporis exstat in Gregorii IX. regestorum vol. V (inter registra Vatic. tom. XVIII) fol. 30v—31v, lib. IX, ep. 88 (R).

Wadding, Ann. Minor. II, pag. 622, num. 34. — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag. 156, num. 166. — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 301, num. 265. — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 129 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 414, num. 878 (fragm.) — Potthast. Reg. 9926 (et 9907 cum nota temporis corrupta!) — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t II, col. 69, num. 2595.

In autographi sinistro angulo superiore manus quaedam cancellariae apostolicae atramento magis distincto adnotavit: ℞ *(id est:* Recipe?*)... In medio margine superiore alia cancellariae apost. adnotatio scripta est, cuius haec tantum verba adhuc discerni possunt:* ostend(it) litt(er)as ... cor. — *Etiam in dextro angulo superiore adnotatio quaedam can-*

---

111. *c)* ‚comercio' *R.* — *d) pro* ‚ex parte — facientes' *in R legitur:* ‚etc. ut supra, usque : Qui talis est'; *supplevi ex ep. 88.* — *e)* ‚omnino hominum liceat hanc paginam' *hic omissum esse ex litteris confirmationis proxime sequentis apparet. Ibidem etiam reliquam formulae partem queras.*

1) *Sequuntur litterae donationis Constantiae, reginae Bohemiae, datae Brunnae 1235 febr. 12 totidem verbis transscriptae; v. num. 103.*

cellariae posita est: ħe ⸗ *aut* MO ⸗. — *In autographi dorso sub margine medio superiore haec registratoris nota conspicitur:* R̷, *cui litterae* ſcpt *innexae sunt. — Ceterum etiam in membranae replicatae parte inferiore ad dextram adnotationes quaedam scriptae erant, quae iam legi non possunt, cum incausti valde pallidi ductus in membranae colore griseo vix discernantur. Cuius adnotationis has litteras solum cognovi:* P g*(?)* Premihl .... *(In sinistra membranae replicatae parte scribitur:* Priuilegium domini pape super villa Rakcisce; *quam adnotationem scriba quidam destinatarii ipsius exaravit). — Litterae ab eodem notario atque proxime praecedentes (num. 111) dictatae sunt.*

⁝ Gregorius, ⁝[a] episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis[b].. rectori et fratribus hospitalis sancti ⁝ Francisci ⁝[c] Pragensis[d] salutem et apostolicam benedictionem.[e] Filius ‖ summi regis, qui habet in suis manibus corda regum, dilecto[f] filio nobili viro Premihl[g] marchioni Morauie, nato clare memorie..[1] regis Boemie, inspiravit, quod prudenter attendens ‖ et humiliter recognoscens, quod etsi dives in omnibus Dominus, non nisi pro nobis egeat bonis nostris, acceptum tamen est ei, ut creatura non solum sua, sed etiam semet ipsam impendat beneplacito creatoris, ut ‖ de perceptis beneficiis gratias exhibens, potiora percipere mereatur, secus agentibus reputatis ingratis, quorum spes evanescit, velut spuma gracilis, que deicitur a procella, illi voluit dare quedam, qui sibi contulit universa, ut pro transitoriis reciperet sine fine mansura et terrena pro celestibus felici commercio[h] permutaret. Sicut enim ipsius marchionis exhibite nobis littere continebant, idem ad petitionem dilecte in Christo filie Agnetis virginis, sororis sue, de assensu karissimi in Christo filii nostri W.[2] illustris regis Boemie, fratris sui, villam, que dicitur Rakschice, in suo marchionatu sitam, cum pratis, pascuis, silvis agris, aquis et omnibus pertinentiis suis hospitali vestro sancti Francisci, quod ad Romanam ecclesiam nullo pertinet mediante,[i] liberalitate pia et liberali[j] contulit pietate, prout in predictis litteris[k] expressius et plenius continetur. Quare fuit ex parte vestra nobis humiliter supplicatum, ut donationem huiusmodi apostolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur vestris supplicationibus benignum impertientes assensum, donationem eandem, sicut pie ac provide facta est, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, tenorem litterarum ipsarum presentibus de verbo ad verbum inseri facientes, qui talis est: In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Ego Premihl,[g] dei gratia marchio Morauie, etc.[3] Nulli ergo

112. *a)* ‚Gregorius' *litteris maiusculis ornatis scriptum A. — b)* ‚Gregorius — filiis' *omittitur in R. — c)* ‚Francisci' *litteris maiusculis ornatis scriptum A. — d)* ‚.. rectori — Pragensis' *colore rubro scriptum in R. — e)* ‚sal. — benedictionem' *omittitur in R. — f)* ⁻⁻to *scriptum in loco raso, ubi antea* Premi *positum erat, A. — g) ita A et R. — h)* ‚comercio' *R. — i)* ‚mediante pertinet', *sed postea signis superscriptis corr. in R. — j)* ‚libera' *scribae incuria R. — k) Sequitur locus rasus, in quo fortasse* ‚suis' *positum erat.*

1) *Přemysli Otakari I.* — 2) *Venceslai I.* — 3) *Sequitur charta donationis Přemysli, marchionis Moraviae, data Pragae 1234 oct. 2 totidem verbis transscripta, quam iam ante pag. 91 sq. num. 85 dedimus.*

omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis[l] infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem[m] hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Perusii V kalendas[n] iunii, pontificatus nostri anno nono.

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubris Gregorii IX. papae bulla plumbea eodem typario expressa atque illa, cuius simulacrum dedit Diekamp in Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch. III, tab. paginae 626 adnexa num. 5 et 34.

113.

Přemysl, marchio Moraviae, donat monasterio in Tišnov villam Lomnice cum omnibus libertatibus prius per privilegium suum eidem monasterio concessis, Venceslao I., rege Bohemiae, consentiente et Roberto, episcopo Olomucense, auctoritate ecclesiastica confirmante.

Brunnae 1235 iunii 6.

Autographum in membrana scriptum in tabulario ministerii rerum internarum Pragae asservatur (A.)

Sommersberg, Script. rer. Silesiac. I, pag. 923. — Dobner, Monum. hist. Bohem. IV, pag. 260, num. 62 (reg.) — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 302, num. 266. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 415, num. 879 (frgm.).

Autographum exaravit scriba, quem nota ‚Přemysl 3' insignivimus; quem quidem scribam e numero illorum fuisse, qui in cancellaria marchionis officio fungebantur, ex eo cognosci potest, quod manu eius etiam nonnullae eiusdem marchionis chartae aliis destinatariis datae (v. num. 77, 90, 96, 107) exaratae sunt. — Corroborationis forma nonnullaeque stili proprietates, quae in chartis num. 105, 108, 124 aliisque occurrunt, chartam a Vilhelmo, notario Venceslai I. regis, dictatam esse demonstrant. Cum de donatione facienda tractaretur, abbatissa privilegium monasterii sui a Přemyslo marchione die 31. oct. a. 1234 concessum produxit, quo Vilhelmus notarius in charta componenda exemplaris vice usus est. Etenim ex arenga privilegii illius, ad cuius exemplum suam finxit, nonnulla verba recepit, quae postea in suum scribendi genus transtulit.

☩ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. ☩ Ego Premizl, dei gratia marchio Moravię, abbatisse et sororibus Cisterciensium ordinis in Tusnovi-|| ce constitutis et earum successitribus[a] in perpetuum. Consuevit maiorum nostrorum prudens antiquitas litteris mandare ea, quę voluit memorię firmitatem obtinere, ne labili oblivione || absorberetur, quod voluit stabiliter durare. Hinc est, quod volumus constare tam presentibus quam futuris nos quandam villam, Lomnice nomine, cum omnibus appendiciis suis, || pratis, silvis, aquis, piscationibus, venationibus et omnibus aliis, quocumque modo nominentur, claustro in Tusnovice contulisse, omni excepta conditione et tali modo, ut illa villa omni gaudeat libertate, quę in ipsius ęcclesię privilegiis continetur ab

112. l) ‚Nulli ergo nostre confirmationis etc.' *R.* — m) ‚Si quis autem etc' *R.* — n) *ita A et R; Potthast num 9907 libri IX. ep 89 (v. ante num 111) data seductus perperam scribit:* XV kal.
113. a) *ita (loco* ‚successitricibus'*) scribae incuria A.*

illustris fratris, nostri Wencezlay, regis Boemię, benignitate et nostra liberalitate concessis et venerabilis patris nostri Ruberti, Olomucensis episcopi, auctoritate confirmatis.[1] Illustris autem mater nostra, sicut domina pia et benigna, considerans in aliquibus rebus defectum nostrum, dedit nobis centum marcas argenti, ne ipsa videretur nobis esse gravis et onerosa, et ne possimus ei inputare, quod nostri marchionatus minueret inpendia, sed utrique hoc accideret, quod utriusque commodis accederet. In huius autem rei evidentiam et perpetuam firmitatem cum subscriptione testium sigilli nostri munimine iussimus insigniri, quorum subsecuntur nomina in hac carta expressa. Nos vero Wencezlaus, dei gratia quartus rex Boemię,[b] per presens scriptum tam presentibus quam futuris ad noticiam cupimus pervenire, quod nos donationem fratris nostri Premizl, illustris marchionis Moravię, eius peticione interveniente, villam Lomnice cum suis attinenciis, quam contulit claustro in Tusnowice, secundum quod superius expressum est, perpetualiter possidendam, regia nostra auctoritate confirmavimus. Ne autem in posterum super ipsa donatione et confirmatione aliquid contrarietatis possit oboriri, vel calumpniose quid fieri, ad evidentiam perpetuę firmitatis sigilli nostri inpressione hanc paginam fecimus roborari. Nos autem cum inclito fratre nostro marchione Moravię rogavimus venerabilem patrem nostrum Růbertum nominę, Olomucensem episcopum, quatenus ea, quę nostra liberalitate claustro in Tusnowiz liberaliter contulimus et confirmavimus, sua auctoritate confirmaret et omnes violatores huius donationis excommunicaret et eos, secundum quod iustum est, a sacramentis ęcclesię arceret, nisi ad satisfactionem et debitam penitentiam redirent. Testes autem huius rei sunt hii: Vitco iunior, Uitco filius Heinrici, Zawisse subcamerarius, Gallus filius Marquardi, Zobezlaus filius Odolen, Zezema filius Milote,[c] Daliborius iuvenis subcamerarius, Pribizlaus filius Zobehurd,[d] Gothborivs filius Chotheborii, Sdezlaus de Hulmez, Zlawiborius, Radozlaus, Protiwa filius Protive, Reinardus, Lutherius, Gebehardus fratres; ex Morauis: Ratiborius de Doblin, Voco filius Boruth, Voiteh filius Stephani, Milisc cum Zlawiborio fratre suo, Voco subcamerarius, Lupoldus filius Wolframmi, Zemizlaus, Zuatozlaus et alii quam plures Boemi et Moravi. Acta autem sunt hęc anno dominice incarnationis millesimo CCXXXV, indictione VIII. Datum aput Brunnam per manum notarii Wilhelmi VIII idus iunii.

Autographo appendent e filis sericis flavis et rubris tria sigilla rotunda e cera communi confecta. Quorum primum est Přemysli marchionis sigillum idem atque apud chartam num 38. — Secundum est Venceslai regis sigillum eadem forma expressum atque illud, quod apud chartam num. 15 describitur. — Tertium est Roberti episcopi sigillum idem atque in charta CDBoh. II, num. 78.

114.

Gregorius IX. papa Beatrici, reginae Castellae, Toleti et Legionis, maxima

113. b) ‚Boem' *A.* — c) ‚M' *ex* ‚m' *eodem atramento corr. A.* — d) *ita clare A.*

1) *Privilegium hoc die 31. oct. a. 1235 datum vide superius pag. 97 sequ. num. 88.*

cum laude de sancta Elisabeth scribit, eique Agnetem, sororem regis Bohemiae, in exemplum adfert.

Perusii 1235 iunii 7.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum vol. V, quod in tab. Vaticano (Reg. Vatic. t. XVIII) asservatur, fol. 41r, lib. IX, ep. 120 (R).

Wadding, Ann Minor. II, p. 394 — Sbaralea, Bull. Franc. I, p. 164, num. 172. — Erben, Reg. Boh. I, p. 415, num. 880 (frgm.) — Rodenberg, Mon. Germ. Epp. s. XIII, t. I, p. 538, num. 643 (frgm.) — Potthast, Reg 9933. — Auvray, Reg. de Grég. IX, t. II. col. 93, num. 2648 (reg.).

Beatrici, illustri regine Castelli, Toleti et Legionis.[1] Jesus filius Syrach diebus istis obtulit nobis vas ammirabile, opus Excelsi, quod fornacem caritatis in ardoris operibus custodivit,[2] vas inquam electum, Domino consecratum, sanctam scilicet Elisabeth,[3] que interpretatur saturitas dei mei *etc.* O vas ammirabile, vas electum *etc.* Inebriasti quoque poculo vasis huius Agnetem, ancillam Christi, virginem, natam regis Boemie, sororem[a] tuam,[4] in cuius etate tenera rebus asperis experimur celestis conversationis insignia, ita ut imperialis culminis oblata[b] fastigia fugiens sicut reptilia venenata, et nuda vexillum triumphale crucis arripiens, iam procedat obviam sponso suo, accensis lampadibus choro sacrarum virginum comitata[5] *etc.* Datum Perusii VII idus iunii, anno nono.

115.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Plasy villam Ležiště, quam ei miles Boček quondam donavit, iure perpetuo possidendam concedit.

In Kladruby 1235 iunii 24.

Apographum saec. XVIII exeuntis, a F. M. Pelzelio ex autogr. descriptum, in tabulario Musaei Bohemici Pragae asservatur (B). — Aliud apogr. etiam ex autographo transscriptum exstat in libro Benedicti Scheppl (a. 1744 conscripto) „Lapis sepulchralis fundatoris et benefactorum ... monasterii de Plassio," cuius cod. ms. in tabulario Musaei Boh. Pragae asservatur, fol. 92-93 (B1). — Aliud apographum in copiario saec. XVII, quod „Liber monasterii de Plass" inscribitur, tom. II, fol. 2, commemorat Scheinpflug in Mittheil. d. Ver. f. Gesch. d. Deutschen in Böhm. XII (1874), pag. 72, num. 39.

Erben, Reg. Boh. I, pag. 415, num. 881 (frgm. ex B).

Chartam a Vilhelmo notario dictatam esse cognoveris, si tenorem eius cum charta monasterio in Milevsko die 7. maii eiusdem anni data (num. 108) et aliis eiusdem notarii chartis comparaveris. Notandum, quod in hac charta conscribenda exemplaris vice functa

114. *a) ita R.* — *b)* ‚obtatam' *R.*

1) *Filia Philippi de Suevia, regis Rom., erat.* — 2) *Conf. Eccli. XLIII, 2—3.* — 3) *Ludowici IV., lantgravii Thuringiae, coniunx, a. 1231 nov. 19 mortua, a. 1235 iun. 1. sanctorum numero adscripta est.* — 4) *Sanctae Elisabeth pater, Andreas II. rex Ungariae, erat frater Constantiae, reginae Bohemiae, cuius filia beata Agnes erat.* — 5) *Conf. Matth. XXV, 1.*

est charta, quam monasterium Plasy a Venceslao rege de villarum Bříza et Újezd confirmatione accepit (v. num. 22), cuius nonnulla enuntiata Vilhelmus notarius textui suo attribuit.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Nos Wencezlaus, dei gratia quartus rex Bohemie, ecclesie Plassensi et universis ibidem degentibus in perpetuum. Ut in nostris res geste temporibus eterne stabilitatis robur valeant obtinere, maturiore consilio provisum est et taxatum res sollempniter ordinatas sigillatis apicibus perennare. Noverit quapropter tam presens hominum etas quam in Christo successura posteritas, quod nos regia liberalitate villam Lassitz, quam bone memorie miles noster Poscet deo et sancte Marie in Plaz pro remedio anime sue contulit, cum pratis, agris, et silvis et omnibus attinenciis eiusdem cenobii fratribus perpetuo iure possidendam concessimus. Et ut omni deinceps evo hec inviolata conservent,[a] hanc paginam sigilli nostri appensione roborari fecimus, subnotatis testibus, qui interfuerunt: Johannes episcopus Pragensis, Marquardus prepositus de Pulchro monte, Stezlaus camerarius, Witigo senior, Jarozlaus filius Marquardi, Porcos filius Witelonis, Herdebor de Sherop cum filio Wencemilo, Miroslaus cappellanus de Ozzeck, Henricus parochianus de Cladrub, Henricus plebanus de Sherop et alie quam plures non contemnende auctoritatis persone. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXV, octava indictione. Datum in Cladrub per manum notarii Wilhelmi octavo kalendas iulii.

116.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Kladruby partem villae Sytno sibi pertinentem donat.

1235 iun. 25.

Autographum in membrana scriptum in tabulario ministerii rerum internarum Pragae asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 416, num, 882 (fragm.).

Autographum exaratum est manu scribae, quem signo ,Venceslaus 17' denotamus. Quae quidem manus iam in nulla Venceslai I. regis charta occurrit. Cum autem charta, quam monasterium Kladrubense a Přemyslo Otakaro I. accepisse fingebat (v. CDBoh. II, num. 366), eadem manu scripta sit, dubitari non potest, quin scriba ille monachus monasterii iam dicti fuerit. — Chartam etiam verbis in eodem monasterio contextam esse ex eo cognosci potest, quod chartae dictator verba eius ex charta Venceslai I. eidem monasterio a. 1233 dec. 13 data (v. num. 51) paucis tamen additis, transcripsit. — Notandum est, quod annus regni IX. ad annum 1236 pertinet.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Wencezlaus, dei gracia rex Boe||morum, universis clericis et laicis tam presentibus quam futuris, per Boemiam constitu||tis,[a] salutem in om-

115. a) *ita accurate ex exemplari descriptum iam in A.*

116. a) ,ʒſtitutiſ' *(cum titula supra* „con") *A.*

nium salvatore. Ratio iuris et equitatis exigit, ut ea, que in nostra || presentia sex[b] nobilium nostrorum sollempniter celebrantur et ordinantur, firma sint et rata, nec a posteris nostris aliquatenus debeant immutari. Notum ergo sit cunctis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presens scriptum inspecturis, quod nos domui sancte Marie perpetue virginis in Claderub pro remedio anime nostre ac felicis memorie patris nostri Premizl partem ville, quam habuimus in Zitna, cum pratis et omnibus pertinentiis contulimus iure hereditario possidendam. Et ut hec nostra donatio * robur obtineat veritatis, presentem paginam fecimus conscribi nostri sigilli caractere munientes. Huius rei[c] testes sunt ydonei et nobiles viri, quorum nomina subsecuntur: Stezlaus camerarius, Bretsizlaus et filius eius Bresizlaus, Bohuzlaus filius Zlavconis filiusque eius Bores, Zvatoborius de Prestiz, Radozlaus de Proztebor et frater eius Bohuse, Zlaiborus de Zvinna, Hartmannus de Taznowitz et filius eius Artlibus, Vitla de Ztancov et frater eius Percos, Cunradus de Melniz et alii quam plures. Datum anno millesimo CCXXXV, anno regni nostri VIIII,[d] VII kalendas iulii.

Autographo appendet e filis sericis rubris et flavis sigillum Venceslai I. regis e cera communi confectum idem atque apud chartam num. 15.

117.

Gregorius IX. papa abbati Cellensi Cisterciensis ordinis, mandat, ut moniales monasterii de Valle sanctae Mariae (Skt. Marienthal) Misnensis dioecesis, quod Kunegundis, regina Bohemiae, construxit, et dotavit, singulis annis personaliter visitet et ordinis Cisterciensis institutis informet.

Datum Perusii 1235 iul. 13.

Autographum in membrana scriptum in tabulario Dresdensi asservatur (A).

Köhler, Cod. dipl. Lusatiae super. I (2. ed), Anhang, pag. 62, num. 47 — Beyer, Kl. Altzelle, pag. 540, num 83 (reg.) — Potthast, Reg. pontif. num. 9962.

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilecto filio . .[1] abbati Cellensi,[2] Cisterciensis ordinis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum carissima in Christo filia C.,[3] illustris regina Boemie, monasterium monialium de Valle sancte Marie Cisterciensis ordinis, Misnensis diocesis, in honore beate virginis de novo construxerit et illud sufficienter dotaverit de propriis bonis suis, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ipsas singulis annis personaliter visitans eas Cisterciensis ordinis institutis studeas informare. Datum Perusii III idus iulii, pontificatus nostri anno nono.

116. *b) ita (loco* ,seu'*!) scribae incuria A. — c)* ,rei' *eadem manu eodemque atramento superscriptum A. — d) Numerus in loco raso eodem atramento scriptus ex* VIII *correctus esse videtur.*

117. 1) *Henrico?* — 2) *Altzelle a Meissen versus meridiem et occidentem.* — 3) *Cunegundis.*

Autographo appendet e filo cannabino Gregorii IX. papae bulla plumbea, cuius imaginem praebet Diekamp in Mith. d. Instit. f. österr. Gesch. III, tab. ad pag. 626, num. 5 et 34.

118.

Gregorius IX. papa monasterium sancti Francisci Pragae [monialium sancti Damiani Assisinatis] cum hospitali ipsorum Pragae in ius et proprietatem sancti Petri ac sub apostolicae sedis protectione suscipit, eius bona et libertates confirmat, eique plura privilegia concedens statuit, ut iuxta morem ecclesiae Romanae officium divinum ibi celebretur, excepto psalterio, quod secundum consuetudinem Gallicanam abbatissae et sororibus permittit, idemque censum annuum unius byzantii ipsis imponit.

Perusii 1235 iul. 25.

Apographum exstat in Gregorii IX. papae regestorum volumine V, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. tom XVIII) asservatur, fol. 54v, lib. IX, ep. 160 (R).

Wadding, Annales Minorum II, pag. 632, num. 43 = Sbaralea, Bullar. Franciscan. I, pag. 171, num. 178, = von Bienenberg, Analekten z. Gesch. des Militärkreuzordens pag. 10 — Palacký, Ital. Reise, pag. 26, num. 131 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 416, num. 883 (fragm.) — Potthast, Reg. pontif. num. 9972 — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t. II, col. 124, num. 2693 (reg.).

In privilegio conscribendo eadem fere forma adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae edidit Tangl, Die päpstl. Kanzleiordnungen pag. 241 num. VI; sed capitula, quae post concessionem liberae electionis abbatissae sequuntur, a forma illa discordant. A qua quidem forma privilegium nostrum (excepta arenga) tantum nonnullis verbis et enuntiatis omissis aut additis discrepat. Arengae forma accurate cum illa congruit, quae exempli gratia in Potthast num. 9249, 9424 occurrit.

Gregorius, episcopus, servus servorum dei. Dilecte filie[a] Agneti, abbatisse monasterii sancti Francisci Pragensis, eiusque sororibus inclusis, tam[b] presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.[b] Prudentibus virginibus,[c] que sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis iugiter se preparant obviam sponso ire,[1] sedes apostolica debet patrocinium impertiri ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis enervet. Eapropter, dilecte in Domino filie, vestris iustis[d] postulationibus favorabiliter annuentes, monasterium sancti Francisci Pragense, in quo divino estis obsequio mancipate, cum hospitali vestro apud Pragam, situm in fundo, quem carissimus in Christo filius noster Wencezlaus,

118. *a)* ,Gregorius — filie' *desunt in R, supplevi secundum formam. — b)* ,tam — perpetuum' *desunt in R. — c) Reliqua arengae verba tantum* ,e t c. u s q u e enervet' *indicantur in R; restitui secundum formam, quae inter alia etiam in privilegio, quod supra num. 40 dedimus, occurit. — d)* ,iustis' *scribae errore bis positum erat, sed primum punctis subpositis deletum est R.*

1) *Conf. Matth. XXV, 1 et 4.*

illustris rex Boemie, ecclesie Romane concessit et tam idem rex quam venerabilis frater noster Johannes, Pragensis episcopus, de assensu capituli sui utrumque locum pietatis intuitu plenarie libertati donavit, sicut in eorum litteris ad nos transmissis perspeximus plenius contineri,[2] in ius et proprietatem beati Petri ac sub nostra et apostolice sedis protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem[e] statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem monialium inclusarum sancti Damiani Asisinatis in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones[f] et quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis et hiis, que vobis successerint, et illibata permaneant. In quibus[g] hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum in quo prefatum monasterium situm est, cum eodem hospitali et omnibus pertinentiis suis, villam Glupetin cum omnibus villulis ad eam pertinentibus, videlicet Humenche et Nidoscitz, villam Borotiz cum omnibus villulis ad ipsam pertinentibus, scilicet[h] Supencwizt et Drahtesicz, villam Ribinic cum suis pertinentiis, villam Rokschice cum omnibus pertinentiis suis et alias possessiones vestras cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum,[i] que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de ortis, virgultis et piscationibus vestris seu de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas[k] et absolutates e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum[l] post factam in monasterio vestro professionem fas sit de eodem loco discedere, discedentem vero nullus audeat retinere. Pro consecrationibus vero altarium[m] vel ecclesie vestre, sive pro oleo sancto, vel alio ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, set hec omnia gratis

118. *e) Reliquam formulae huius partem, quae tantum verbis* ‚etc. ut supra in capitulo CLVII usque: observetur‘ *indicatur in R, restitui ex epistula laudata.* — *f) Reliqua formulae pars verbis* ‚etc. usque: permaneant‘ *indicatur in R.* — *g) Sequitur* ‚etc. usque: vocabulis‘ *R.* — *h)* ‚silicet‘ *R.* — *i) Reliqua formulae pars verbis* ‚etc. usque: presumat‘ *indicatur in R.* — *k) Sequens enuntiationis pars tantum* ‚etc. usque: retinere‘ *indicatur in R.* — *l) Reliquam formulae partem, quae verbis* ‚etc. ut supra usque: retinere‘ *indicatur in R, restitui ex epist. 157.* — *m) Reliqua formulae pars verbis* ‚etc. ut supra in predicto capitulo etc. usque: obtinente‘ *indicatur in R; restitui ex ep. 157 ad quam in ep. 159 revocatur.*

2). *Litterae regis et episcopi desiderantur.*

vobis auctoritate nostra episcopus diocesanus impendat; alioquin liceat vobis hec eadem auctoritate recipere a quocumque malueritis catholico antistite gratiam et communionem sedis apostolice obtinente. Quia vero interdum diocesani episcopi[n] copiam non habetis, si quem episcopum Romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones monialium, vasorum et vestium ac consecrationes altarium auctoritate sedis apostolice recipere valeatis. Cum autem generale interdictum[o] terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbatissa, vel earum aliqua, que tibi successerit, nulla ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu vel sororum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam providerint eligendam. Libertates preterea et immunitates concessas vobis a rege, episcopo et capitulo supra dictis auctoritate apostolica confirmantes, nichilominus inhibemus, ne quis archiepiscopus, episcopus vel prelatus alius in monasterium et hospitale predicta vel personas regulares inibi Domino famulantes excomunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam audeat promulgare, quam contra prohibitionem huiusmodi prolatam decernimus non tenere. Paci quoque[q] et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Statuimus insuper, ut iuxta morem Romane ecclesie divinum ibi officium celebretur, excepto psalterio, quod secundum consuetudinem possitis dicere Gallicanam. Decernimus ergo,[r] ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium et hospitale temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Ad indicium autem huiusmodi percepte a sede apostolica libertatis unum bizantium persolvetis nobis nostrisque successoribus annuatim. Si qua igitur[s] in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo cor-

118. *n) Reliqua formulae pars verbis* ‚etc. usque: valeatis' *indicatur in R.* — *o) Reliqua formulae pars verbis* ‚etc. usque: celebrare' *indicatur in R.* — *p) Reliqua formulae pars tantum* ‚etc. usque: eligendam' *indicatur in R.* — *q) Reliqua formulae pars verbis* ‚etc. usque: exercere' *indicatur in R; restitui ex ep. 134 a. VII.* — *r) Sequentia tantum verbis* ‚etc. usque salva sedis ap. auctoritate' *indicantur in R.* — *s) Reliqua formulae pars verbis* ‚etc. usque: ultioni' *indicatur in R.*

pore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem[t] eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.[u]

Datum Perusii per[v] manum magistri Guillelmi, sancte Romane ecclesie vicecancellarii,[v] VIII kalendas augusti, indictione[x] VIII, incarnationis dominice anno MCCXXXV, pontificatus vero domni Gregorii pape VIIII[x] anno nono.

119.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Doubravník, abbatissa et nobile Adalberto petentibus, villam Žešov donat, possesiones et villas, quarum plurimae nomine exprimuntur, confirmat eique libertates et privilegia largissime concedit, Venceslao I. rege confirmante et Roberto episcopo violatores excommunicante.

Brunnae 1235 iul. 29.

Autographum in membrana scriptum in tabulario civitatis Brunnensis asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. V, pag. 227, num. 14 = Erben, Reg. Boh. I. pag. 622, inter addenda num. 9 (frgm.).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 6' insignimus, axaratum est. Eiusdem scribae manu scripta est etiam charta Reinheri, abbatis Cladrubensis, anno 1237 data (num. 173). Quam quidem chartam a Vilhelmo, notario regali, dictatam esse nonnullis stili proprietatibus satis clare comprobatur. Itaque hoc facto considerato, etiam scribam utriusque autographi e numero eorum, qui in cancellaria regali officio fungebantur, fuisse veri similis est coniectura. — Chartae maxima pars repetit verba privilegii, quod Přemysl marchio die 31. oct. a. 1234 monasterio in Tišnov (v. num. 88) concessit. Nomina testium et temporis indicatio alio atramento adscripta sunt Qua in re animadvertendum sigillum marchionis iam appensum fuisse, cum temporis nota scriberetur (v. adnotationem g). Attamen cave censeas scribam charta inani, sed sigillo iam praemunita („blanquette") usum esse. Privilegii autographum potius, eschatocollo excepto, iam autumno anni praecedentis (eodem fere tempore, quo privilegium Tišnovicense num. 88) scriptum esse videtur eodemque tempore sigillo marchionis appenso instructum. Quod autographum nondum absolutum incertis de causis procul dubio in cancellaria retentum est et aliquanto tempore elapso eschatocollo suppleto demum regis atque episcopi sigillis appensis munitum destinatarioque in manus traditum est. Testium nomina ad actionem autumno anni 1234 peractam referenda esse ex eo cognoscitur, quod nonnulli testes etiam in privilegio marchionis monasterio in Rajhrad die 2. nov. 1234 dato (num. 90) adferuntur.

---

118. t) *Reliqua formulae pars verbis* ‚etc. usque in finem' *indicatur in R.* — u) *Papae et cardinalium subscriptiones, quae in autographo sequebantur, desunt R.* — v) ‚per man. — vicecancellarii' *desunt in R; supplevi privilegiorum ap. Potthast num. 9957, 10001, 10004 auctoritate nisus.* — x) ‚indictione — pape VIIII' *desunt in R; restitui secundum formam.*

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. § Ego Premisl, dei gratia marchio Morauie, abbatisse et toti sacro conventui in Dvbraunik inperpetuum col‖locando. Consuevit antiquorum veneranda et approbanda prudencia ea litterarum mandare monimentis, que statuit habere robur et firmitatem, ne modernorum astuta ingenia, que semper gaudent novitate, inveniant ‖ occasiones rite et mature gesta negocia dolosis pervertere argumentis et fraudulentis racionibus infirmare. Memoria quidem humana non est diuturna, et si esset eterna, esset divina, ideoque necesse est, ut scriptis, in ‖ quibus res geste continentur, adiuvetur, et sic quodam perpetuitatis robore tenax maneat et inconcussa. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod nos * considerantes tam nostras noxas quam [a] gloriose memorie patris nostri nomine Premisl, a quo sortiti sumus originem et nomen, qui multis interfuit negociis imperii et eciam propriis, in quibus multa gessit, que sine peccato non poterant terminari, visum fuit nobis easdem aput clementissimum iudicem, in conspectu cuius nullum bonum * irremuneratum, nostris elemosinis * relevare. Unde ad pias peticiones fidelis nostri Woyteh nomine et abbatisse tociusque conventus dominarum in Dubraunik contulimus monasterio earundem dominarum iam nominato pro remedio [b] anime felicis memorie patris nostri et pro nostra salute quandam villam nomine Sess, cum suis appendiciis iure hereditario in perpetuum possidendam, quam eciam fecimus certis limitibus tam a nostris quam ab aliorum possessionibus distingui, ne in posterum aliqua inde superveniat dubitacio, unde prefatum monasterium posset gravari et inquietari. Confirmamus eciam nostra potestate omnes possessiones cum suis appendiciis eidem monasterio collatas tam per fundatorem ipsius pie memorie Stephanum, quam per alios, quicumque sint vel quibuslibet nominibus censeantur. Nomina autem possessionum sunt hec: Manow, Clococh, Racov, Borihnev et omnia novalia, que sunt illa parte aque usque ad terminos Thassonis, Pornich, quam Semislaus comes pro remedio anime filie sue contulit, in Hudcich ad unum aratrum de terra, in Brunna domum et tres vineas et unum agrum, ius patronatus ecclesie de Medlov cum suis appendiciis, ius ecclesie de Cadov, ecclesie de Velessouich, ecclesie de Neteludich, ecclesie de Cocherov, ecclesie de Dubraunik et omnium ecclesiarum, que in eodem circuitu [c] sunt locande. Appendicia autem vocamus, quicquid in silvis, in pratis, in pascuis, in piscaturis et aliis, que utilitati claustri conveniunt. Condecebat enim, ut domine, que serviunt deo in sepe nominato monasterio, eo quod sibi non possint ob sexus fragilitatem bene providere, amplioribus beneficiis sustententur, ut sic conditori suo possint liberius deservire. Decrevimus etiam prefati monasterii omnes possessiones iam habitas et habendas in Morauia constitutas ab omni genere tributorum, vectigalium, collectarum aliarumque omnium exactionum esse absolutas; adicientes, ut nullus pro castrorum edificacione vel reedificacione sive pro aliqua ingruenti expedicione homines monasterii audeat inquietare. Ius eciam, quod datur pro capite sive pro fure vel * swod principi sive eius inbeneficiatis, monasterio sepe dicto concessimus perpetuo obtinendum; hoc statuentes de fure: si in maleficio fuerit deprehensus

119. a) ‚tam nostras noxas, quam' *in loco raso eadem manu scripta sunt A, sed quae ibi prius scripta sint, iam discerni non potest.* — b) ‚pr' *ex* ‚q' *statim inter scribendum corr. A.* — c) ‚$\overset{s}{c}$cuitu' *A (quod proprie* cercuitu *legi deberet).*

manens in prediis monasterii, sive capiatur et coram iudice convincatur, quatenus eius bona monasterio remaneant, ipse vero secundum quod placuerit principi puniatur. Si vero homines monasterii in aliquo coram iudicio culpabiles inveniantur, nec nobis nec iudicibus * vel curialibus seu inbeneficiatis aliquid inde proveniat utilitatis, set aput monasterium, nisi in quo tenetur adversario satisfacere, culpe satisfactio perseveret. Ceterum autem, ut omnia breviter conprehendamus, omne ius, quod spectat ad usus principum, eidem monasterio remittimus, ut plena et perfecta gaudeat libertate, nec ullus ei novas condiciones inponere vel eius iura audeat permutare. Ut autem hec omnia robur habeant perpetue firmitatis, hanc paginam nostro sigillo fecimus insigniri et rogavimus illustrem regem Boemie,[d] fratrem nostrum Wencezlaum nomine, quatenus possessiones et omnia iura, ea que nostra mera voluntate concessimus monasterio predicto, sua regia potestate dignaretur confirmare. Quod et ipse ad honorem dei et beate Marie sigillo suo muniens, solempniter confirmavit. Hec autem sunt[e] verba regis: Ego Wencezlaus, quartus rex Boemie,[d] ad karissimi fratris nostri peticionem,[f] ingenui marchionis Morauie Premisl nomine, in rerum prescriptarum testimonium nostri sigilli karacterem apposuimus, tale bannum statuentes, ut quicumque septa monasterii violenter intraverit, vel iura predicta potenter vel fraudulenter enervare visus fuerit, componat in cameram fratris nostri marchionis Morauie et successorum eius X marcas auri. Insuper rogavimus venerabilem patrem nostrum dominum Rubertum, episcopum Olomucensem, quod in huius rei testimonium * sigillum suum apponeret; quod et fecit. Hoc etiam petivimus, quod si barones nostri vel milites vel populares nostra privilegia vellent aliquando insolenter et indebite violare, ipse sentencia ecclesiastici iuris eosdem percellere festinaret eandemque auctoritatem suis successoribus relinqueret, quia quicquid unquam stabilitatis potest illud monasterium adipisci ad sue tranquillitatis firmamentum, hoc est nostre voluntatis et in ea in perpetuum permanebit. * Totum autem hoc factum est de voluntate fratris nostri Wencezlai, illustris regis Boemie.[g] Nomina testium sunt hec: comes Arnoldus de Hugensvald, Ratiborius de Deblin, Wocco magnus, Milich, Pribislaus Jarossii, Lupoldus filius Wolframmi pincerne, Archlews filius Ratiborii, Bochko, Marquardus de Conrach. Data in Brunna per manus magistri Hylarii, notarii marchionis, anno dominice incarnacionis millesimo CC[mo]XXX[o]V[o], indictione VIII, quarto kalendas augusti.

Autographo appendent tria sigilla: 1.) *E filis sericis coloris rubri, flavi, albi appendet sigillum Roberti episcopi e cera communi confectum idem atque in charta, quam edidimus in Cod. dipl. Boh. II num. 78.* — 2.) *E filis sericis coloris rubri et flavi appendet Venceslai I. regis sigillum e cera communi confectum, quod ex eadem forma provectum est atque illud, quod apud chartam num. 15 huius tomi describitur (v. supra pag. 15).* — 3.) *E filis sericis coloris rubri et flavi appendet Přemysli marchionis sigillum e cera communi confectum idem atque in charta num. 38 (vide ante pag. 37).*

---

119. *d)* ,Boem̄' *A.* — *e)* ,ſt' *eodem atramemto superscriptum A.* — *f)* ,t' *ex* ,c' *statim inter scribendum corr. A.* — *g) Quae subsequuntur, usque ad finem alio quidem atramento, sed eiusdem scribae manu exarata sunt. Qua ex re cognoscitur nomina testium et notam temporis aliquantum post suppleta esse. Hac in re animadvertendum est inter voces* ,quarto' et ,kalendas' *spatium vacuum reperiri. Quod sane ideo ortum est, quia scriba in ultimis verbis exarandis fila sericea, quibus sigillum marchionis tunc iam appensum tenebatur, evitare voluit.*

120.

Gregorius IX. papa monasterium monialium sanctae Mariae in Tišnov, ordinis Cisterciensis, protegendum suscipit, omnesque eius possessiones, iura et privilegia confirmat.

Perusii 1235 aug. 27.

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnae asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 303, num. 267 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 416, num. 884 (fragm.) — Potthast, Reg. pontif. num. 10004.

In autographi tergo nulla cancellariae apostolicae nota conspicitur. — In privilegio conscribendo eadem forma adhibita est, quam ex Libro provinciali cancellariae apostolicae edidit Tangl, Die päpstlichen Kanzleiordnungen, pag. 232, num. 2; in qua quidem forma tantum nonnulla verba passim addita sunt.

× Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis in Christo filiabus.. abbatisse monasterii de Porta celi eiusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. ×‖ Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito, revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis in‖fringat. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris iustis postulationibus clementer annuimus et monasterium sancte dei genitricis et virginis × Marie × de Porta celi, Olo‖mucensis diocesis, in quo divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum, a vobis post concilium generale[1] susceptam, in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem monasterium impresentiarum iuste ac canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis et eis, que vobis successerint, et illibata permaneant In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, possessiones de Giglaua cum teloneo, Bomelici, Wicenow, Boriscew, de Pestew medietatem cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, item possessiones et terras de Pobikozli, Kohhoue, Smirchowe, Vblazka, Legota, Birdini cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, scilicet Branchaowess, Cihhowe, Jastrabe, Oztethowichi, Vgrinowichi, Persseka, Dubkowa, Humalego, Wignanow cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, Weimizliz cum pertinentiis suis, Lukow, Scahiswe, Cappaniz, Chneniz, Thuschenow, terras et possesiones cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, Lominiz et

120. 1) *Lateranense, quod anno 1215 novembr. 11—30 celebratum est.*

Selezna cum omnibus pertinentiis suis, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis cum omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de ortis, virgultis et piscationibus vestris vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere ac eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum post factam in monasterio vestro professionem fas sit sine abbatisse sue licentia de eodem loco discedere; discedentem vero absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari sive alio modo alienari absque consensu totius capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes aut alienationes aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad sinodos vel conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de vestra propria substantia vel possessionibus vestris subiacere compellat, nec ad domos vestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat, nec regularem electionem abbatisse vestre impediat, aut de instituenda vel removenda ea, que pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum, sive pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed omnia gratis vobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesani episcopi forte vacaverit, interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis; sic tamen, ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum preiudicium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis, si quem episcopum Romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium ac monialium, consecrationes altarium[a] auctoritate apostolice sedis recipere valeatis. Porro, si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium vestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententias promulgaverint, sive etiam in mercennarios vestros pro eo, quod decimas, sicut dictum est, non persolvitis, sive aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores vestros pro

120. [a]) *litterae* ‚alta' *iam vix legi possunt, A.*

eo, quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adiuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam decernimus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune terre interdictum fuerit, liceat vobis nichilominus in vestro monasterio, exclusis excommunicatis et interdictis, divina officia celebrare. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere Preterea omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus ordini vestro concessas nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant ⁝ Amen. Amen. Amen. ⁝

(R.[b]) Ego[c] ⁝ Gregorius ⁝ catholice ecclesie episcopus subscripsi.[d] (B.V.)

✝ Ego Johannes Sabinensis episcopus subscripsi.
✝ Ego Jacobus Tusculanus episcopus subscripsi.[e]
✝ Ego Rainaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus subscripsi.

✝ Ego Thomas tituli sancte Sabine presbyter cardinalis subscripsi.[e]
✝ Ego Guifredus tituli sancti Marci presbyter cardinalis subscripsi.

120. b) *In rotae medio eadem manus scripsit:* Sanctus | ⁝ Petrus. ⁝ | Sanctus ⁝ Paulus. ⁝ | ⁝ Gregorius ⁝ pp. VIIIus. *Circumscriptio eadem manu scripta haec est:* ✝ Fac mecum Domine signum in bonum. — c) ‚E' *alio atramento aliaque manu scriptum est A* — d) *Quae sequuntur subscriptiones aliis manibus alio atramento scriptae sunt A.* — e) *Post hanc subscriptionem una linea vacua relicta est A.*

+ Ego Sinibaldus tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis subscripsi.

+ Ego Egidius sanctorum Cosme et Damiani diaconus cardinalis subscripsi.

+ Ego Petrus sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis subscripsi.

Datum Perusii per manum magistri Guillelmi, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, VI kalendas septembris, indictione VII,[2] incarnationis dominice anno MCCXXXV, pontificatus vero donni[f] ‖ Gregorii ‖ pape VIIII, anno nono.

Autographo appendet e filis sericis coloris flavi et rubri Gregorii IX. papae bulla plumbea, cuis imaginem dedit Diekamp in Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch. III tab. ad pag. 626, num. 5 et 34.

121.

Ekkardus, episcopus Merseburgensis, accepto mandato papae, ut de censu ecclesiae sancti Petri in Vyšehrad sedi apostolicae debito inquirat, priori monasterii in Strahov mandat, ut testes a praeposito et capitulo ecclesiae illius nominatos die 21. februarii anni 1236 coram se in Vyšehrad adesse iubeat.

[1235 cc. iul./aug.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropolitani Pragensis asservatur (A).

Autographum manu quadam ignota scriptum est. Litterarum formae characterem scripturae codicum eiusdem temporis prae se ferunt. — Litterae nota temporis omnino carent, sed mense fere iulio a. 1235 missas esse verisimilis est coniectura.

Permissione divina E.[1], Merseburgensis episcopus, honorabili viro ..[2] priori in Ztragowe orationes in Domino cum karitatis affectu. Litteras venerabilis patris ac domini ‖ nostri pape recepimus in hec verba: Gregorius episcopus, servus servorum dei. Venerabili fratri .. episcopo Merseburgensi *etc.*[3] Nos itaque mandatum apostolicum diligenter exsequi cupientes religiositati vestre auctoritate, qua fungimur, precipiendo mandamus, quatinus quoscunque vobis prepositus et capitulum nominaverint sepe dicti, quos super premissis testes producere dignum ducant, eosdem auctoritate nostra moneatis, et si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam conpellatis, quod proxima feria VI post dominicam, qua cantatur Invocavit me,[4] in Wissegrade conpareant coram nobis super prenotatis perhibituri testimonium veritati.[a]

---

120. *f) ita A.* 2) *Recte VIII.*

121. *a) ex* ‚veritatis' *littera* ‚s' *erasa correctum A.*

1) *Eccardus.* — 2) *Nomen ignoratur.* — 3) *Sequuntur litterae Gregorii IX. papae datae Perusii 1235 maii 17, quas supra num. 109 dedimus, totidem verbis transscriptae.* — 4) *die 21 februarii a. 1236.*

Autographo appendet e scidula membranae fragmentum sigilli de cera communi confecti, cuius forma erat ex longo rotunda. In sigilli medio conspicitur inferior pars figurae veste episcopali indutae et manu sinistra pedum tenentis. Circumscriptio: [+ s. ecc] ARD' · D̄I · GR//· M*[ers]*ЄBVRG̅N Є*[cclē epi]*.

122.

Fridericus II., Romanorum imperator, domui hospitalis s. Mariae Theutonicorum Hierosolymae donat ecclesiam in Könitz, petente Hermanno magistro. — Inter testes: „Wenceslaus, illustris rex Bohemorum".

Augustae 1235 mense octobris.

Erben, Reg. Boh. I., pag. 417, num. 885. — Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II, tom. IV, pag. 787. — Fontes rer. Bern. II, pag. 155 (ex or.) — Cod. dipl. Mor. VII, pag. 722, num. 61. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2119.

De curia tunc Augustae celebrata Chronicae regiae Coloniensis continuatio IV. haec refert: In festo Omnium Sanctorum imperator c o n v e n t u m p r i n c i p u m habuit apud Augustam. Ubi r e x B o e m i e a f f u i t, recipiens ab imperatore decem milia marcarum pro parte Suevie, que iure hereditario suam uxorem *[Cunigundem, Philippi regis filiam]* contingit. — *Curiae tractatus potissimum iam ante diem 1. novembris finitos esse ex eo cognosci potest, quod imperii cancellarius iam die 30. octobris Ratisbonae morabatur. Vid. Böhmer—Ficker, Reg. imp V, num. 2115a.*

123.

Otto, comes palatinus Rheni et dux Bawariae, cum Henrico, abbate de Tegernsee, pactum de dividendis ministerialium liberis contrahit, praesente Friderico II. imperatore. — Inter „testes, qui presentes aderant" *nominatur:* „Wenezlaus, rex Bohemie".

Augustae 1235 [oct. ex.].

Monum. Boica VI, pag. 208, num. 38. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2121.

124.

Venceslaus I., rex Bohemiae, fratribus domus sancti Johannis Hierosolymitani in Mailberg libertatem quondam a Vladislavo, marchione Moraviae, possessionibus Hospitalis per terram Moraviae concessam et domum in Hrádek (apud Znojmo) confirmat.

In Znojmo 1235 dec. 21.

Autographum, quod in tabulario magni prioratus Melitensium Pragensi asservabatur, iam dudum latet. — Apographum saec. XVIII copiae vidimatae anno 1759 confectae (quae textum apographi, die 11. iul. 1665 ex autographo magni prioratus Pragensis confecti, repetit) in collectione manuscriptorum tabularrii terrae Moraviae Brunnensis num. 167 asservatur (D).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 309, num. 270 (ex D) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 418, num. 888 (fragm.), = Delaville Le Roulx, Cartulaire général des Hospit. de s. Jean II, pag. 495, num. 2131.

Lectiones nonnullis locis describentium incuria depravatae sunt. Sed verborum iuncturis, quae etiam in chartis num 32, 105, 108, 146 aliisque occurrunt, diligenter consideratis, dubium esse non potest, quin charta sincera et a Vilhelmo, regis notario, verbis contexta sit. — Autographum eadem manu atque chartae num. 108 et 146 scriptum esse coniectari ausim.

In nomine Domini amen. Nos Wenceslaus, dei gracia quartus rex Boemie,[a] domui sancti Johannis[b] in Movremberch et omnibus ibidem degentibus in perpetuum. Regalis prudentie commodo confert et honori antiquorum facta favorabilia approbare ac regio patrocinio confirmare. Ad resecandum igitur totius hesitationis[c] scrupulum ad notitiam tam presentium quam futurorum perducimus, quod nos fratribus in Movremberch sancti Johannis[b] libertatem concessam a patruo nostro Wladislao, clare memorie marchione Morauie,[d] in omnibus bonis per terram Morauie[d] possessis,[e] [1] spectantibus ad domum Erpurg, et ipsam[2] cum suis attinentiis pertinentem ad domum in Movremberch[f] perpetualiter obtinendam confirmamus. Ne autem hoc statutum in irritum convertatur processu temporis, nec calumpnia[g] super ipsa libertate imposterum queat suboriri, presens scriptum sigilli nostri caractere[h] iussimus insigniri. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXV̊, indictione VIII.

Datum per manum notarii Wilhelmi apud Znoym XII kalendas ianuarii.

125.

Venceslaus I., rex Bohemiae, castellano suo Mstidruhoni vicum Nebovidy in suburbio Pragensi donat, excepta area domus Přibyslavi, canonici Pragensis, quam eidem canonico iure proprietario dedit

— 1235 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropolitani Pragensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 411, num. 872 (fragm.).

Autographum a scriba, quem nota ‚Venceslaus 9' insignivimus, scriptum est. De quo vid. notam introductoriam chartae num. 56. Eiusdem scribae manu etiam chartam, quam rex monasterio in Kladruby die 17. dec. 1239 dedit, exaratam esse e nonnullis scripturae

124 1) *Privilegium Henrici Vladislavi marchionis vid. in CDBoh. II, pag. 103, num. 109.* — 2) *Scilicet domum in Erdberg.*

a) ‚Boĕmiae' *D.* — *b)* ‚Joannis' *D.* — *c)* ‚haesitationis' *et similiter etiam infra* ‚ae' *pro* ‚e' *simplici D.* — *d)* ‚Moraviae' *D.* — *e)* ‚professis' *D.* — *f)* ‚Movrenberek' *D.* — *g)* ‚calumnia' *D* — *h)* ‚charactere' *D.*

proprietatibus colligi potest. — Verba quae, in corroborationis formula leguntur „per manum . . . notarii Wylhelmi confectum instrumentum“ *ad chartae grossam (i. e. chartam nitide descriptam) referenda non sunt. Cum enim eadem verba etiam in corroborationis formula chartae num. 30 legantur, cuius autographum manu prorsus alia exaratum est, non est dubium, quin in verbis supra allatis Vilhelmus notarius chartae quidem contextus dictator, non autem scriba intelligendus sit. Chartam autem re vera a Vilhelmo verbis contextam esse e verborum iuncturis, quae in corroborationis formula occurrunt, collatis chartis 30 et 31 manifestissimum est.*

§ In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. § Quamvis beneficia principum sint lacius extendenda, eorum tamen interpretatio est eâtenus moderanda, ut aliis ‖ nullatenus sit dampnosa. Cum igitur a principibus iura prodeant et iniurię refrenentur, regie non congruit maiestati uni beneficium sic largiri, ut alius exinde sen ciat nocumêntum. Nam etsi premiis non sufficimus, tribuęndo tamen propriam iustîciam universis ad devocionem nostram provocârę nobis subditos affectamus. Ea‖propter cunctis, quos regit nostre clementie celsitudo, presentibus et futuris presenti pagina facimus mânifestum, quod licet nos Wencezlaus, dei gracia[a] rex Boemorum, Mstidrug castellano nostro[1] donaverimus vicum Prage, qui Nebouid numcupatur,[b] in eâ tamen donationę domum Pribizlay, dilecti capellani nostri, canonici Prâgensis et archidiaconi Belinensis, nolumus continêri. Et ideo quoniam aliêne rei donatio non est liberalitas, set rapina, prefatam arêam excipientes, dicto Pribizlâo ęiusdem aréé possessionem et dominium in perpêtuum plenum damus, videlicet ut sit ei liberum ipsam alienârę vel ad suos posteros transmittere vel aliter ordinâre, prout sue placuerit opcioni. Ut autem tam ipse quam qui sibi successerint pro tempore, in predictę domus dominio sint securi, per manum nostri notarii Wylhêmmi confectum et regalis nostri sigilli caractęrę consignatum ei presens tradimus instrumêntum ut eodem valeat se tuéri contra quoslibet invasorês. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis MCC tricesimo[c] V in domo domini Ypoliti, tunc archidiaconi Pragensis, coram testibus infra scriptis, videlicet Thobya archidiacono Pragensi, Hermânno preposito Luthomiricensi, Bohuta preposito Bolezlauensi, Bernardo scolastico Pragensi, Radoslao archidiacono Pliznensi, Marquardo archidiacono Luthomiricensi,[d] Bartholomeo, Hebrhardo canonicis Pragensibus, Ypoch castellano Pragensi, Daleborio filio Daleborii, Zdeslao de Hlumech.[e]

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubris Venceslai I. regis sigillum e cera communi confectum idem atque apud chartam num. 15 (vid. pag. 15).

---

125. *a)* ‚gra‘ *A.* — *b) ita distincte A.* — *c) litterae* ‚tr‘ *alia penna alioque atramento ex* ‚v‘ *correctae sunt A.* — *d)* ‚Lutho.‘ *A.* — *e) Syllabae* ‚Hlu-mech‘ *spatio 36 mm vacuo relicto dividuntur, ut ultima autographi linea impleatur.*

1) *Alias Mstidruh castellanus (burgravius) castri Pragensis nominatur.*

126.

Přemysl, marchio Moraviae, octo curias monasterii sancti Petri in Olomuc sub monasterio dicto sitas, petente coniuge sua Margaretha, ab omni exactione ad castrum Olomucense debita absolvit.

[— 1235 —].

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropolitani Olomucensis asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 307, num. 268 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 417, num. 886 (fragm.).

Autographum exaravit scriba, quem nota ‚Přemysl 7' signamus; cuius manus iam in nulla alia eiusdem marchionis charta occurrit. — Unde scriptura provenerit, incertum est. Neque etiam probabili assequi possumus coniectura, quis chartam verbis composuerit. — Charta quidem nota temporis caret, sed anno fere 1235 datam esse nonnullorum testium nominibus satis certe comprobatur. Etenim Semislav camerarius Olomucensis inter annos 1233—1236 officio suo fungebatur, Vok purgravius Olomucensis inter annos 1233—1235 nominatur, cui iam a. 1236 Gerhardus successit.

+ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Premizl, dei gratia marchio Moraiue, universis presentem paginam || inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et pereat, providentia discre||torum solet eam per litteras eternare. Sciant ergo presentes et innotescat posteris, quod ego P.[1] considerans devocionem et bonam con||versacionem sanctimonialium in claustro beati Petri in Olomuch, octo curias sub predicto claustro, quas possederunt de consensu meorum, ad peticionem nostre coniugis M.[2], dei gracia marchionisse Morauie, pro remedio animarum nostrorum predecessorum et pro nostra salute ab omni iure et exactione, que prius ad castrum persolvebant, absolvimus; ita tamen, quod predicto claustro omne ius persolvant. Ut autem nostra confirmacio firmior sit, presentem paginam prefatis dominabus contulimus nostri sigilli munimine roboratam. Huic confirmacioni, cum fieret, affuerunt laudabiles viri: Wocco purcrabius Olomucensis, Zlawata, Zemizlaus camerarius, Preborius iudex, Onso, Werhozlaus et omnes canonici Olomucensis ecclesie. Datum per manus Hilarii, notarii nostri, et Helye, protonotarii marchionisse, in Olomuc.

Autographo appendebant e filis cannabinis duo sigilla de cera naturali confecta. In primo sigillo, formae ex longo rotundae, quod iam valde defractum est, depingitur figura mulieris stantis, veste sinuosa indutae. Circumscriptionis haec tantum litterae supersunt: ...... DEI · GRACIA · MARCh *........ — Secundi sigilli (marchionis) tantum parvulum fragmentum superest.*

126. 1) *Přemysl.* — 2) *Margaretha, filia Ottonis ducis Meranie.*

127.

Robertus, episcopus Olomucensis, abbatissae et conventui monasterii in Oslavany, petente domina Heilwide, fundatrice eius, concedit decimas omnium villarum et ecclesiarum, quas monasterium possidet aut possidebit, integraliter utendas, hoc tantum excepto, ut omnibus cappellanis, quibus ecclesias suas contulerint, de praebenda sufficienti provideatur.

In Kroměříž 1235 — .

Apographum saec. XIX. in. (ex orig. tunc in tabulario curiae Brunnensis) exstat in cod. ms. tabularii Rajhradensis G. c. 27 signato, qui inscribitur: Lefebvre, Coenobia Moravica, tom. V: Monium. Oslovanense, pag. 38–40 (E).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 308, num. 269. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 417, num. 887 (reg.).

Maior chartae pars eadem verba exhibet, quae in charta Roberti episcopi de decimis monasterio in Velehrad anno 1220 concessis (v. CDBoh. II, num. 195) occurrunt. Sed cave arbitreris ex illius chartae autographo ipso verba chartae huius esse repetita, cum chartae diversis, quamvis eiusdem ordinis, monasteriis datae sint. Etenim verborum utriusque chartae consensum eo potissimum modo explicabis, si dictatorem in hac charta conficienda minutam chartae monasterio Velehradensi olim destinatae, quam occasione oblata adhibendam conservavisset, imitatum esse conieceris. Quae sententia eo comprobatur, quod ultimum enuntiatum arengarum utriusque chartae etiam in charta Přemysli, marchionis Moraviae, monio in Hradiště die 5. aprilis a. 1234 data (v. num. 66) eodem verborum ordine repetitur. Itaque dubitari nequit, quin haec tres chartae ab uno eodemque dictatore conscriptae sint. Qui quidem dictator idem est cum illo, quem in Roberti episcopi chartis nota ‚Robertus 3‘ insignivimus (= ‚Otakarus 5‘).

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Rubertus, dei gracia Olomucensis episcopus. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et toti sacro[a] conventui Vallis sancte Marie in Ozla, Cisterciensis ordinis, Olomucensis diocesis, in perpetuum. Inter opera karitatis precipue constat affectuosius religiosis personis misericorditer subvenire, ut deo militantibus victus et vestitus provideatur et locus inter iustorum agmina preparetur eternus. Cum igitur ex officii nostri debito benefacere singulis teneamur, illis specialius debemus ac volumus providere, qui religionis approbate vitam et habitum sunt professi et pro statu tocius ecclesie die noctuque domino deo supplicando devocius famulantur. Quocirca nos conventum et domum in Ozla tanquam filiam specialem sincere dileccionis ulnis amplexantes et defectum ac necessitatem ipsius domus diligencius attendentes et karitative supplere cupientes, propter divine pietatis remuneracionem et ipsarum sanctimonialium oracionum instanciam nec non et peticionem ac specialem dileccionem nobilis matrone nomine Heilwigis, que fundatrix eiusdem domus esse[b] dinoscitur, decimas integrales omnium villarum et ecclesiarum in

127. a) ‚sacrosancto‘ *E.* — b) ‚esse‘ *deest in E.*

agris, vineis, animalibus sive quibuslibet usuum fructibus quocunque censeantur vocabulo, quas ipsum monasterium ad presens possidet, et in posterum per largicionem principum seu baronum vel per emptionis modum aut commutacionis sive sub cuiuslibet occasionis pretextu, testamentis quoque decedencium in quibuslibet provinciis nostre diocesis perpetualiter possessurum erit, ad usus et sustentacionem ampliorem inibi deo serviencium libere et absolute sepe dicte domui [c] in perpetuum misericorditer ac liberaliter duximus concedendas; hoc tamen omnimodo providentes, ut omnibus capellanis, quibus ecclesias suas conferre voluerint, prebenda sufficiens deputetur. Et hoc ideo fecimus, quia quanto est fragilior et tenerior sexus muliebris divinis mancipatus officiis, tanto amplioribus debet vallari beneficiis et tueri presidiis. Ut igitur hec nostra donacio firma sit et stabilis, nec per aliquem successorum nostrorum valeat imposterum aliquatenus revocari, nos ipsam donacionem et donacionis memoriam presenti pagina et sigilli nostri munimine roboramus. Huius rei testes sunt: dominus Hartmannus abbas Wellegradensis, Walcuno,[d] Alexander monachi Wellegradenses, dominus Esau custos, magister Gregorius, canonici Olomucenses, Chunradus notarius Brunensis, frater Vlricus de Ozla, Johannes plebanus de Zlapanicz et alii quam plures. Datum in Crimsir anno ab incarnacione Domini millesimo ducentesimo XXX quinto.

128.

Robertus, episcopus Olomucensis, donationes praepositurae in ecclesia Olomucensi institutae et ecclesiae Olomucensi a se collatas et dispositiones de canonicorum praebendis aliasque ordinationes pias per se factas fusius enarrat et ne violarentur, excommunicatione prohibet.

— — — .

Apographum saec. XV exstat in Libro privilegiorum eccl. Olomucensis ms. saec. XV, qui in tabulario capituli metropolitani Olomucensis sub sign. E I 28 asservatur, fol. 84r—85r (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 241, num. 220 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 373, num. 795 (fragm.).

Chartam ab eodem notario verbis conceptam esse puto, qui etiam eiusdem episcopi chartam monialibus apud s. Petrum in Olomouc a. 1213 (Cod. dipl. Boh. II, num. 106) et anno fere 1220 monasterio in Louka (CDBoh. II, num 207) datam dictavit. — Charta nota temporis omnino caret, sed non recto usus est consilio Dudík, Mährens Gesch. V, pag. 59 sequ. et signanter pag. 60 nota 2, qui eam a. 1210 datam esse censuit. Chartam ad a. 1232 (nescio quo fultus argumento) posuit Boczek, cuius opinionem sequitur Erben. Nobis eam hoc loco intexere placuit, quod procul dubio non longe post annum 1233 scripta sit. Quae res ex illis locis cognosci potest, ubi marchionissa et terrae ab ea ecclesiae Olomucensi donatae commemorantur. — (Vid. etiam Dudík Gesch. Mähr. X, p. 89 sq., 258 sq.).

127. c) ‚domus' *E.* — d) ‚Waticuno' *E.*

In[a] nomine sancte et individue trinitatis. Ego Robertus, Olomucensis episcopus. Ea que debent habere firmitatem et rite sunt ordinata, merito debent[b] in scriptis redigi, ne cuiusquam invidia, fraude vel violencia valeant immutari Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod prepposituram in Olomuc instituimus, cui ad refeccionem fratrum tres villas assignavimus: villam que vocatur Dub cum duobus aratris, Dluhonicz cum aratro, Ottegriby cum aliquantis alveariis apum, redditus capelle de Cromezir, exceptis hiis, que ad sacerdotem inibi servientem, secundum quod antiquitus fuit ordinatum, pertinebant, cum aliis quibusdam rebus in Olomuncz, molendino et quibusdam curiis. Addidimus eciam ei decimam vinee nove, quam plantavimus in Pustimir. Quedam eciam addidit ei rex, secundum quod continetur in privilegio regis, in quo libertas Olomucensis ecclesie continetur,[1] quod dominus papa confirmavit.[2] Ecclesie in Pustimir dedimus ad aratrum et dimidium in ipsa villa et terram ad aratrum in Drissicz et totam terram, quam habuimus in Schelchdol; decimam trium aratrorum et proventum nostrum in omnibus vendicionibus et censu et caseorum et quatuordecim denariorum; vineam eciam, quam emimus cum arboribus infra[c] sepem eiusdem vinee contentis. Insuper addidimus ei ducentos numos de censu nostro ibi accipiendo, quia duos ordinavimus sacerdotes, ad quorum usus ista spectare debent. Et qualibet septimana due misse debent dici, exceptis aliis, una pro peccatis et altera pro defunctis, nisi infirmitas eorum prepedierit vel gravis supervenerit necessitas; et tantum, quod obmissum fuerit, debet suppleri. Ad lumen ecclesie Olomucensis dedimus qualibet septimana triginta numos, ut sancti, qui lucent in luce perpetua, nostri luminis honorentur collacione. Ut autem cresceret servicium in ecclesia Olomucensi, prebendam ordinavimus in hunc modum: villam[d] Tuczep totam cum aratro et molendino preposituře et obediencie fratrum, pro qua reficiuntur in adventu et in quadragesima, dedimus, medietatem prepositure et medietatem obediencie. Ne sit eis grave novum pascere canonicum, novo canonico assignavimus loco prebende duodecim denarios qualibet septimana de thaberna medonis in Cromezir et terram spectantem ad episcopatum in Guzssow; de redditibus, quos canonici percipiunt ante tempora ista, nichil debet habere, quoadusque ei ex consensu fratrum ita provideamus, ut bene fieri possit. Quicumque tenet vel tenuerit istam prebendam, debet succedere in primam vacantem, et tunc integre omnia cum fratribus percipere. Prebenda vero illa post hoc debet alii conferri,[e] ut probetur, qualis vite futurus sit, et sic

---

128. a) *Chartae apographo in codice haec inscriptio anteponitur:* ‚Institucio prepositure Olomucensis cum pluribus villis per Robertum episcopum Olomucensem'. — b) *ex* ‚debentur' *corr. B.* — c) *sequitur* ‚septem', *sed deletum B.* — d) *sequitur*, Tucep, *sed punctis subpositis deletum B.* — e) ‚conferre' *B.*

1) *Privilegium regis a. 1207 datum v. in CDBoh. II, num. 59.* — 2) *Confirmationem Innocentii III papae v. ibid. num. 62.*

consensu fratrum succedat in primam vacantem, et hoc in perpetuum. Prepositus et obedienciarius de villa prenominata debent dare duo prandia fratribus, et illis diebus, quando dantur prandia, una missa dicatur pro peccatis et alia de sancto Johanne evangelista, et fratres pariter conveniant. Terram episcopatus nostri in Rathay et aliam, quam ibidem acquisivimus, cum quinque marcis dedimus ecclesie Olomucensi.[3] Inde sunt cottidiane misse pro defunctis ordinate in ecclesia. De Rathay debent dari tria prandia fratribus in tribus diebus, in quibus debent dici tres misse; una pro animabus omnium fidelium defunctorum episcoporum et canonicorum illius ecclesie et anima patris et matris nostre dicetur; alia missa pro peccatis, quam diu nos vivimus, que post vitam nostram debet commutari in missam anniversarii nostri; tercia dicatur in honore sancte Crucis sollempniter. Si quid vero fratres possunt inde plus uti, utantur. Pro marchionissa ordinata est una refeccio in die sancti Johannis evangeliste; alia refeccio semel in anno; et tunc debet dici missa pro peccatis, quam diu ipsa vivit. Post mortem vero eius debet commutari in missam anniversarii eius. Memoria patris et matris eius debet esse in[f] ecclesia illa, et hoc pro illis terris, quas ipsa contulit Olomucensi ecclesie.[4] Quicquid continetur in privilegio abbatis de Wellegrad a nobis concesso et sigillo nostro munito,[5] vel in abbatis de Luca,[6] vel in abbatis de Luthomissl,[7] vel in abbatis de Gradissch, tantum de decima de Nackel,[8] vel in privilegio dominarum iuxta sanctum Petrum a nobis dato cum canonicorum testimonio,[9] totum sit ratum. Ut autem hec omnia rata permaneant, hanc paginam nostro sigillo fecimus muniri et huius nostri facti transgressores excommunicavimus. Si quis vero succesorum nostrorum dicat, facile fuit ei conferre ea, que non acquisivit, in recompensacionem collatorum respondeant pro nobis possessiones empte et recuperate, redditus episcopatus multiplicati, adaucta et emendata edificia, que omnia per se sine nostra voce nostri laboris ferant testimonium. Altare quoddam sancte Katherine consecravimus in ecclesia beati Petri, cui dedimus thabernam quandam in Prerow et terram unam ad aratrum in Beztroczicz[g] et decimam duorum aratrorum in Jarogneuicz circa Cromezir; pro hac collacione debent solvi prandium fratribus et clericis in festo ipsius virginis, et fratres debent ibi convenire et vesperas et vigilias et cetera divina officia sollempniter celebrare. Ecclesiam Olomucensem, quam vir sancte memorie Sdiko edificavit, nos post incendium, sicut hodie apparet, reparavimus, cuius patronis corpus et animam et iter nostrum commisimus. Amen.

128. *f)* ‚et' (τ) *B.* — *g)* ‚Beztrdczicz' *B.*

3) *V. ante huius tomi num. 89 pag. 103 l. 1.* — 4) *De terris marchionissae in villa Kladeruby v. ibid. pag. 103 l. 2.* — 5) *Chartam m. aug. a. 1220 datam quaeras in CDBoh. II, num. 195.* — 6) *Chartam a. fere 1220 datam v. ibid. num. 207.* — 7) *Charta desideratur.* — 8) *Charta periit.* — 9) *Vid. CDBoh. II, num. 106.*

129.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Velehrad in recompensationem damnorum, quae ei barones et milites sui in quodam bello [cum Přemyslo marchione] intulerunt, villam Volkovice in provincia Znojmensi donat.

In monasterio Velehradensi 1236 ian. 18.

Apographum exstat in codice privilegiorum monii. Velehradensis saec. XV, qui in tabulario terrae Brunnensi asservatur, fol. 14r (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 310, num. 271 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 418, num. 889 (fragm.).

Chartae exordium desideratur, quod in folio iam dudum exciso et deperdito scriptum erat. Protocollum secundum formam consuetam conieci, partim chartae num. 144 auctoritate innisus. — Stilo chartae huius et num. 144 accuratius considerato utramque chartam a quodam monii. Velehradensis monacho compositam esse puto. — Anni characteres, qui in temporis nota adferuntur, inter se discordant. Epactae quidem cum anno Domini concordant, sed indictio et annus regni ad annum proximum pertinent. — (Donationem confirmavit Přemysl, marchio Moraviae, die 1. ian. 1237, vid. num. 144).

[In nomine sancte et individue trinitatis. Wencezlaus, dei gracia Boemorum rex quartus. ....] marcescat.[a] Habito autem baronum nostrorum provido discretoque consilio ob prosperitatem tocius terre et pacem simulque salutem in abolicione peccatorum, animarum quietam mansionem horum, qui nos cum signo fidei precesserunt et usque in diem tremendi iudicii, carnis onere abiecto subsecuntur, delegavimus super altare beate virginis Marie in loco prenotato Welegrad fratribus ibidem degentibus et ipsorum successoribus imperpetuoque successuris ad serviendum deo viventi villam, que dicitur Wolkwicz, in diocesi Olomucensi, provincia Znoemensi, sitam iuxta predicti cenobii villam, que dicitur Vriskan,[b] que ville uno tantum limite, scilicet sulco aratri dividuntur, regia potestate, manu potestativa, Cisterciensis ordinis libertate, nullo contradicente, apostolica benediccione protegente, cum omnibus appendiciis suis, curiis, domibus, pratis, agris cultis, incultis, fructetis, novalibus, aquis, pascuis, viis, inviis, limitibus in emolumentum sustentacionemque vite presentis in perpetuo regia tuicione munitam et sine omni infestacione spiritalis secularisve persone possessuram. Fecimus autem hanc largam donacionem ad predicti cenobii patris venerabilis Hartmanni abbatis peticionem, quoniam desiderium, quod ad religionis propositum et salutem pertinere animarum monstratur, auctore deo sine aliqua est dilacione complendum, qui una cum fratribus sibi commissis ibidem deo famulantibus dampnum ecclesie sue a[c] baronibus et conmilitonibus nostris in quodam bello ad quingentas libras illatum estimaverunt. Sed cum dicat scriptura

129. *a) Quae in chartae autographo ante hoc verbum scripta erant, deperdita sunt. In margine inferiori folii 13v codicis Velehradensis adnotatur:* Desunt hic duo folia. — *b) ita B loco* ,Vrishan' *(cf. CDBoh. II, pag. 226, l. 36).* — *c)* ,quod a' *B.*

‚qualia seminaverit homo, hec et metet‘,[1] ne talionem inpuniti mali meteremus, et ut dictum est, pro refrigerio animarum fundatorum precedencium, quam et post sequencium et salute vivencium, villam prescriptam inviolabiliter retinendam, nec ullo modo retractandam, quia sane terrenum seminatur, cum celestium messio exspectatur, in Welegrad tradidimus dei genitrici ea iuris dicione, sicut regiam condecet dignitatem, ea tranquillitate simul et libertate, quam in nostra fuit potestate; hanc igitur delegacionem regiam liberamque donacionem omnium privilegiorum Cisterciensium iure regia potestate sanccimus et sanccitam confirmamus, decretorum nostrorum iura edicentes, ut nullus successorum nostrorum seu baronum sive militum vel iudicum seu eciam omnium hominum nostri regni subditorum, spiritualium seculariumve personarum inposterum antiqui hostis suggestione predictos fratres in Welegrad super villa Wolkwicz dicta, seu et limitibus suis audeat indebite infestare. Statuimus eciam et districte inhibemus sine preiudicio monasterii pretaxati, ut si qua ecclesiastica secularisve persona, quod absit, contumaciter donaria nostra et instituta nostra infringere presumpserit, XXX libras auri purioris camere nostre persolvet et in successorum nostrorum fisco nichilominus omni occasione semota de eisdem tenebitur obligata, sciens se in hoc regiam nostram offendisse maiestatem, super qua cum rebus, quam honore et corpore omnisque ipsius successiva posteritas privabitur, nec aliquo medio regie reconciliabitur dignitati, nisi prius pro iniuria illata et edicto nostro inviolabiliter observando et beate Marie, que naufragantibus de huius mundi salo luctuoso enatantibus portum salutis parat, fratribusque in Welegrad ei eiusque filio primogenito, omnipotentis unigenito, famulantibus secundum omnium satisfaciat voluntatem; preterea superni regis arcana cordium rimantis graciam se demeruisse et apostolicam excommunicacionem, anathema sacerdotum, bannum episcoporum ecclesieque eliminacionem et tocius ordinis Cisterciensis lacrimas in conspectu iusti iudicis super iniuriis indebite exactis contra se fusas recognoscat. Predicimus eciam omnis iniurie exaccionem, statuentes, ut nullus inibi subditorum nostrorum familiarium seu baronum hac illacque vagancium sine permissione patris spiritalis ab ipsoque inofficiatis a predicte ville ruricolis[d] audeat expostulare vel quidquam potestative exaggerare, quia potentis peticio non minus raptore iniquo[e] equipperatur. Ut autem hec omnia inconvulsa et incontaminata et inconcussa iugiter perseverent, sicut regum decent edicta, presentem paginam memorie omnium retinendam in honore regis eterni eiusque pie genitricis Marie ad sepedictorum fratrum profectum, sigilli nostri inpressione et appensione, testibus subscriptis privilegiorum decretis corroboramus. Huius rei testes sunt: dominus Wipertus prepositus de sancto Ypolito, Otto capellanus et canonicus Bolezlawiensis, Thimo capellanus et canonicus Wissegradensis,[f] Johannes capellanus et canonicus Lwtomiricensis, comes Lutoldus de Hardek, comes Arnoldus de Hvswalde; barones Boemorum: Zdezlaus

129. *d)* ‚ruriclis‘ *B.* — *e)* ‚inquo‘ *B.* — *f)* ‚Wissagradensis‘ *B.*

1) *Cf. Galat. VI, 8.*

summus camerarius, Bohuslaus filius Zlavconis, Witigo senior et Witigo iunior fratres, Witigo cum fratre suo Zezema filii Henrici de Nowa domo, Zwoyssa filius Bohuzlai, Zdezlaus de Hilmez, Zlavibor, Radozlaus, Pulecz; barones Morauie de Znoem: Hruto burgravius, Wrisso camerarius, Militsk, Idic fratres, Wolik, Wilhelmus et Lupoldus fratres, Zerriho et Zcsaztolo[g] fratres de Budisin, Bernardus, Lutherus, Herwicus fratres et alii quam plures, tam clerici, quam laici.[h]

Acta sunt hec in Welegradensi monasterio publice coram baronibus Boemie et Morauie, venerabili abbate Hartmanno, eiusdem cenobii patre, omni precum instancia deposcente. Datum per manus dilecti notarii nostri et capellani Wilhelmi, anno incarnacionis Domini MCCXXXVI XV kalendas februarii, epacta XI, indiccione X, anno regni nostri IX Regnante domino nostro Jesu Christo. Amen.

130.

Venceslaus I., rex Bohemiae, denuo hospitalis sancti Francisci ab Agnete, sorore sua, Pragae constructi protectionem suscipit, cui et exemptionem et privilegia, quibus ecclesia in Vyšehrad dotata est, concedit; constituit, ut malefici, qui infra terminos curiae hospitalis confugerint, illaesi sint.

Pragae 1236 [ante febr. 6].

Apographum insertum est renovationi Přemysli Otakari II. regis datae Pragae 1269 maii 1, cuius autographum in tabulario ordinis Crucigerorum Pragae asservatur (B).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 429, num. 921 (extr.).

Charta repetit verba fere omnia privilegii, quod rex die 21. mart. a. 1234 claustro s. Francisci et hospitali ad idem pertinenti concessit (vide ante num. 62); a cuius tenore paucis tantum additis et nonnullis omissis discrepat. — In temporis nota quidem annus 1237 nominatur, cum quo annus regni VIII non congruit. Si annum regni accurate sequi volueris, chartam ante diem 6. februarii a. 1236 datam esse censueris. Cum autem exempli dictator annos regni simpliciter ab a. 1228 computet (vid. ante pag. 66 l. 21), charta etiam posterioribus anni 1236 mensibus asscribenda esset. Sed certe ante diem 17. augusti 1236 datam esse ex eo cognoscitur, quod in ea Johannes II., episcopus Pragensis, testis adfertur.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Nos Wenceslaus, dei gracia quartus rex Bohemorum, universis fide christiana preditis in perpetuum. Actiones humane, que sub tempore sollempniter celebrantur, cum tempore defluere consueverunt et sepius propter incertos rerum eventus cassantur, ita quod nullam efficaciam sorciuntur; expedit igitur et omnino necesse est, quod ea, que per longevum temporis cursum possunt a memoria decidere et facillime annullari, litteris et testibus perhennentur. Ad abstergenda igitur tocius ambiguitatis vestigia noscat tam presens hominum etas quam in Christo successura posteritas, quod nos * hospitale * sancti Francisci, quod soror nostra domina Agnes solummodo ad usus infirmorum et peregrinorum seu aliorum pauperum ad idem confluencium

129. g) ‚Zdaztolo' *B.* — h) ‚et alii—laici' *demum post* ‚deposcente' *ponitur in B, quod procul dubio describentis incuria factum est.*

ex summa devocione Prage construxit, **cum omnibus, que nunc possidet vel in posterum iuste possidebit,** in regiam protectionem suscipimus concedentes eis[a] plenissimam libertatem et eciam omnem exempcionem cunctaque privilegia, que a nobis vel ab antecessoribus nostris data sunt ecclesie Wischigradensi; addentes eciam, quod quicumque aliquam rebus **vel** personis, ubicumque fuerint, ad * hospitale pertinentibus violenciam vel iacturam intulerit, in bannum regium cadat pariter et offensam. Insuper quicumque reus vel homicida aut qualiscumque flagiciosus infra terminos curie * hospitalis predicti confugerit, nullam calumpniam penitus paciatur, et quicumque ibidem violenciam inferre presumpserit, indignacionem et bannum regale se noverit incursurum. Testes autem huius rei sunt hii: venerabilis Pragensis ecclesie Johannes episcopus et Peregrinus quondam eiusdem ecclesie episcopus, Arnoldus prepositus Wischigradensis et cancellarius aule regie, Eppo Pragensis prepositus et eiusdem ecclesie totus conventus, Hermannus prepositus Lutmiricensis, Bohuto prepositus Bolezlauiensis. Laici: Stezlaus camerarius, Groznata, Heinricus filius Witigonis, Budizlaus et Jarozlaus fratres, Mstidruch[b] castellanus Pragensis *, Ypoch castellanus Wischigradensis, Zlavnik castellanus, Noztup prefectus de Primda[c], * Zawise subcamerarius et **quam plures alii regni nostri fideles.** Cum autem hoc statutum cum nostro consensu et favore sit sollempniter celebratum, volentes ipsum perpetue firmitatis vigore roborari, presentis scripture seriem conscribi fecimus et sigillo nostre sublimitatis iussimus insigniri.
Acta sunt hec anno dominice incarnacionis **MCCXXXVII**[d] * regni nostri anno **VIII.** Datum apud Pragam per manum Wilhelmi notarii.

131.

Fridericus II., imperator Romanorum, regi Bohemiae et aliis principibus excessus enormes a Friderico, duce Austriae, contra imperium perpetratos enarrat hortaturque, ut in eius correctionem insurgant.

[Augustae 1236 iun.]

Epistolam servavit Petri de Vineis collectio lib. III, c. 5. — Textum eius praebent inter alios: cod. Panormitanus principis Fitaliae saec. XIV in ep. 106 (F); cod. Vindobonensis bibl. nationalis num. 590 fol. 157 ep. 279 (V); cod. Parisinus bibl. nation. suppl. lat. num. 165, 4. quaternionem epistolarum s. XIV complectens (P).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, p. 225, num. 207 = Erben, Reg. Boh. I, p. 358, num. 765 (perperam ad a. 1230). — Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II, t. IV, p. 852. — Weiland, Constitutiones II (Mon. Germ. leg. sect. IV) p. 269, num. 201 (cuius editionis tantum fragmentum repetimus). — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2175.

Huillard encyclicam mense fere maio a. 1236, cum imperator Confluentiae moraretur, regi Bohemiae a curia absenti missam esse censuit. Cui opinioni repugnare videtur, quod litterae adhortatione, qua rex ad curiam comparere aut contra principem proficisci iubeatur,

---

130. a) *ita B, sed procul dubio eadem lectio iam in autographo posita erat, quod autographi scriba hoc loco exemplum suum, in quo recte* ‚eis' *scribitur, mutare neglexit.* — b) *ex* ‚Mstriduch' *corr. B* — c) ‚Prmida' *scribae incuria B.* — d) *ita procul dubio scribae incuria B;* ‚MCCXXXVI' *corrigendum esse suadet annus regni.*

carent. Quam ob rem Ficker l. l. haud dubie rectius mense demum iunio scriptas esse putat, tempore dietae Augustae habitae, cum imperator a rege Bohemiae nec non a duce Bavariae adductus esset, ut duci Austriae bellum inferret. Qui quidem vir doctus encyclicam pro libello quodam accusatorio habet destinato qui vulgaretur eo consilio, ut imperator procedendi adversus ducem Austriae publicam rationem redderet. Cui speciem epistolae regi Bohemiae inscriptae datam esse ob eam rem, quod ille omnibus principibus, qui curiae Augustae celebratae intererant, potentia longe praestitit. — Ceterum vid. Ficker Adolf, Herz. Friedrich II, d. letzte Babenb., pag. 51; Thiel, Krit. Untersuchungen üb. die im Manifest.... vorgebrachten Anklagen. (Prager Studien aus d. Geb. d. Geschichtswiss. XI).

Fredericus etc. Illustri regi Boemie, dilecto principi etc.[a] Inviti trahimur ad tuam et aliorum noticiam principum adversus[b] ducem Austriae materiam publice questionis afferre, cuius levitas ducta motibus[c] inconsultis adeo processit in publicum et eius temeritas contra honorem nostrum et imperii dignitatem verbo et opere attemptata nos tam graviter provocavit, ut transire non possimus ulterius incorrectos[d] sue levitatis excessus. — — Nuper[1] autem in Alamaniam[e] venientes, tantam[f] de ipso fiduciam[g] habebamus, quod non dubitavimus[h] personam nostram per terram suam Stirie[i] committere, ut ei daretur maior de gracia nostra presumpcio, et ad nostra beneplacita se magis obsequiosum et benivolum exhiberet. Ipse vero, dum essemus in eadem terra sua, non[k] erubuit duo milia marcarum a nobis exigere pro guerra tibi et illustri regi Ungarie[2] facienda. — — Interim eciam non contentus, quod conterminum sibi regem turbaverat, principes imperii, videlicet te regem Boemie, venerabilem Salisburgensem archiepiscopum,[3] Babenbergensem[l],[4] Patauiensem[m],[5] Ratisponensem[6] et Frisingensem[n][7] episcopos, Bauarie ducem[8] et Morauie marchionem[9] fecit[o] offendere, auferens eis[p] iura et redditus, quos in Austrie et Styrie[q] ducatibus[r] possidebant. Ad cuius ulcionem tanta moles principum irruisset, nisi quod pacem imperii turbare vitantes nobis et imperio detulerunt, sepe coram nobis per litteras et nuncios querimonias[s] deponentes. — — Pro[t] quorum[u] ineffabili malorum cumulo mota fuit sepe nostre[v] preeminencia dignitatis; set paterni servicii memores volumus cum lenitate procedere, intendentes a via mala virum impium revocare. Quapropter monuimus eum et benigne rogavimus, ut ad colloquium preterite curie[x] preterita yeme

131. *a) ita F;* ,Fridericus etc. regi Boemie' *V.* — *b)* ,talem' *addit F.* — *c)* ,moribus' *F.* — *d)* ,incorreptos' *F.* — *e)* ,Alamannia' *F.* — *f) ita V;* ,tantum' *P.* — *g)* ,confidenciam' *V, P.* — *h)* ,ei' *addit P.* — *i)* ,Sirie' *F;* ,Syrie sibi' *V; deest P.* — *k)* ,non' *deest F.* — *l)* ,T. Brandaburgensem' *F;* ,Brandenburgensem' *V;* ,b~ndeburg.' *P.* — *m)* ,et tal. epictauensem' *F;* ,Pictauiensem' *V.* — *n)* ,tal. efrisigensem' *F;* ,et Fris.' *desunt P.* — *o)* ,multipliciter cepit' *V, P.* — *p)* ,ei' *F, V.* — *q)* ,Syrie' *F, V;* ,Sicilie' *P.* — *r)* ,ducatis' *F.* — *s)* ,querimonias' *deest V, P.* — *t) deest P.* — *u)* ,quo' *F.* — *v)* ,nostra' *F, P.* — *x)* ,preterite curie' *desunt V, P.*

1) *Mense maio a. 1235.* — 2) *Belae IV.* — 3) *Eberhardum II.* — 4) *Ekebertum.* — 5) *Rudigerum.* — 6) *Sifridum.* — 7) *Conradum I.* — 8) *Ottonem II., palatinum com. Reni.* — 9) *Přemyslum.*

indictum Auguste[10] veniret, ubi de restitucione status sui comparanda[y] cum predictis principibus et tecum[z] et[a] abolenda infamia supradicta eum alloqui et cum eo disponere volebamus. — — Qui cum nec deum timeat, sicut dicit, nec velit terrenum dominium revereri, nature[b] reverenciam non[c] observans, nobilem dominam matrem suam suis bonis omnibus spoliatam de terra sua turpiter effugavit, et si manus in eam inicere potuisset, ubera eius infelix homo precidere minabatur. Et nisi[d] ad te, dilectum principem nostrum et affinem,[e] confugium habuisset, cum consilio tuo ad presenciam nostram accedens, non haberet, ubi capud tante nobilitatis domina reclinaret. — — Quibus omnibus lacessiti,[f] cum tanta esset ipsius iniquitas, ut veniam mereri non posset, ad tot querimonias principum in nostra presencia replicatas, ad querelas et lacrimas matris sue petentis de sede nostra iudicium, — ad condignam eius correccionem[g] exigente iusticia duximus insurgendum, responsuri stulto secundum stulticiam suam, ne sibi sapiens videatur, set[h] discat[i] per se ipsum, qualiter deum timere debeat et nos et imperium teneatur modis omnibus revereri. Que omnia tibi et aliis principibus nostris duximus exponenda, ut rei certitudo ad eius exterminium pateat universis.

132.

Fridericus II., imperator Romanorum, foedus armorum init cum Venceslao I., rege Bohemiae, aliisque principibus imperii et episcopis adversus Fridericum II., ducem Austriae et Styriae.

Augustae 1236 iun. 27.

Autographum in membrana scriptum (quondam tabularii episcopalis Pataviensis) in tabulario Bavariae generali Monacensi asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 312, num 272. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 419, num. 892. — Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II, t. IV, pag. 883. — Weiland, Constitutiones (Monum. Germ. leg. sect. IV.) tom. II, pag. 272, num. 202. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2176.

Fridericus,[a] dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, || quod nos dilectis principibus nostris subscriptis, videlicet W.,[1] illustri regi Boemie, dilecto affini nostro, E.[2] Babinbergensi, || R.[3] Patauiensi episcopis, O.[4] duci Bawarie, comiti

131. *y)* ‚compaciando eum' *V;* ‚complacandi' *P.* — *z)* ‚de omni' *V, P.* — *a)* ‚et' *deest F, V, P.* *b)* ‚nec' *V, P.* — *c)* ‚non' *deest P.* — *d)* ‚Nisi et' *F.* — *e)* ‚princ. nostrum affinem' *F;* ‚princ. et affinem nostrum' *V, P.* — *f)* ‚lacessitis' *F, P.* — *g)* ‚ulcionem' *P.* — *h)* ‚et' *V.* — *i)* ‚ammodo' *V.*

10) *Mense octobri exeunte a. 1235.*

132. *a)* ‚FR' *A.*

1) *Wenceslao I.* — 2) *Ekeberto.* — 3) *Rudigero.* — 4) *Ottoni II.*

palatino Reni, et O.[5] marhioni[b] Brandenburgensi firmiter promisimus, quod cum Friderico,[c] duce Austrie et Styrie, contra nos, honorem et dignitatem nostram et imperii gravia nimis et illicita moliente,[d] nullas treugas, pacem vel concordiam faciemus contra ipsorum voluntatem et consensum et quod eis contra ipsum et omnes suos fautores efficaciter assistemus; et si quid gravaminis dictis nostris principibus a quacumque persona vel quocumque casu acciderit pro hoc facto, nos eos iuvabimus, sicut nostram condecet maiestatem. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri. Datum apud Augustam XXVII iunii, VIIII[e] indictionis.

Autographo appendet e scidula membranae sigillum imperatoris valde laesum idem atque illud, cuius imaginem dedit Posse, Die Siegel d. deutschen Kaiser u. Könige tab. 29, num. 3.

133.

Fridericus II., imperator Romanorum, monasterio in Berchtesgaden privilegium tuitionis die 15. febr. 1213 concessum confirmat. — Inter testes: W. rex Bohemie.

Augustae 1236 iun. [ex.]

Monum. Boica XXX, I, pag. 246, num. 741. — Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II, t. IV, pag. 885. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 418, num. 891. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2177.

134.

Fridericus II, imperator Romanorum, privilegium quondam a Friderico I. die 6. aprilis 1157 Judaeis Wormaciensibus indultum totidem verbis repetens ad omnes Judaeos Alemanniae ad cameram imperialem immediate spectantes extendi declarat idemque sententiam curiae pronunciat, qua Judaei occisionis ritualis puerorum Christianorum innocentes esse cognoscuntur. — Inter testes: W. rex Boemie.

Augustae 1236 mense iulii.

Mon. Germ. Leg sect. IV: Constitutiones II, pag. 274, num. 204 (e transsumpto a. 1360). — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 14727.

135.

Venceslaus I. rex Bohemiae, monasterio in Oslavany ius patronatus ecclesiarum in Neukirchen et in Mohelno a Přemyslo fratre suo concessum confirmat.

Apud Kamýk 1236 iul. 31.

---

132. *b) ita A. — c)* ‚Frider' *A. — d) corr. in A.* 5) *Ottoni III.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnae asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 313, num. 273 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 419, num. 893 (fragm.) — Grünhagen, Reg. z. schles. Gesch. I, num. 495.

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 18' signamus. Cuius quidem scribae manu exarata est etiam charta Roberti episcopi eidem monasterio a. 1237 data (v. num. 171). Cum autem eadem manus iam in nulla alia charta alio destinatario data inveniatur, dubium esse non potest, quin charta ab aliquo scriba monasterii in Oslavany scripta sit. — Sermonis genere et stili proprietatibus chartarum num. 32, 105, 124 aliarumque consideratis, cognoscitur chartam ab Vilhelmo, regis notario, verbis conceptam esse. — In temporis nota dictator aut scriba in eo erravisse videtur, quod nomen mensis currentis loco mensis proxime sequentis posuit. Cum enim mense iunio exeunte et iulio ineunte Venceslaus rex Augustae in curia imperatoris moraretur (v. num. 132—134), chartam hanc demum „pridie kal. augusti" *(=31. iulii) datam esse puto.*

§ In nomine sancte et individue trinitatis amen. § Nos Wencezlaus, dei gracia quartus Bohemorum rex, universis || tam presentibus quam futuris hos apices inspecturis in salutis auctore salutem. Actiones, que ratione pietatis con-|| grue ac iuste fiunt ex devotione pro Christo, ut stabiles ac firme permaneant, necessarium et decens est, ut scripti[a] memoria ad repressionem || totius calumpnie confirmentur. Hinc est quod significandum duximus universis, quod nos largam donationem Premizl fratris nostri, illustris marchionis Morauie, super iure patronatus ecclesiarum, videlicet Noue ecclesie site in terminis Oppavie et de Mohiln ecclesie[b] circa ipsum claustrum Oslawa site dicto cenobio in Oslawa et deo ibidem famulantibus iure perhenni confirmamus, ut exinde earum inopie aliquantulum provideatur. Ad cuius rei evidenciam et perpetuam stabilitatem, ne in posterum super predicta donatione et confirmatione a malingnis malingnorum hominum suggestionibus aliqua possit calumpnia suboriri, presens scriptum sigilli nostri caractere iussimus insingniri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto. Datum apud Camik per manum notarii Wilhelmi pridie kalendas iulii.

Autographo appendet e filis sericis sigillum regis e cera communi confectum idem atque in charta num. 15 (v. superius pag. 15 huius tomi).

136.

Venceslaus I., rex Bohemiae, villam Líbeznice, ad praebendam Marquardi, canonici Pragensis, spectantem ab exactione boum aliorumque animalium ad mensam regiam liberat et incolas villae a testimonio, quod „osada" appellatur, exemptos esse decernit.

Pragae 1236 [ante aug. 17].

135. *a)* ‚ſpti' *scribae incuria A. — b)* ‚ecclesie' *eadem manus eodem atramento super lineam addidit A.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli metropolitani Pragensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 419, num. 895 (fragm.).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 19' appellamus, exaratum est. (Litterarum ductu et formis cum autographo chartae Přemysli Otakari I. regis capellae s. Venceslai in castro Pragensi a. 1227 datae [v. CDBoh. II, num. 306] comparatis, scribam e clericorum ecclesiae Pragensis numero fuisse mihi quidem verisimile esse videtur). Chartam extra cancellariam regiam dictatam esse puto. — In temporis notatione dies quidem non adfertur, sed chartam ante diem 17. augusti a. 1236 datam esse ex eo cognosci potest, quod inter testes Johannes II., episcopus Pragensis, nominatur.

In nomine sancte ac individue trinitatis amen. W., dei gracia Boemorum rex, omnibus Christi fidelibus presentem paginam ‖ inspecturis salutem in eo, qui in se sperantibus dat salutem. Cum mortalium facta fragili non sint memorie commendanda, nisi scriptis et testibus firmius roborentur, vobis presenti serie notum facimus, nos ad instanciam Pragensis ‖ capituli dilecto capellano nostro Marquardo, Pragensi canonico, et omnibus ipsius successoribus cessisse liberaliter et benigne ab exactione boum et ceterorum animalium, quod vulgariter dicitur narez, ad mensam regiam pertinencium, que preter iuris ordinem quidam de nostris officiariis in villa Lubeznic vulgariter nominata, Pragensi ecclesie appendenti, ex quadam iniusta consuetudine exigebant; camerarii etiam nostre curie ibidem homines in testimonium cause citatorie, quod vulgariter dicitur ossada, secum trahebant et eiusdem ville incolas super hiis graviter opprimebant. Ut ergo predictus M. canonicus et omnes ipsius successores, remotis omnibus impedimentis, iam dictam villam ab exactione possideant liberam et immunem, nos eis super hoc veritatis testimonium peribentes presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Preterea si a nostris camerariis vel ceteris officiariis aliquid contra predicta fuerit attemptatum, nos vanum et frivolum habentes ipsis auctoritatem concedimus modis omnibus, quibus poterunt, repugnandi. Actum est hoc Prage anno dominice incarnacionis M^c^C^c^XXX^o^VI^o^, presentibus his testibus, videlicet: Pragensis ecclesie episcopo Johanne, camerario regis domino Sdeslao, Chastolao cum suo fratre Henrico, Alberto iudice, subcamerario regis Zauisse, Vitcone patre eius, patruo eius altero Vitcone, Bohuslao filio Slauconis, Budislao filio Jaroslai,[a] Jaroslao et Gallo filiis Marquardi, Zbraslao subpincerna, Zobeslao subdapifero, Zvatoborio, Zlaunic, Vaccone et Bohuslao duobus fratribus, Rudolpho dapifero, Pribislao et Drisislao filiis Pricos, Voccone, Drisislao filiis Benes.

Autographo appendet e filis sericis coloris rubri sigillum regis de cera communi confectum idem atque in num. 15.

---

136. a) ‚i' *in loco raso, ubi antea* ‚o' *positum erat, eodem atramento corr. A.*

137.

Venceslaus I, rex Bohemiae, fratres Hospitalis s. Mariae Teutonicorum Hierosolymitani in regno suo constitutos protegendos suscipit, omnes possessiones eis a Conrado, duce Bohemie, Vladislavo, marchione Moraviae, aliisque nobilibus donatas confirmat eisque libertates et immunitates concedit.

Pragae 1236 sept. 28.

Apographum insertum est confirmationi Přemysli Otakari II. dd. in Hradec [Reginae] 1251 apr. 5, cuius autographum in tabulario Boruss. Regiomontano (Königsberg) asservatur (A).

Voigt, Gesch. d. Ballei d. deutschen Ordens in Böhmen, pag. 56 = Emler, Reg. Boh. II, pag. 1161, num. 2644 bis (fragm.).

Charta repetit verba fere omnia privilegii, quod Přemysl Otakarus I. rex die 26. augusti 1222 (v. CDBoh. II, num. 239) ordini Teutonico concessit.

Ego [a] Wencezlaus, rex Bohemie quartus, Hermanno, magistro hospitalis sancte Marie domus Teutonicorum Jerosolimitani, eiusque fratribus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Cum regie excellentie et munificentie beneficia ad omnes generaliter extendi debeant, nostra tamen consulte decrevit serenitas eos tueri potencius et fovere clemencius, qui divinis insudantes obsequiis non solum res suas pro terre sancte defensione largiter expendunt, sed etiam corpora sua animo inperturbato et affectu pio gravissimis periculis devocius exponunt. Noverit itaqúe tam presens etas quam futura posteritas, quod nos domus et possessiones et fratres hospitalis sancte Marie * [b] Theutonicorum Jerosolimitani et insuper omnes in [c] eorum possessionibus habitantes, constitutos in regno nostro,* sub nostre magnitudinis recepimus protectionem et omnes possessiones cum omnibus appendiciis suis, quas vel nos eidem domui contulimus, vel inclite memorie dux Conradus Bohemie, vel pie recordacionis * Wladizlaus, marchio Morauie, vel etiam alii nobiles viri vel ingenue matrone, seu etiam alii Christi fideles minoris facultatis et potencie prefate domui contulerunt, eidem libere et pacifice possidendas nostra regia auctoritate confirmavimus. Emancipavimus etiam omnia predia eis collata et conferenda cum eorum colonis et inquilinis et omni familia, sive sint liberi, sive servi, ab omni iure ad usus nostros vel nobilium a nobis inbeneficiatorum vel ceterorum officialium spectante vel utilitate secundum morem terre pertinente vel accrescente; hoc statuentes, ne quis prenominatam domum aliquo modo super hiis iusticiis vel consuetudinibus vel commoditatibus, que usui regni vel nobilium vel ceterorum competere videbantur, audeat impetere vel gravare, vel ea, que a nobis concessa sunt, in irritum revocare. Ubi autem eos ab omni iure generaliter absolvimus, non est necesse, ut de aliqua iuris specie aliquis questionem debeat movere. Addidimus etiam, quod firmiter sanctimus ipsos et eorum homines per thelonea transeuntes nullum dare passagium pro se ipsis vel pro aliquibus rebus ad domum eorum spectantibus, nisi sint mercatores eorum publici, qui pro commodis propriis ampliandis laborant, quos a theloneis non absolvimus. Si vero contigerit, quod aliquis occidatur ab hominibus eorum,

137. a) *Ante* ‚Ego‘ *invocatio scribae incuria omissa esse videtur A.* — b) ‚domus‘ *hoc loco omissum esse cognoscitur ex privilegio Otakari I. regis a. 1222 aug. 26 dato.*

et amici occisi velint occisores de homicidio impetere, in curia nostra respondeant, res vero occisorum in providencia fratrum permaneant. Si autem fur vel predo manifeste in ipso actu deprehenditur, bona furis fratribus remaneant et ipsi secundum consuetudinem terre a nostris iudicibus puniantur. Si vero naroc, quod latine vocatur accusatio furum vel nocturnorum predonum super eorundem homines evenerit, iudicio astent curie secundum morem terre, in nullo nostre celsitudini nec nostris quoad aliquam utilitatem responsuri, sed omnis culpe satisfactio cedat in usus fratrum; et tamen homines, qui rei fuerint comprobati, adversariis satisfaciant. Si vero homo accusatus per honestos vicinos suos fide eorum requisita fuerit[c] absolutus, curie non respondeat, et hoc diligenter notandum, quod ubi eos ab omni utilitate nostra et nostrorum absolvimus, nichil iuris quoad hoc nostre magnitudini vel nostrorum commoditatibus retinemus. Nullus etiam cogat fratres aut homines eorum ad aliquod servile officium, vel pro castrorum edificacione, vel pro aliquo servicio tali, quod eis sit ad impedimentum libertatis sue, quia plenam et integram in omnibus possessionibus suis eis concessimus libertatem, ita ut et ipsi de hominibus suis disponant omnia ad profectum domus. Cum igitur celebris memorie imperatores magnifici et alii gloriosissimi reges prescriptam domum amplissimis ditaverint possessionibus et muniverint privilegiis, nos etsi eis non equamur diviciis, tamen pro posse nostro volumus eis beatis parificari meritis; ideoque indulsimus eis, quod sive maiores sive minores in regno nostro constituti proprias possessiones eidem domui contulerint, vel ipsi aliquas iustis condicionibus vel debitis modis acquisierint,[d] ab omni prefato iure ad usus nostros vel nostrorum accedente, secundum quod superius est determinatum, easdem possessiones esse liberas et absolutas, ut per hanc indulte libertatis concessionem et utilitatis nobis debite collacionem nostre clemencie aput deum et ipsius matrem nostra merita sint favorabiliora et excellenciora. Ut autem hec nostre constitutionis pagina tam serenissimis temporibus nostris quam futuris robur habeat et firmamentum, eam nostre sublimitatis bulla fecimus insigniri; districte sanctientes, ut quicumque has libertates vel indulgencias temere transgressi fuerint, vel ea, que a nobis vel predecessoribus nostris * vel ab aliis viris fidelibus eidem domui sunt collata, violenter invaserint vel abstulerint, pena decem marcarum auri in nostram cameram solvendarum puniantur; ita tamen, ut prius lesis satisfaciant. Huius rei testes sunt: Peregrinus episcopus quondam Pragensis, Arnoldus Wisegradensis prepositus, Mstidruh castellanus Pragensis et Lipoch filius fratris sui, Brechizlaus frater Chirnini, Bohuzlaus filius Zlauconis, Budizlaus filius Jarozlai et alii quam plures.

Actum Prage anno dominice incarnationis M°CC°XXX°VI, IIII° kalendas octobris, indictione nona.

138.

Venceslaus I., rex Bohemiae, fratribus Hospitalis sanctae Mariae Teutonicorum privilegium ab Otakaro I, rege quondam concessum renovat et confirmat privilegii tenore totidem verbis inserto.

Pragae 1236 sept. 28.

Autographum in membrana scriptum in musaeo Czartoryskiano Cracoviae asservatur (A).

---

138. c) ‚fuerit‘ *describentis incuria omissum supplevi ex eodem privilegio.* — d) ‚aquisierint‘ *A.*

Dudík, Archive im Kgr. Galizien in: Arch. f. Kunde österr. Gesch. XXXIX, pag. 99 (extr.) = Emler, Reg. Boh. II, pag. 1162, num. 2645 bis (reg.).

Autographum manu scribae, quem signo ‚Venceslaus 20' notamus, exaratum est; quae manus iam in nulla alia eiusdem regis charta deprehenditur. Notandum, quod eadem die Hospitale adhuc alteram eiusdem privilegii renovationem accepit, in qua solo, regis nomine mutato antiqui privilegii verba simpliciter repetuntur (v. num. 137).

C· ‖ In nomine sancte et individue trinitatis amen. ‖ Wenzeslaus, dei gratia rex Boemorum quartus, universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam generatio venit et generatio preterit, sicque noticia omnis eorum, que fiunt sub tempore, finem habet, nisi litterarum testimonio perhennetur: ‖ ideo ut speramus pater noster Odakir, illustris quondam rex Boemorum[a] pie recordationis, deo devotis fratribus domus hospitalis sancte Marie Teuthonicorum Iherosolimitati[b] multas et bonas ‖ contulit libertates sub huius privilegii firmamento: C· In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Odakir, rex Boemorum tercius, Hermanno, magistro hospitalis sancte Marie, *etc.*[1] Nos igitur ipsius libenter volentes devotionis vestigia imitari, pro labore continuo, quem fratres sepius[c] memorati fideliter et ferventer in partibus faciunt transmarinis et etiam in Prutia pro ecclesia dei contra barbariem paganorum, cuius videlicet laboris participationem affectamus in premio, iam scriptum auctenticum sollempniter renovamus et quicquid continetur in eo, nullam facientes exceptionem, habemus ratum presentium auctoritate bulla[d] nostre maiestatis apposita confirmantes. Huius renovationis sive confirmationis testes sunt hii: Peregrinus episcopus quondam Pragensis, Arnoldus Wisgradensis prepositus, regalis aule cancellarius, Epo Pragensis prepositus, Mizstidruhe castellanus Pragensis et Lipcz filius fratris sui, Brezizlaus frater Chirne, Boguzlaus filius Zlauconis, Budizlaus filius Jerozlai, Nebelahz et Bugezlaus frater suus, Budiuoy et Witigo filii Zawisi et alii quam plures. Actum Prage anno dominice incarnationis MCCXXXVI, quarto kalendas octobris, indictione nona.

Autographo appendet e filis sericis rubris sigillum Venceslai I. regis, e cera communi confectum, eadem forma expressum atque chartae num. 15 sigillum.

139.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Chotěšov hereditates suas, quae bohemice „kladské" vocantur, in villa Hořikovice donat.

— *1236* —

138. *a)* ‚Boem̄' *A.* — *b) ita scribae incuria (loco* ‚Iherusolimitani'*) A.* — *c)* ‚e' *ex litterae* ‚p' *hasta, statim post* ‚s' *posita, inter scribendum correcta est A.* — *d) ita A, quod dictator exemplo suo bulla aurea instructo temere atque inconsiderate nisus est.*

1) *Sequitur privilegium Přemysli Otakari I. regis datum in Olomuc 1222 aug. 26 totidem verbis descriptum; quod iam in CDBoh. tomo II, pag. 229, num. 239 dedimus.* — 2) *Nomina testium hucusque scripta cum altera eiusdem privilegii renovatione (num. 137) congruunt, excepto Eppone Pragensi praeposito, cuius nomen superius suo loco insertum est.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario ministerii rerum internarum Pragae asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 419, num. 894 (fragm.)

Autographum exaratum est manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 21' signamus. Qui quidem scriba etiam chartam eiusdem regis die 12. aprilis 1237 monasterio in Teplá datam (v. num. 158) exaravit. (Scribam e monasterio Teplensi provenisse puto). — Forma corroborationis considerata, chartam a Vilhelmo, regis notario, dictatam esse crediderim. In charta conscribenda dictator usus est charta, quam monasterium in Chotěšov die 17. februarii a. 1235 accepit (v. num. 104), cuius partem totidem verbis repetit. — Post diem 6. februarii chartam datam esse annus regni docet. In temporis notatione epactae perperam computatae sunt.

Wencezlaus, divina gratia rex Boemorum, universis Christi fidelibus, tam presentibus quam‖ futuris in perpetuum. Rex regum et dominus dominantium, per quem vivimus et regnamus, id a nobis spe‖cialiter exigit, quod ad profectum et pacem suorum respicit devotorum. Hinc est quod ipsius ‖ intuitu hereditates, que vulgariter claske vocantur, quas in villa Horekowiz habuisse dinoscimur, cum attinentiis suis pleno iure in veram proprietatem dedimus et contulimus Hotessowicensi ecclesie * libere possidendam.[a] Et ne, quod absit, prefate ecclesie aliquid dubietatis possit super hoc in posterum suboriri, eandem donationem nostram presentis scripti et sigylli nostri munimine firmamus. Hii autem huius rei sunt testes: Bretizlavs,[b] Nevlaz[c] frater Bvzlai, Gallus filius Marquardi, Brotiwa filius Brotibe, Primizlaus et Drizlavs filii Perrcussonis, Perrkôs filius Witele. Datum anno incarnationis Domini MCCXXXVI, regni nostri anno VIIII per manus Arnoldi, cancellarii nostri atque prepositi Wissheradensis, indictione VIIII, epacte XVII,[1] concurente secunda.[c]

Autographo appendet e filis sericis rubris et flavis sigillum Venceslai I. regis de cera communi confectum (ex parte attritum et laesum), quod eadem forma expressum est atque illud, quod apud num. 15 describitur.

140.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Oslavany villam quandam ab Hermanno de Rudikov emptam et ius patronatus ecclesiae in Rudikov ab eiusdem nobilis matre eo consentiente donatum confirmat.

Brunnae 1236 .

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A). — Lefebvre, Moravia monastica tom. V (cod. ms. in tabulario monii. Rajhradensis G. c. 27. signatus), pag. 298, num. 13 (summarium).

---

139. *a) ita (loco* possidendas*) scribae incuria A. — b)* ‚Bre' *ex* ‚Bri' *alio atramento corr. A. — c)* ‚Nevlaz — secunda' *eadem manus alio atramento magis distincto addidit.*

1) *Re vera ad annum 1236 epactae XI pertinent.*

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 314, num. 274. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 420, num. 897 (fragm.).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 8' insignimus, exaratum est. Unde scriba provenerit incertum est.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Nos Premizl, dei gracia marchio Morauie. Omnibus hanc litteram inspecturis in perpetuum. Cum genus ‖ humanum ab ortu nativitatis sue usque ad mortis occasum more fluentis aque ad competentem terminum ex carnis liquore cottidianis defectibus ‖ defluat et declinet, serenitati nostre visum fuit et iuris ordo id requirit indempnitatibus ecclesiarum religiosarum et personarum ibidem deo serviencium ‖ per nostram magnificenciam provideri, in quibus pro peccatorum nostrorum venia et aliorum fidelium divine laudis organa modulantis[a] vocibus attolluntur. Inde est quod notum esse volumus presencium inspectoribus et auditoribus universis, quod Hermannus vir nobilis de Rvdwicowe protestatus est[b] se villam quandam Modlicow[c] nomine pro XL marcis argenti abbatisse et conventui de Ozla, Cisterciensis ordinis, vendidisse, recedens ab omni iure, quod in eisdem bonis habere videbatur; recognovit nichilominus coram nobis de iure patronatus ecclesie ville Rvdwicowe, quod pie memorie mater sua, apud easdem dominas sepulta, dudum ante ipsius defunctionem prefatis abbatisse et conventui contulerat propter deum, de ipsius consensu et libera voluntate processisse, renuncians iuri patronatus ecclesie memorate. Verum ne pretextu malicie cuiusquam de facto queat per successores ipsorum litigiosa calumpnia suboriri, titulum empcionis, protestacionis, recognicionis litteris nostris inscribi fecimus et sigilli nostri munimine recipere firmamentum. Acta sunt hec in Brvnna anno Domini MCCXXXVI coram testibus subnotatis: Arnoldo[d] Trebecensi et Hartmanno Welgradensi abbatibus, Theoderico preceptore domus Tevtonice et fratres sui,[e] Conradus[f] notarius Brvnnensis, Woccone camerario, Janzone, Hartliebo castellano Znoimensi, Stiborio burgravio de Aychorns, Cirhone, Bvdizlao de Meseriz, Lvpo de Nasmariz, Stephano de Medelowe, Hilarius notarius noster et alii quam plures nobiles et curiales curie nostre.

Autographo appendet e filis sericis flavis sigillum marchionis e cera communi confectum eadem forma expressum atque illud, quod chartae num. 38 appendet; vide ante pag. 37.

---

140. *a) ita A (loco* ‚modulantium'*). — b)* ‚protestatus est' *eadem manus eodem atramento superscripsit A. — c) Nomen erasum est, ita ut litterarum vestigia iam vix discerni possint, quam ob rem lectio incerta est. Lefebvre in summario supra dicto* ‚Mreczkov' *scribit; quam lectionem, litterarum vestigiis iterum atque iterum accuratissime inspectis, nequaquam comprobare possum. — d)* ‚do' *eadem manus eodem atramento in lineae fine superscripsit. — e) ita A (loco* fratribus suis*). — f) ita A. Etiam in ultimo teste nominando scriba ab ablativi forma recessit.*

141.

Přemysl, marchio Moraviae, Hospitali sancti Johannis Hierosolymitani terram in villa Kobeřice ad castrum quondam pertinentem, quae a principibus Moraviae hospitali illi donata erat, confirmat.

In Olomuc 1236 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 317, num. 278 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 421, num. 899 (fragm.) — Delaville Le Roulx, Cartulaire général des Hospitaliers de S. Jéan de Jérusalem II, pag. 496, num. 2132.

Autographum manu notarii, quem nota ‚Přemysl 4' signavimus, exaratum est. (De quo quidem notario vide notam introductoriam chartae num. 88 superius pag. 97). — Chartam ab eodem notario etiam verbis contextam esse puto.

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis. Ego Premizl, dei gratia marchio Morauie, accomodans || aures iustis peticionibus magistri Vgonis, fratris hospitalis domus sancti Johannis Baptiste trans mare, et particeps || esse cupiens orationum et fraternitatis dominorum in ipsa deo militancium, quandam terram in villa Koberici dicta, que || quondam gradicensis fuerat et ex antiquis temporibus ab antecessoribus nostris, principibus Morauie, prenominate collata domui, ne a castrensibus deinceps inpetatur vel aliqui forte maligno inducti spiritu attemptent eam deservire, tamquam non datam seu privilegiatam, domui iam prefate[a] presenti scripto in perpetuum possidendam confirmamus; et ne inquietari debeant in posterum, sigilli nostri appensione roboramus et testium subscriptione, in presentia quorum acta sunt hec, communimus. Huius rei testes sunt: Semizlaus Olomucensis camerarius, Gerardus Olomucensis burgravius,[b] Voko filius Boruth burgravius de Gradech, Victor burgravius de Prerow, Bicen iudex Olomucensis, Prebor filius Bun cum filiis suis Bun et Jurik, Onso cum filiis Bludek et Spytata,[c] Bochek subcamerarius, Ratibor cum filio suo Arthlebo dapifero, Marquardus marscalcus, Dyrzisslaus, Pribizlaus, Zlawata cum fratre Wseborio.[d]

Acta sunt hec in Olomuc[e] anno dominice incarnationis millesimo CCXXXVI. Datum per manum Marquardi capellani.

Autographo appendebat e funiculo serico rubeo sigillum marchionis de cera communi confectum, cuius maxima pars iam defracta et deperdita est.

---

141. *a)* ‚pre' *in loco raso eadem manu scriptum A.* — *b) prima* ‚r' *ex litterae* ‚g' *inchoatae arcu correcta est A.* — *c)* ‚y' *ex* ‚i' *eodem atramento correctum A.* — *d) Sequitur una linea vacua relicta; in cuius spatio alia manus saeculi XIII exeuntis minoribus litteris cursivis hanc probationem pennae scripsit:* ‚I In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Nos Premuzl' *A.* — *e)* ‚Olom' *A.*

142.

Hermannus, abbas monasterii Želiv, controversiam de fluvii Lib possessione cum capitulo ecclesiae Vyšehradensis longo tempore habitam ita componit, ut fluvium cum utroque litore et piscationibus ecclesia Vyšehradensis possideat, sed quatuor molendina in eodem fluvio constructa utrique ecclesiae serviant.

In capitulo Vyšehradensi 1236.

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli collegiati in Vyšehrad asservatur (A). — Apographum saec. XIV exstat in Libro privilegiorum in eodem tabulario fol. 8, num. 10 (C).

Pontanus à Braitenberg, Bohaemia pia, pag. 72. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 420, num. 896 (fragm.).

Chartae autographum a quodam capituli Vyšehradensis scriba exaratum esse ex eo cognosci potest, quod eadem manu etiam charta spuria scripta est, quam se a. 1215 a Přemyslo Ottakaro I. rege de cappellae s. Clementis donatione (v. CDBoh. II, num. 371) capitulum Vyšehradense accepisse dicebat. — Etiam chartae verba a scriba aliquo ecclesiae Vyšehradensis composita sunt.

Notum sit omnibus, quibus hec littere ostense fuerint, quod Hermannus abbas et conventus ecclesie Syloensis cum capitulo||Wissehradensi super fluvio, qui dicitur Lube, pro quo lis longo tempore stetit indiscussa, convenimus in hunc modum, quod ecclesia||Wissehradensis predictum[a] fluvium cum utroque littore et piscariis quiete et pacifice debeat possidere, exceptis quatuor mo-||lendinis in prefato fluvio constructis, que de consilio et peticione proborum virorum utrique ecclesie laudavimus per medium deservire. Clausuras autem molendinorum canonicis Wissehradensibus, quorum prebendis adiacent, propter usum piscandi liceat aperire, ita quod adiutorio ipsorum hominum et molendinariorum debeant reformari. Et ut hec amicabilis et fraterna composicio robur habeat perpetuo valiturum, presens scriptum nostri sigilli robore communitum sepe dicto capitulo Wissehradensi fecimus exhiberi. Huius rei testes: Petrus Strahowensis, Johannes de Milevzko abbates, Syrozlaus prior Predicatorum de sancto Clemente Prage. Actum in capitulo Wissehradensi anno dominice incarnacionis millesimo CCXXXVI°, indiccione VIIII.

Autographo appendet e scidula membranae sigillum e cera communi confectum formae rotundae (cuius diametros 49 mm) sunt; cuius pars fracta desideratur. In sigilli medio imago prebysteri in solio sedentis veste sinuosa induti depingitur, qui manu dextra elevata librum tenet. Dimidia figurae pars periit. Circumscriptionis haec tantum litterae restant: + SIGIL///M SIL..... *[i. e. Sigillum Siloensis abbatis].*

---

142. *a)* ‚pred‘ *litterae ita obscuratae sunt, ut iam vix legi possint A.*

143.

Venceslaus I., rex Bohemiae, beneficiariis Olomucensibus mandat, ut libertates ecclesiae Olomucensis violare desistant et damna Gregorio, cappellano suo, in villa Údrlice illata restituant; idemque inhibet, ne homines canonicorum Olomucensium coram eis iudicentur.

[1236 — 1237]

Apographa saec. XIV. ex. exstant in copiario privilegiorum eccl. Olomucensis, cod. ms. tabularii capituli metropol. Olomuc. E. I. 27 signato. partis chartaceae fol. 73–74 (B) et in Copiario I. tabularii archiepalis. Cromesirensis fol F III, num. 52 (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 316, num. 277 (ex B, cuius lectiones ad fidem cod. C corrigit Lechner in Ztschr. f. Gesch. Mähr. u. Schles. II, 1898, pag. 137) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 421, num. 901 (fragm.).

Mandatum nota temporis omnino caret. Anno fere 1236 exeunte aut paulo post datum esse tum ex Gerardi burgravii Olomucensis nomine, tum ex expeditionis in Austriam mentione coniectari licet. — Vid. etiam Dudík, Gesch. Mähr. V, pag. 234, qui chartam anno 1237 scriptam esse putat.

Wenceslaus, dei gracia Boemie[a] rex, dilectis et fidelibus suis G.[1] burggravio,[b] M. camerario, V[c] iudici, Z. procuratori et omnibus beneficiariis[d] in Olomuc sue gracie plenitudinem. Cum Olomucensis ecclesia nostrorum predecessorum privilegiis et nostris super libertatibus suis fortiter sit munita, egre ferimus et eciam indignamur, quod vos parum defertis eidem ipsius homines spoliantes. Nam cum dominus Gregorius, noster capellanus, circa nos interim, cum fuimus in Morauia, nobis deserviens manserit, ipsum in villa ecclesie Vdrilice pro expedicione[2] presumptorie spoliastis in quo apparet violencia manifesta et contra nostrum mandatum, quod eo tempore in Znoyma[e] audieratis a nobis. Quapropter in ea fide, qua nobis tenemini, et sub optentu nostre gracie vobis precipimus et mandamus, quod a tali desistatis presumpcione, ablata quantocius restituentes, et ecclesiam suis libertatibus gaudere sinatis in vendicionibus, citacionibus et aliis quibuscumque; alioquin offendemur. Cetera Bartholomeus, noster capellanus, per quem vobis mandamus, quod volumus, ut homines canonicorum Olomucensis ecclesie coram nobis pocius, quam coram vobis iudicentur. Si desunt domini, milites[f] exequantur.

---

143. *a)* ,Boem͡' *B, C.* — *b)* ,purchravio' *C.* — *c) An* B *corrigendum sit?* (=Bicen). — *d)* ,beneficariis' *B.* — *e)* ,Snoyma' *B.* — *f)* ,ipsorum milites' *C.*

1) *Gerardus (1236–1240).* — 2) *Haec verba verisimillime referenda sunt ad expeditionem Venceslai regis adversus Fridericum II., ducem Austriae, quae post ducis proscriptionem, in curia Augustensi declaratam, tempore autumni 1236 facta est.*

144.

Přemysl, marchio Moraviae, monasterio in Velehrad confirmat villam Volkovice, quam ei frater suus Venceslaus I. rex pro damnis in proelio quodam illatis, se et Hartmanno abbate petente, donavit.

In Olomuc 1237 ian. 1.

Autographum in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A). — Apographum exstat in cod. ms. saec. XV. privilegiorum Velehradensium in eodem tabulario fol. 48v (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 317, num. 279 = Erben, Reg. Boh I, pag. 432, num. 930 (fragm. perperam ad a. 1238).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 9' insignimus, exaratum est. Unde scriba provenerit, incertum est; sed natione Teutonicum fuisse censuerim lectione ‚facillant' *considerata. — Chartam in monasterio ipso et ab eodem monacho, qui chartam regis num. 129 dictavit, verbis contextam esse veri similis est coniectura. — In nota temporis indictio cum anno Domini non congruit, sed epacta XXII chartam recte anno 1237 datam esse docet.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Primuizil, dei gratia marchio Morauie, omnibus in spiritu sancto renatis imperpetuum. Frigescente karitatis officio,[1] vespera mundi ingruente, multorum quondam gesta fortium facillant,[a] torpore inercie thabefacta, solem iusticie, qui estuabat super caput Jone, scienter nescientes, nescienter scientes, hederam desiderantes, que a verme, quem preparavit Dominus ascensione diluculi, in crastinum percussa exaruit,[3] quia preterit figura huius mundi et uteros amantium se vacuos relinquid, nichil secum preter peccata ferentes, unde sanum fore duximus splendorem inaccessibilem, qui occulta cordium omni compage fissurarum semota scrutatur archanaque declarat conscientiarum, super omni dono intra archam mentis, regis scilicet eterni, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, affectuose affectare, ne tetrum chaos ignorantie humanis obtutibus per impenitudinem illabatur. Quoniam, ut ait propheta, ‚memoria iusti non derelinquetur a generatione in generationem,'[4] et ut huius memorie digne participemur, ad noticiam omni etati, tam masculini, quam feminini sexus, per presentis privilegii nostri scripta enodamus, ne per temporum antiquitatis evolutionem a fluido intellectu hominum evanescat, qualiter dominus noster et frater uterinus, illustris Wenzezlaus, Boemorum rex quartus, regali morum virtute strennuus, consilio providus, prospiciens in posterum, successiva salute animarum consulens, ad nostri precum omnimodam instantiam, consultu baronum suorum Boemorum simul et nostrorum Morauorum, villam quandam, que dicitur Wolkwiz, in provincia Znoemensi sitam, cenobio Velegradensi dotaliter libere et potestative tradiderit, sine ulla refragatione possessuram. Cum regalis nostre propaginis

144. a) *ita A (loco* vacillant*).*

1) *Cf. Matth. XXIV, 12.* — 2) *Cf. Ion. IV, 8.* 3) *Cf Ion IV, 7* — 4) *Cf. Eccli. XXXIX 13.*

generosa propago invisibilia dei per ea, que facta sunt intellecta conspiceret oculis hominis interioris, qui non nisi spiritu sancto irradiante merentur iluminari, toto annisu illuc anhelantes, fraterno karitativoque ingerente et mediante consilio, aurore prevenientem, solis claritatem, intra conscientie sue secretarium habitacula preparare pretaxabant. Complacuit autem, utrobique, scilicet patri nostro Otakaro, regi Boemorum gloriosissimo, et patruo nostro Watizlao, marchioni Morauie nobilissimo, beate et incontaminate semper dei genitrici virgini Marie corbam, quod est domum oratorii, in Welegrad fundare fundamentaque illic iacentes, viros ordinis Cysterciensis, camino tribulationis approbatos collocare, qui licet corpore habitare videantur in terris, eorum tamen conversatio secundum regulam beati Benedicti semper manet per contemplationem patrie superne in excelsis. Licet dominus noster et frater tum et nos, unius genitoris genitricisque propagine propagati, scilicet Wenzezlaus, Boemorum rex invictus, regiam in regno sit sortitus dignitatem, nos tamen nichilominus in patrui nostri successimus hereditatem, qui potiori saniorique preventus consilio unâ cum auxilio, in fundatione claustri predicti tenuit patrocinatum; unde nos in ipsius principatu principantes, marchiam Morauie gubernantes, sollertiori cura defensionis clippeo, omni circumspectione adhibita, ab hostium incursione locum antefatum tenemur protegendo obumbrare. Set cum nichil operi dei sit preponendum et non nisi per opera misericordie misericordia miserentis acquiritur, que in dilectione proximi plurimum constat, per quam dilectio dei obtinetur, dicente beato Gregorio: Nemo ad se ipsum karitatem habere poterit, set dilectio tendit in alterum, ut possit esse karitas, cernentes egestatis inopiam predictorum fratrum simul et dampnum a rege Boemorum, domino et fratre nostro Wenzezlao, per exercitum suum indebite in quodam prelio et contuberniales suos, ad quingentas libras per sanam taxantes estimationem, ipsis illatum, villam prenotatam Wolkwiz in dampni restaurationem, fratrum consolationem, peccatorum abolitionem, vivorum salute, animarum perpetua quiete, genitorum nostrorum regum, loci predicti fundatorum omniumque subsequentium, per carnis debitum, omni infestatione successorum nostrorum funditus eradicata, manu valida, potestate regia cum omnibus appenditiis suis, indebita exactione a subditis regni sui exclusa, omni iure privilegiorum Cysterciensium concesso, ut in hoc, sicut et in aliis prediis ipsorum, perpetua libertate fruantur, ne ab aliquo super limitibus, agris cultis, incultis, viis, inviis, aquis, pascuis, pratis, domibus, curtis, fructetis, novalibus, quesitis sive querendis hactenus infestentur, monasterio Welegrad et beate Marie virgini eique ibi iugiter famulantibus contradidit, decretorum suorum privilegio muniens, scilicet ut invasor predicte ville, ecclesiastica secularisve persona, fisco regio in XXX libris auri purioris foret obligata et per regie maiestatis edictum tum rebus quam honore imperpetuo, nisi per condignam satisfactionem,[b] privetur. Hanc igitur regiam donationem

144. *b) Hoc loco* ‚emendaverit' *vel* ‚correxerit' *notarii incuria omissum est in A.*

in Welegrad, factam ad precum nostrarum omnimodam instantiam et venerabilis eiusdem cenobii abbatis Hartmanni, annuimus benivolentia fraterne dilectionis, ut si forte ex hiis quid nostros posset cedere in usus, quia pro communi geritur salute, penitus nos nostrosque excludimus successores, et ne regnum in se ipsum divisum desolari videatur, larga manu sollempni donatione beate Marie delegamus, scutum karitatis inexpugnabile quam et materiale contra omnem incursionem ville predicte arripientes, manus ad defensionem fratrum in Welegrad, tum in hoc, quam in reliquo ipsorum predio, capulo ancipiti, adhibentes. Volumus, ut fratres in iam dicto monasterio super hanc elemosinarum largitionem libera fruantur possessione, privilegiorum iura ordinis Cysterciensium tenentes, quiete tranquilleque possideant privilegiorum nostrorum decretis muniti, sane ut si qua ecclesiastica secularisve persona sine iuris ratione indebite presumptuoseque eos inquietare conata fuerit decretumque nostrum violare presumpserit in XXX libris auri camere nostre tenebitur obligata, sciens nos omnem iuris ditionem proscriptorum contra ipsam questionari, nisi prius pro indebite illatis beate dei genitrici Marie eiusque famulis condigna satisfactione reconcilietur. Igitur cum huiusmodi genus hominum militari accinctum habitu, secularibus negotiis implicatum, maxime tamen qui gubernandis provinciarum terris preferuntur, regi regum, creatori omnium, orationum instantia deservire nequeant, hiis quorum deus vota ab alto prospicit, qui vigiliis attenuati, ieiuniis macerati, setis asperis super nudo castigati, in unitate fidei congregati pro omni ecclesia fundere preces non cessant, strennuitatem ordinis Cysterciensis inviolabiliter custodientes, in posterum providere, contra hos, qui gregem Christi contaminare machinantur, diiudicamus. Scientes itaque, quia luculenta invidia non moritur, sed magis reviviscit et, si quid egrum invenerit, deprehendit, eo ex omni parte fratres in Welegrad super villa Wolkwiz satagimus salubrius premunire et premunitos tucius defensare, ut si quis, quod absit, ecclesiastica secularisve persona saluti ipsorum invidens, ore rabido, inhianti animo, lingua veneno farcita et sarcita contra datum privilegii nostri appellare, altercare, oblatrare, excipere seu allegare contentiose presumpserit, dicendo non unius temporis esse et super hoc cassare conatus fuerit, respondemus ville pretaxate delegationem, tum domini nostri et fratris regis Boemorum Wenzezlai et nostram, marchionis Morauie Primuzyl dicto,[c] uno die, eadem hora, eodem momento, regio obsecundantes imperio, gratuitam hanc fore donationem, licet privilegii nostri scripta ferê anni circulo post evoluto cenobio in Welegrad super hiis sint amministrata. Et ut hec in cordibus omnium sagaci memoria recondantur, nec per temporum decursum elabantur, presentium paginam scripti, omnem iuris privilegiorum ditionem tradentes, sigilli nostri impositione imperpetuo et testibus subnotatis firmiter communimus. Huius rei testes sunt: Ratiborius de Deblin, Jaenez filius eius, Onso et Victor frater eius filii Blvdonis, Bludo et Zpitata filii Onsonis,

144. *c) ita (loco* ‚dicti*) A.*

Wrichozavs dapifer marchionisse, Zpitata filius Bvz, Stiborius de Lipnich, Borvtha et Hermannus fratres, filii Wocconis, Vsebor de Raiez, Verizlaus marscalcus; clerici: Radozlavus archidiaconus et canonicus Olomvncensis, Esav archidiaconus Prerovensis et canonicus Olomuncensis, Moyses archidiaconus Breschizaensis et canonicus Olomvncensis, David vicarius et alii perplures, tam clerici quam laici.

Datum in Olomvnz per manum dilecti notarii nostri Helye, anno dominice incarnationis MCCXXXVII, kalendis ianuarii, epacta[d] XXII, indictione XI.[1] Regnante domino nostro Jesv Christo. Amen.

Autographo appendet e filis sericeis viridis, rosaceis, flavis sigillum marchionis e cera communi confectum idem atque illud, quod apud chartam num. 38 descripsimus.

145.

Venceslaus I., rex Bohemiae, Gregorium IX. papam multis et supplicibus verbis orat, ut Agnetis, sororis suae, optata expleat.

1237 [ante febr. 5.]

Apographum insertum est transsumpto Innocentii IV. papae dd. Lugduni 1245 iul. 13, cuius exemplar anno 1413 mart. 12 confectum in tabulario secreto Vaticano asservatur (C). — Alterum apographum eiusdem transsumpti die 23. iul. anno 1773 confectum exstat in cod. ms. lat. num. 8990 bibliothecae nationalis Parisiensis fol. 171v (P).

Palacký, Ital Reise, pag. 27, num. 133 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 429, num. 922 (fragm.) — cf. Huillard-Bréholles, Roul. de Cluny, in: Notices et extr. de la bibl. imp. XXI, 2, pag. 302. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 11202.

Supplicationem ante diem 5. februarii a. 1237 datam esse ex eo coniectari licet, quod in temporis nota annus regni IX. adfertur.

Sanctissimo in Christo patri ac domino G.,[1] dei gracia sancte Romane ecclesie summo pontifici, W.,[2] eadem gracia quartus[a] Bohemorum rex, filialis reverencie subiectionem debitam et devotam cum osculo pedum beatorum. Primum quidem excellentissime Sanctitati Vestre copiosas graciarum refero actiones pro eo, quod vos karissime filie vestre ac predilecte sorori mee, domine Agneti de ordine pauperum dominarum, numquam[b] desinitis affectum benivolum[c] impertiri. Nam ista hoc testatur, quod nullas preces Vestre Sanctitati se umquam meminit porrexisse, quarum mox optabilem effectum a paternitate vestra non fuerit consecuta. Proinde re vera huiusmodi benivolencia[d] vestra me cum omni virtute mea, que consistit in regno et cognatis et affinibus pariter et amicis,

144. *d)* ‚Epact' *A.*

1) *Ad annum 1237 indictio X pertinet.*

145. *a)* ‚IIII' *P.* — *b)* ‚nunquam' *P.* — *c)* ‚benevolum' *P.* — *d)* ‚benevolentia' *P.*

1) *Gregorio IX.* — 2) *Venceslaus I.*

sibi et universe curie Romane omni devocione[e] astrinxit. Hoc siquidem deo de matura deliberacione spondeo et promitto, quod ex hoc vobis et sancte Romane ecclesie semper promptior et paratior ex animo volo esse in omni necessitate seu oportunitate publica et privata; presertim si peticiones[f] predicte specialis filie vestre ac dilectissime sororis mee germane, quas ipsa vobis porrigere impresenciarum[g] decrevit,[3] intra sacrarium exaudicionis vestre solita benignitate duxeritis admittendas, hoc certum et per omnia ratum habentes, quia per hoc, quod satisfacitis votis eius, que procul dubio deo placent, quia et ab ipso sunt, me ut dixi cum omni virtute mea sub vestram omni respectu dignam[h] redigitis potestatem; nec mirum, quoniam eam, ut verum fatear, sicut coniugem et liberos et universa bona diligo cunctisque mortalibus prefero[i] in affectu. Datum Prage anno ab incarnacione domini millesimo CCXXXVII,[k] regni nostri anno VIIII.

146.

Venceslaus I., rex Bohemiae, fratribus Hospitalis sanctae Mariae Hierosolymitani donat unum mansum apud villam Vrbovec et alterum mansum cum media vinea in villa Hostěradice, quos domina Gisela tempore vitae suae pacifice possedit.

In Znojmo 1237 febr. 16.

Autographum in membrana scriptum in tabulario centrali ordinis Teutonicorum Vindobonae asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 321, num. 280 (fragm.) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 422, num. 902. — Brandl, Cod. dipl. Mor. VII, pag. 722, num 62 (ex orig.) — Pettenegg, Die Urkk. d. Deutsch-Ord.-Centralarchivs zu Wien I, pag. 45, num 159 (reg.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 16‘ insignivimus. Cuius manus etiam in aliis eiusdem regis chartarum autographis invenitur; (vid. exempli gratia num. 108, 170, 175). Chartam a Vilhelmo, notario regis, verbis contextam esse manifeste cognoveris, si stili proprietates chartarum num. 108, 124, 153, 170, 175, 195 diligenter comparaveris.

§ In nomine Domini amen. § Cum sit principalis providencie gesta propria ¦ et statuta sufficienti cautione munire ad suorum successorum memoriam

---

145. e) ‚devotione‘ *et similiter etiam infra* ‚t‘ *pro* ‚c‘ *scribitur in P.* — f) ‚peticiones‘ *deest C, P; supplevi.* — g) ‚in presentiarum‘ *P.* — h) ‚dignam‘ *deest in C et P; supplevi.* — i) ‚profero‘ *P.* — k) ‚MCCXXXVII‘ *P.*

3) *Litterae Agnetis deperditae sunt; sed ex epistola papae die 11. maii 1238 data cognosci potest Agnetem tunc papam deprecasse, ut confirmet regulam novam ab ea compositam, quam moniales monasterii sui observarent. De qua Agnetis petitione vid Lemmens, Die Anfänge d. Clarissenordens, in: Röm. Quartalschr. XVI, pag. 109. — Dudík, Gesch. Mähr. V, p. 248 perperam petitionem Agnetis ad regulae ordinis Crucigerorum cum stella rubea confirmationem referendam esse putavit.*

et maxime per litteram, || que est baculus memorie et indicio[a] veritatis, noscat igitur tam presens hominum etas quam in Christo suc||cessura posteritas, quod nos Wencezlaus, dei gratia quartus rex Boemorum,[b] ob spem vite eterne et predecessorum nostrorum anime remedium in subsidium Terre Sancte unum mansum apud villam Wrbow et alium mansum cum medietate vinee et quatuor subsidibus apud Hostheradic, quos domina Gysla iusto titulo possedit omnibus diebus, quibus vixit, pacifice, fratribus hospitalis sancte Marie Jerosomitani liberaliter ac perpetualiter contulimus possidendos. Ne autem super ipsa donatione in posterum aliqua calumpnia queat suboriri et ausu temerario quispiam atemptet disturbare, presentem paginam cum subscriptione testium sigilli nostri caractere iussimus insigniri. Testes autem huius rei sunt hii: Newhlaz filius Radim, Daleborius subcamerarius, Borso filius Bohuzlay, Jaros filius Alberthi de Zliwen, Andreas miles; de numero Tewtonicorum: Guntherus de Bybersteyne, Cunradus de Strel, Henricus de Sahow, Wilhalmus et Lupoldus pincerne in Znoym et alii quam plures. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXVII, X indictionis. Datum apud Znoym per manum notarii Wilhalmi XIIII kalendas martii.

Autographo appensum est filis sericis flavis sigillum Venceslai I. regis e cera communi confectum idem atque illud, quod apud num. 15 describitur.

147.

Fridericus II, imperator Romanorum, in curia, „apud Wiennam cum principibus suis residens", *monasterio in Nieder Altaich libertatem a muta per Luipoldum, ducem Austriae et Styriae, concessam confirmat et renovat,* „quia iidem ducatus Austrie et Styrie ad *suum* et imperii dominium Domino favente devenerunt". — *Inter testes*: rex Bohemie.

Wienne 1237 m. febr. [exeunte].

Mon. Boica XV, pag. 8, num. 4. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 422, num. 904. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2221.

148.

Fridericus II., imperator Romanorum, domos ordinis s. Mariae Teutonicorum sitas in ducatibus Austriae et Styriae et in marchia Carniolae cum hominibus et possessionibus earum protegendas suscipit. — *Testes*: W. rex Boemie, Bertholdus Aquilegensis patriarcha, Sifridus Moguntinus, Theodoricus Treverensis et Eberhardus Salzburgensis archiepiscopi, Ecgebertus Babenbergensis, Sifridus Ratisponensis, imperialis aule cancellarius, episcopi, Otto comes palatinus Reni dux Bavarie, Bernhardus dux Carinthie, Heinricus lantgravius Thuringie comes

146. a) *ita A; (vid. et. num. 195).* — b) ‚Boem' *A.*

palatinus Saxonie, Gothefridus et Conradus fratres de Hohenloch *et multi nobiles de Austria, Styria, Carniola expresse nominati.*

Wiennae 1237 febr. [exeunte].

Autographum in tabulario centrali ord Teut. Vindobonae asservatur (cum anno „mill. ducent. tricesimo sexto"*).*

Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II, t. V, pag. 26. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 422, num. 903. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2222.

149.

Fridericus II., Romanorum imperator, monasterio sancti Floriani privilegium tuitionis 14 feb. a. 1213 indultum confirmat et renovat. — Inter testes: .. rex Boemie.

Wiennae 1237 febr. [exeunte].

Urkundenbuch des Landes ob der Enns III, pag. 53, num. 49. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 423, num. 905. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2224.

150.

Fridericus II., Romanorum imperator, monasterii in Wilhering protectionem suscipit eique libertates large concedit. — Inter testes: Batzeslaus rex Boemorum.

Wiennae 1237 febr. [exeunte].

Urkundenbuch des Landes ob. d. Enns III, p. 49, num. 47. — Emler, Reg. II, p. 1162, num. 2646. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2226.

151.

Fridericus II., imperator Romanorum, monasterio Scottorum Vindobonensi privilegium quondam ab Liupoldo, duce Austriae, concessum confirmat. — Inter testes: W. illustris rex Boemie.

Wiennae 1237 m. martio [ineunte].

Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II., t. V, pag. 35. — Fontes rer. Austr. II, t. 18, p. 35 (ex orig. cum nota temporis: a. d. inc. mill. ducentesimo tricesimo sexto!*) — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 2229.*

W. illustris rex Boh. *nominatur etiam inter testes in altero privilegio eodem tempore monasterio Scottorum concesso; ap. Huill.-Bréh. pag. 38, Reg. imp. V, num. 2230. — Cum in alio privilegio procul dubio ultimis mensis februarii diebus dato (Reg. imp. V, n. 2227) Bohemiae rex iam inter testes non adferatur, vir cl. Ficker (ibid. n. 2226b) censuit Venceslaum regem iam ante mensis februarii finem rediisse. Itaque testes in utroque privilegio mense martio dato fortasse ad „actionem" iam mense februario*

absolutam referendos esse coniectari licet. Quae sententia eo potissimum comprobari videtur, quod series testium utriusque privilegii monasterio Scottorum mense martio anni 1237 dati nomina testium privilegii num. 2222 (v. supra num. 147) accurate repetit, nominibus Pataviensis et Frisingensis episcoporum loco ipsis competenti interpositis.

152.

Principes imperii, inter quos rex Bohemiae nominatur, declarant se nutu et voluntate Friderici II. imperatoris filium eius Conradum in Romanorum regem elegisse.

Wiennae [1237 febr. ex.]

Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frider. II., t. V, I pag. 29. — Weiland, Constitutiones (Mon. Germ. Leg. sect. V) II, pag. 439, num. 329 (cuius editionis fragmentum repetimus). — Erben, Reg. Boh. I, pag. 423, num. 906 (ex edit. Pertzii in Mon. Germ. hist. t. IV, p. 322).

De Conradi IV. electione vid. etiam, quae Ann. Marbacenses referunt: „Quem elegerunt archiepiscopi Moguntinus et Treverensis et rex Boemie et dux Bawarie, qui et palatinus comes Rheni, consentientibus ceteris principibus, qui aderant, tamen paucis". *Mon. Germ. Script. t. XVII, p. 178. — De principum regem eligentium officio et functione virorum doctorum opiniones valde discordant. (Vid. ex. gr.: G. Seeliger, Neue Forschungen über die Entstehung des Kurkollegs, in: Mitth. d. Inst. f. ö. Gesch. XVI, pag. 44 sequ.; Buchner, Die Entstehung d. Erzämter u. ihre Beziehung zum Werden d. Kurkollegs [Paderborn 1911] p. 225).*

Expectatio gentium, Jesus Christus, quem mittendum sepe prophetarum oracula predixerunt, auferens sceptrum de Juda et ligans ad vineam pullum suum,[1] hoc est ad nove plantationis ecclesiam Romanum imperium alligans, et ipsius clypeo tutelam nostre fidei positam manifestissime presagivit. — — Nam quamquam in Urbis initiis . . . apud illius nove congregationis patres summa regni potestas et imperialis creationis suffragium resideret, ex successivis tamen et continuis incrementis imperii postmodum calescente virtute tante fortune fastigium apud unicam civitatem, licet pre ceteris regiam, non potuit contineri. Sed postquam etiam remotissimos terminos quadam girovaga peregrinatione lustravit, tandem apud Germanie principes non minus probabili quam necessaria ratione permansit, ut ab illis origo prodiret imperii, per quos eiusdem utilitas et defensio procurantur. Cum igitur nos Sifridum Maguntinum, Theodericum Treuerensem, Eberhardum Saltzburgensem archiepiscopos, Ecbertum Bambergensem, Sifridum Ratisponensem, imperialis aule cancellarium, Frisingensem[2] et Patauiensem[3] episcopos, Ottonem palatinum comitem Rheni, ducem Bawarie, Wenceslaum regem Bohemie, Henricum lantgravium Thuringie et B.[4] ducem Carinthie, prin-

152. 1) *Cf. Gen. XLIX, 10:* non auferetur sceptrum de Juda *et 11:* ligans ad vineam pullum suum. — 2) *Conradum I.* — 3) *Rudigerum.* — 4) *Bernardum II.*

cipes, qui circa hoc Romani senatus locum accepimus, qui patres et imperii lumina reputamur, coram tremendo iudice de cura tante villicationis oporteat reddere rationem, nobiscum sollicita meditatione pensantes, quod tantum negotium non tam sortis iudicio, quam industria provisionis indigeat illud etiam diligentius attendentes, quod post unius regnantis occasum interstitium temporis inter predecessoris obitum et plenum dominium successoris, quod interregnum antiquitus veteres appellabant, grande posset imperio, sed et catholice fidei maximum afferre discrimen, prevenire salubrius tempus elegimus, quam dispendium temporis expectare. — — Sicque nos — ad voluntatem et preces . . . domini nostri imperatoris apud Viennam unanimiter vota nostra contulimus in Conradum, antedicti domini imperatoris filium, regni Jerosolimitani legitimum successorem, eligentes ipsum ibidem in Romanorum regem et in futurum imperatorem nostrum post obitum patris habendum; ac etiam fide data eidem domino imperatori sacramento firmavimus, quod prefatum Conradum a nobis in regem electum post mortem prenominati patris sui dominum et imperatorem nostrum habebimus, eidem in omnibus, que ad imperium et ius imperii pertinent, intendentes, sibique iurabimus fidelitatem, eidem, prout est moris et iuris imperii, sacramenta prestantes, ac ad obtinendum solemniter imperii diadema sibi, prout de iure tenemur, consilium et auxilium impendemus. Et licet Henricum, primogenitum suum, pridem nobis in regem simili provisione duxerimus eligendum, quia tamen, cum in honore foret, non intellexit, sed ab aquilone sedem sibi constituens contra patrem, loco tanti regiminis se monstravit indignum, iusto patris iudicio et eius ultronea voluntate, quam sibi conscientia proprie transgressionis ingessit, ab eodem Henrico sacramento soluti, quod de electione sua similiter feceramus, Henrico Conradum, velut David Sauli, sancta deliberatione providimus subrogandum.

153.

Venceslaus I., rex Bohemiae, attestatur nobilem Smil partem villae Klapý monasterio in Teplá se assentiente vendidisse et partem pecuniae acceptae monasterio pro fraternitate obtulisse.

Pragae 1237 mart. 7.

Autographum in membrana scriptum in tabulario canoniae Teplensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 423, num. 907 (fragm.).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 22' signamus, exaratum est; quae manus iam in nullo alio eiusdem regis diplomate autographo occurrit. — Chartam a Vilhelmo regis notario verbis contextam esse stili proprietatibus chartarum num. 108, 146, 175, 195 aliarumque diligenter observatis certissime cognosci potest.

§ In nomine sancte et individue trinitatis amen. § Cum principalis sit providencie gesta propria et statuta suffi||cienti cautione munire, ad nostrorum

successorum memoriam et maxime per litteram, que est baculus memorie et ‖ indicium veritatis, noscat tam presens hominum etas, quam in Christo successura posteritas, quod nos Wencezlaus, ‖ dei gratia quartus rex Boemorum,[a] favorabilem assensum prebuimus dilectum nobilem nostrum Xmilonem venerabili domino B.,[1] abbati Teplensi, partem ville nomine Clepy iusto titulo ad predictum nobilem Xmilum spectantem pro ducentis marcis argenti vendidisse, quam summam eidem in presentia nostra obtulit usque ad LXXV marcas, quas super altare sancte Marie in Tepla obtulit, fraternitatem ibidem accipiendo. In cuius rei evidenciam et perpetuam firmitatem ipsius vendicionis presens scriptum sigilli nostri caractere iussimus insigniri. Testes autem huius rei sunt hii: dominus Renerius abbas de Claderu,[b] dominus abbas B.[2] de Porta apostolorum, dominus Eppo summus prepositus Pragensis ecclesie, dominus Albertus iudex curie, dominus Precezlaus, Borrutha, dominus Bladotha, dominus Nostup castellanus de Primberch,[c] dominus Rudolfus, dominus Borso filius summi camerarii, dominus Zuoisse et frater eius Dullomil,[b] Sullezlaus filius Sullezlai, Henricus de Suecowe, frater eius Wilce et tercius frater eius Wecemil et ceteri quam plures Acta sunt autem hec anno dominice incarnacionis[d] MCCXXXVII, X indictionis.[e] Datum apud Pragam per manum notarii Wilhalmi nonas marcii.

Autographo appendet e filis sericis albis rubris et flavis Venceslai I. regis sigillum de cera naturali confectum, iam valde attritum, quod ex eadem forma provectum est atque sigillum diplomatis num. 15.

154.

Gregorius IX. papa prioribus et provincialibus ordinis Praedicatorum scribit de fratre ordinis eorum Euechardo nomine, qui „cum pervenisset Oppauiam, Morauiae civitatem, de praedicante transiens in blasphemum, in communi dicere non expavit, quod in ... beati Francisci ... corpore Christi stigmata non fuissent.“ *Mandat, ut fratrem a praedicationis officio suspendant et ad sedem apostolicam mittant pro meritis recepturum.*

Viterbii 1237 mart. 31.

Wadding, Ann. Minor. II, pag. 429 = Sbaralea, Bullar. Francisc. I, col. 213, num. 221 = Boczek, Cod. dipl. Mor. II, p. 324, num. 282 = Erben, Reg. I, p. 424, num. 908 (extr.) — Potthast, Reg. pontif. num. 10309.

Litteram suspectam esse puto, licet Sbaralea l. l. dicat eam in Gregorii papae registro anni XI. num. 15 contineri. Re vera littera in registro Vaticano nusquam repperiri potest et etiam fontium ap. Waddingium nominatorum integritas non satis approbata esse videtur.

153. *a)* ‚Boem' *A.* — *b) ita A.* — *c)* ‚Priberch' *A.* — *d)* ‚anno ꝭ in ca' *A; post* ‚a' *scriba litteram* ‚r' *scribere coepit, sed tractu non perfecto titulum superscripsit.* — *e)* ‚indict' *A.*

1) *Nomen ignoratur.* — 2) *Bertholdus.*

155.

Gregorius IX. papa Agneti, abbatissae monasterii sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani, concedit, ut quinquies in anno in choro audire possit missarum solemnia et inspicere presbyterum celebrantem.

Viterbii 1237 apr. 4.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine V, quod in tabulario Vaticano secreto (inter Reg. Vatic. t. XVIII) asservatur, fol. 276v, lib. XI, ep. 22 (R).

Wadding, Annal. Minor. II, pag. 437 — Sbaralea, Bullarium Francisc. I, pag. 213, num. 222 — Palacký, Ital. Reise, pag. 27, num. 134 (reg.), = Erben, Reg. Boh. I, pag. 425, num. 912 (fragm.) — Potthast, Reg. 10313 — Auvray, Reg. de Grégoire IX., t. II, col. 620, num. 3601 (reg.).

. . [1] abbatisse monasterii sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani.[a] Cum seculi vanitate relicta, fragilitatem humanam in stabilitatem perpetuam commutaris et ex regina facta voluntarie dei omnipotentis ancilla, perfectionis viam in sancta religione, cui te devovisti, perpetuo sis ingressa, omne gaudium tuum et solamen reputans in divinis obsequiis, maxime cum in altari offertur sanctissimum corpus Christi: tuis supplicationibus inclinati, devotioni tue auctoritate presentium indulgemus, ut quinquies in anno in choro monasterii audire possis missarum sollempnia et inspicere presbyterum celebrantem. Datum Viterbii II nonas aprilis, anno undecimo.

156.

Gregorius IX. papa monialibus inclusis monasterii sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani, concedit, ut abbatissa earum de visitatoris consilio propter regionis intemperiem cum eis de ieiunio et usu calceamentorum et pellium dispensare possit.

Viterbii 1237 apr. 9.

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine V, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVIII) asservatur, fol. 276v, lib. XI, ep. 23 (R).

Wadding, Annal. Minor. II, pag. 645 — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag. 215, num. 225 — Palacký, Ital. Reise, pag. 27, num. 135 (reg.), = Erben, Reg. Boh. I, pag. 425, num. 913 (fragm.) — Potthast, Reg. 10318 — Auvray, Reg. de Grégoire IX, t. II, col. 620, num. 3602 (reg.).

---

155. *a) Superscriptio colore rubro scripta est in R. — Inter rubricas in huius libri registrorum initio de littera sic scribitur:* „XXII. Abbatisse monasterii s. Francisci Praiensis super audiendis divinis in choro ipsius monasterii“.

1) *Agneti.*

Monialibus inclusis monasterii sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani.[a] Cum, sicut fuit propositum coram nobis, propter nimium frigus et aeris intemperiem non possitis in omnibus asperitates ordinis sustinere, nos quia rationabile decet esse obsequium, quod creatura debet impendere creatori, presentium vobis auctoritate concedimus, ut super eo, quod secundum statuta eiusdem ordinis in pane et aqua certis diebus ieiunare debetis et usu calciamentorum et pellium ac propter debilitatem relaxando continuo ieiunio, ad quod tenemini iuxta[b] statuta predicta, .. abbatissa monasterii vestri de visitatoris consilio valeat, prout expedire viderit, dispensare. Datum Viterbii V idus aprilis, anno undecimo.

157.

Gregorius IX. papa Roberto, episcopo Olomucensi, qui in patentibus litteris ad universos Christi fideles datis dixerat, nec beatum Franciscum nec sanctorum aliquem cum stigmatibus esse depingendum, et peccare, qui contrarium asserat, nec illi tamquam inimico fidei credulitatem ullam adhiberi debere, scribit de stigmatibus praedicti sancti eique mandat, ut privilegium de stigmatibus celebre reddat.

Viterbii 1237 apr. 12

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine V, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. XVIII) asservatur, fol. 275ᵛ, lib. XI, ep. 19 (R).

Wadding, Annales Minorum II, pag. 428 (cum data, ‚II kal. apr.' *= mart. 31), = Sbaralea, Bullarium Franciscanum I, pag. 211, num. 220. — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 322, num. 281 = Erben, Reg. Boh. I pag. 426, num. 914. — Palacký, Ital. Reise, pag. 27, num. 136 (reg.) — Potthast, Reg. 10308 (ad mart. 31). — Auvray, Reg. de Grég. IX., t. II, col. 618, num. 3598 (reg.).*

..[1]episcopo Olomucensi.[a] Usque ad terminos orbis terre presumptionis tue signa pretendens patentes litteras exhibendas universis Christi fidelibus cuidam ad sobrietatem spernenti sapere ac dampnabiliter dedito blasphemiis manu lubrica concessisti, quas inter aliqua pietati conformia et quedam obnoxia pravitati continere percepimus, quod cum solus patris eterni filius fuerit pro humani salute generis crucifixus et ipsius dumtaxat vulnera devotione supplici adorare debeat religio christiana, nec beatus Franciscus nec sanctorum aliquis cum stigmatibus sit in ecclesia dei depingendus et quod predicanti contrarium

156 a) ‚Benedicti' *R; correxi fultus auctoritate epistolae 22 (v. num. 155) et rubricae, quae in libri initio legitur:* ‚XXIII. Monialibus inclusis eiusdem monasterii ordinis sancti Damiani super temperando rigore ipsius ordinis'. — b) ‚iusta' *R.*

157. a) *Superscriptio colore rubro scripta est R.*

1) *Roberto.*

tanquam inimico fidei nulla credulitas debeat adhiberi. Super quo non modicum ammirantes, que sit causa suasionis huiusmodi non indigne providimus perscrutari, ut si forte bona sit, quod impossibile creditur, commendabilis habeatur, si vero mala, quod in oblivionem veniat et tu inductus spiritu penitudinis, ad suggerendum salutare contrarium promptus et facilis habearis. Etenim super hiis ex eo sumpsisti forsitan argumentum, quod non sit decens in subditis, ut prelate sibi pretendant insignia potestatis. Ad hoc quidem prudenter propositum seu compendiose prolatum, dummodo suppleas, nisi de speciali gratia cuiquam benemerito insignia huiusmodi sunt concessa, etsi non multa, que possumus, tamen breviter quedam presidium perspicue rationis habentia respondemus, videlicet: quod mirum, si dei sapientia, que de limo terre similem sibi formans hominem similis ei fieri per incarnationis misterium, ut ipsum a morte redimeret, non contempsit, dilectum sibi beatum Franciscum suorum specie stigmatum decoravit? Que temeritas, quod peccatum, si tam singulare privilegium ad indulgentis gloriam picture testimonio pateat oculis devotorum? Nonne, ut silentium de aliis habeatur, apostolorum princeps eximius, licet positione dissimili, quandoque depingitur crucifixus? Sed dicis intrepidus: alia illud pactum reformat ratio quia, cum preteriri nequiverit, quod de cruce Petri futurum veritas indicavit, nec improprie suspensus in cruce dicitur, nec incongrue tali dampnatus supplicio figuratur; set de Francisci cruce vel stigmatibus, quod veritatis[b] indicium, quod probabile argumentum? De cruce siquidem nota seculis ipsius vita respondeat; qui postquam religionis assumpsit habitum, vacando virtutibus, carnis continuum subiit cruciatum. De stigmatibus vero plures fide dignissimi, quos miraculi tanti conscios divine placuit reddere pietati, testimonium veritati perhibeant; et ad hoc ipsum fidelis mater ecclesia suffragetur, que huiusmodi miraculo cum multis aliis debita sollempnitate probato causam specialem habuit, quod eundem sanctum beatorum cathalogo[c] reverenter ascripsit. Quid ad ista quasi mundo publica et tibi per consequens non ignota, nisi quod voluntatis arbitrium preferens consilio rationis nos vel deum potius gratis offenderis ac utrique dilectum fratrum Minorum ordinem et devotos eidem nimis improvide conturbaris? Ad cor igitur, qui os in celum ponere presumpsisti, ut de reliquo taceatur, sine mora revertere, ad iram superni mitigandam iudicis studia suscipe penitentis, prompta diligentia, si[d] tibi forte sit possibile, provisurus, ut scandalum, quod, quantum in te fuit, universitati fidelium per predictas intulisti litteras, deleatur et dictorum fratrum collegia sint in Teutonie partibus in reverentia consueta. Quod ut tanto facilius auctore deo provenire valeat, quanto pium fore dinoscitur, ut inflictor vulneris, que salutis sunt, etiam operetur, fraternitati tue in virtute obedientie precipiendo mandamus, quatinus cordi tuo pro sollempni voto constituens, quod aliquid de cetero ex quo superna provo-

157. *b)* ‚veritas' *R.* — *c)* ‚cathalago' *R.* — *d)* ‚sit' *R.*

cari maiestas vel sedes apostolica iuste conturbari valeat, non attemptes, predictum privilegium, quo celsitudinis divine dignatio sui confessorem nominis reddidit gloriosum, dampnabilibus infringere aut impugnare calumpniis non presumas, set ut celebre in eisdem partibus ad honorem conditoris omnium sicut et in aliis habeatur, quantum in te fuerit, humili devotione procures; firmiter crediturus, quod idem sanctus, cum adhuc nostre mortalitatis habitum baiularet, predictis stigmatibus divinitus extitit insignitus, et licet illa visa pluribus, ipse tanquam contempnens laudes hominum, quia vacans contemplande dulcedini celestium, organo[e] celare sepe studuerit, ea tamen migrans ad paradisi patriam concurrentium obtutui publicavit. Datum Viterbii II idus aprilis, anno undecimo.

158.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Teplá donat hereditates vulgariter „kladské“ vocatas, quas habuit in villa Klapý.

In Postoloprty 1237 apr. 12.

Autographum in membrana scriptum in tabulario canoniae Teplensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 426, num. 915 (fragm.).

Autographum exaravit scriba, quem nota ‚Venceslaus 21‘ signavimus. Quem quidem scribam verisimillime e monasterio Teplensi provenisse iam in proemio chartae num. 139 commemoravimus. — Charta ab eodem scriba etiam verbis contexta est. In charta conscribenda scriba usus est illa charta, quam monasterium in Chotěšov die 17. februarii 1235 ab eodem rege de hereditatum in villa Stodo donatione accepit (num. 104); cuius quidem chartae verba omnia usque ad testium elenchum repetit. In temporis notatione perperam annus regni IX. adfertur, cum re vera die 6. februarii a. 1237 iam annus regni decimus inceperit.

Wenzeslaus, divina gratia rex Boemorum, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Rex regum et dominus omnium, || per quem vivimus et regnamus, id a nobis specialiter exigit, quod ad profectum et pacem suorum respicit devotorum. Hinc est, quod ipsius in||tuitu hereditates, que vulgariter claszke vocantur, quas in villa de **Cleppin** habuisse dinoscimur, cum attinenciis suis dedimus et contulimus || et presenti scripto firmavimus Teplensi ecclesie in perpetuum libere possidendas. Licet e n i m prefate hereditates **parve** sint et, sicut relatu fide dignorum accepimus, in parvo **nonaginta** iugera excedentes, predicta tamen ecclesia occasione ipsarum innumeras pertulisse dicitur lesiones. Nos igitur nolentes, ut eadem ecclesia per spinam huiusmodi de cetero torqueatur, quin pocius pace gaudeat et quiete, ei in predicta gracia duximus providendum, presens sibi privilegium super hoc concedendo. Testes sunt: **Marquardus archidiaconus Lutomericensis, Hermannus prepositus de eadem ecclesia, dominus Heinricus filius Zmilonis, Nevglaz de Zirem, Zvlizlaus filius Zwezt, Prezlaus iunior, Gerhardus**

157. e) *ex ‚organorum‘ radendo corr. R.*

prepositus de Dokzan, Wissemirus de Blatni, Beneda, Styborius, V̊lricus de Zweysin, Wisco et Wissemirus fratres de Wiscov; Otto, Bovzlaus fratres de Wolframowe, Genis de Wahans, Schuhta de Kozolup, Pribizlaus, Stephanus de Ocin, Cv̊nradus de Potin, Prihsta; Matheus, Jaros fratres de Rezzin, Zpitta de Zedeliz cum duobus filiis, Petrus de Chodvliz, Petric cum filio Jvrata de Woyniz, Zvlizlaus de Elkan, Sebastianus de Selicowiz, Diwis de Pochowiz, Chren de Chrezzin, Radozlaus de Dlasowiz, Pribizlaus cum filio de Lvcohorsan, Drasek de Lowazziz, qui tunc temporis fuit villicus domini Heinrici. Datum anno M̊C̊CXX̊XV̊II in Poztolopirth, in capitulo conventuali, in die Palmarum, pridie idus aprilis, regni nostri anno VI̊III.

Autographo appendet e filis sericis coloris violacei Venceslai I. regis sigillum de cera naturali confectum, quod ex eadem forma provectum est atque chartae num. 15 sigillum.

159.

Gregorius IX. papa monasterium sancti Francisci Pragense in ius et proprietatem sancti Petri et sub sedis apostolicae protectionem suscipit eique privilegiis large concessis statuit, ut iuxta morem ecclesiae Romanae officium divinum ibi celebretur, excepto psalterio, quod secundum consuetudinem Gallicanam abbatissae et sororibus dicere permitit, idemque censum annuum unius oboli aurei ipsis imponit.

Viterbii 1237 apr. 14

Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine V, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. tom. XVIII) asservatur, fol. 277r, lib. XI, ep. 24 (R).

Wadding, Annal. Minor. II, pag 645, num. 58 = Sbaralea, Bullar. Franciscan. I, pag. 215, num. 226 — Palacký, Ital. Reise, pag. 27, num. 137 (reg.) = Erben, Reg. Boh. I, pag. 427, num. 916 — Potthast, Reg. pontif. num. 10321 — Auvray, Reg. de Grégoire IX, tom. II, pag. 621, num. 3603 (reg.)

Privilegium repetit verba fere omnia privilegii die 25. iul. 1235 dati (v. num. 118). Sed exempli huius nonnulla enuntiata (v. not. d, k, u) ea de causa omissa sunt, quod eadem die hospitale hucusque monasterio Agnetis adnexum ab eodem papa speciale privilegium tuitionis accepit (v. num. 160), in quo illa enuntiata continentur.

Gregorius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus[a] . .[1] abbatisse monasterii sancti Francisci Pragensis eiusque sororibus inclusis tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.[b] Prudentibus virginibus,[c] que sub habitu religionis accensis lampadibus per opera sanctitatis iugiter se preparant obviam sponso ire,[2] sedes apostolica debet patrocinium impertiri, ne

159. a) ,Gregorius — filiabus' *desunt in R; restitui secundum formam.* — b) *Inscriptio* ,. . abbatisse—professis etc.' *colore rubro scripta est in R.* — c) *Reliqua arengae pars verbis tantum* ,etc. usque: sacre religionis enervet' *indicatur in R; restitui.*

1) *Agneti.* — 2) *Conf. Matth. XXV, 1 et 4.*

forte cuiuslibet temeritatis incursus aut eas a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacre religionis enervet. Eapropter, dilecte in Domino filie, vestris iustis postulationibus favorabiliter annuentes, monasterium sancti Francisci Pragense, in quo divino estis obsequio mancipate, *[d] situm[e] in fundo, quem karissimus in Christo filius noster Wenceçlaus, illustris rex Boemie, ecclesie Romane concessit, et tam idem rex quam venerabilis frater noster Johannes, Pragensis episcopus, de assensu capituli sui ipsum[f] locum pietatis intuitu plenarie libertati donavit, sicut in eorum litteris ad nos transmissis perspeximus plenius contineri, in ius et proprietatem beati Petri ac sub nostra et apostolice sedis protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum deum et beati Benedicti regulam atque[g] institutionem monialium inclusarum sancti Damiani *[h] in eodem monasterio[i] institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. *[k] Liceat quoque vobis personas liberas[l] et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli sororum vestrarum[m] post factam in monasterio vestro professionem fas sit de eodem loco discedere, discedentem vero[n] nullus audeat retinere. Pro consecrationibus vero altarium * sive pro oleo sancto[o] vel alio ecclesiastico sacramento nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, set hec[p] omnia gratis auctoritate nostra vobis episcopus diocesanus impendat; alioquin liceat vobis hec eadem auctoritate recipere a quocumque malueritis catholico antistite gratiam et communionem sedis apostolice obtinente. Quia vero interdum diocesani episcopi copiam non habetis,[q] si quem episcopum Romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones monialium, vasorum et vestium ac consecrationes altarium auctoritate sedis apostolice recipere valeatis. Cum autem generale interdictum[r] terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbatissa,[s] vel earum aliqua, que tibi successerit, nulla ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quam sorores communi consensu vel sororum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Benedicti regulam providerint eligendam. Libertates preterea et immunitates concessas vobis a rege, episcopo et capitulo supra dictis auctoritate apostolica confirmantes nichilominus inhibemus, ne quis archiepiscopus, episcopus vel prelatus alius in monasterium * predictum vel personas regulares inibi Domino famulantes excommunicationis, suspensinois vel interdicti sententiam audeat

---

159. *d) Hoc loco in privilegio anteriori scribitur:* cum hospitali vestro apud Pragam. — *e)* ‚situm' *scribae incuria omittitur in R.* — *f)* ‚et ipsum' *R.* — *g)* ‚ut ordo — atque' *verbis tantum* ‚etc. usque: institutionem' *indicatur in R.* — *h)* ‚Asisinatis' *hoc loco omissum est R.* — *i) Sequentia verbis tantum* ‚etc. usque: observetur' *indicantur in R.* — *k) Hoc loco omissa est formula* ‚Preterea quascumque possessiones — permaneant' *et possessionum nominatarum confirmatio, quae in privilegium hospitali sancti Francisci eadem die datum (v. num. 160) transscripta sunt.* — *l) Sequens formulae pars tantum verbis* ‚etc. usque: retinere' *indicatur in R.* — *m) Sequentia verbis tantum* ‚etc. usque: discedere' *indicantur in R.* — *n) Sequitur* ‚etc. usque: retinere' *R.* — *o) Sequentia verbis tantum* ‚etc. usque: extorquere' *indicantur in R.* — *p)* ‚hec' *deest R.* — *q) Reliqua formulae pars verbis tantum* ‚etc. usque: recipere valeatis' *indicatur in R.* — *r) Reliqua formulae pars verbis tantum* ‚etc. usque: divina off. celebrare' *indicatur in R.* — *s) Reliqua formulae pars verbis tantum* ‚etc. usque: providerint eligendam' *indicatur in R.*

promulgare, quam contra prohibitionem huiusmodi prolatam decernimus non tenere. Paci quoque et tranquillitati vestre[t] paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Statuimus insuper, ut iuxta morem Romane ecclesie divinum ibi officium celebretur, excepto, quod psalterium secundum consuetudinem possitis dicere Gallicanam. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum prefatum monasterium liceat temere perturbare *, seu quibuslibet vexationibus fatigare * [u] Ad indicium autem huiusmodi percepte a sede apostolica libertatis unun **obolum aureum** persolvetis nobis nostrisque successoribus annuatim. Si qua igitur in futurum[v] ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem[w] eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.[x]

Datum Viterbii per manum magistri Willelmi, sancte Romane ecclesie vicecancellarii, XVIII kalendas maii, indictione VIIII,[3] incarnationis dominice anno MCCXXXVII, pontificatus vero donni Gregorii pape VIIII anno undecimo.

160.

Gregorius IX. papa hospitate sancti Francisci Pragense protegendum suscipit, eius possessiones, quas nominatim recenset, confirmat et privilegia amplissima ei concedens statuit, ut inde census annuus unius byzantii sedi apostolicae persolvatur.

Viterbii 1237 apr. 14

Autographum in membrana scriptum in tabulario ordinis Crucigerorum cum stella rubea Pragae asservatur (A). — Apographum eiusdem temporis exstat in Gregorii IX. regestorum volumine V, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. tom. XVIII) asservatur, fol. 277r–277v, lib. XI, ep. 25 (R).

---

159. t) *Reliqua verbis* ‚etc. usque: exercere‘ *indicantur in R.* — u) *Hoc loco reliqua formae communis pars* ‚sed omnia integra — auctoritate‘ *omissa est, quia iam supra enuntiata, quibus possessiones monasterii confirmabantur, etiam omissa sunt.* — v) *Sequens formulae pars verbis tantum* ‚etc. usque: districte subiaceat ultioni‘ *indicatur in R.* — w) *Reliqua formulae pars verbis tantum* ‚etc. usque: inveniant‘ *indicatur in R.* — x) *Papae et cardinalium subscriptiones, quae in autographo sequebantur, desunt in R.*

3) *ita R perperam pro* X. *Similiter etiam in regestorum lib. XI ep. 9 (v. Auvray l. l. II, num. 3587) et lib. XI ep. 25 (v. infra num. 160) indictio perperam computata est.*

Wadding, Annal. Minor. II, pag. 646, num. 59 (ex R) = Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag. 216, num. 227 — Beckovský, Poselkyně starých příběhů českých I, pag 386. — Schaller, Beschreibung d. kgl. Hauptstadt Prag III, pag. 211, num. 1 (ex A). — Palacký, Ital. Reise, pag. 27, num. 138 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 427, num. 917 (fragm. ex R) — Boczek, Cod. dipl. Mor. V, pag. 230, num. 16 (ex apogr. in tabul. praepositurae in Pöltenberg) — Jacksche, Gesch. des ritterl. Ordens d. Kreuzherren mit dem roten Sterne, pag. 142. — Potthast, Reg. pontif. num. 10322 — Auvray, Les Reg. de Grégoire IX, tom. II, col. 621, num. 3604 (reg.)

In autographi tergo registratoris cancellariae apostolicae manu adnotatur: R, *in cuius parte superiore litterae* ícpt *positae sunt. Reliquae cancellariae apostolicae adnotationes (in membranae replicatae parte dextera et alibi) iam plane discerni non possunt. — Litterarum formas, quae humiditate valde destructae sunt, scriba quidam saeculo XVI exeunte vel XVII ineunte satis inepte restauravit; sed scripturae evanidae ductu summa cum diligentia investigato textum genuinum recte restituimus. — In privilegio conscribendo notarius recepit verba fere omnia privilegii eiusdem papae dati Agneti abbatissae monasterii s. Francisci eiusque hospitali die 25. iulii 1235 (v. num. 118), excepta arenga et nonnullis locis, quae ea de causa mutari debuerunt, quod privilegium nunc magistro hospitalis eiusque fratribus concessum est. Praeterea notandum est capitulum de divinorum officiorum tempore interdicti generalis celebratione alio loco, quam in exemplo po*i*stum esse.*

Gregorius,[a] episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis[a] ..[1] magistro hospitalis sancti Francisci Pragensis eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.[b] Omnipotens deus, qui alto providentie sue consilio cuncta disponit, cor et animum dilecte in Christo filie Agnetis, sororis carissimi[c] in Christo filii nostri ..[2] illustris regis Boemie, tanto caritatis igne succendit, ut in monasterio sancti Francisci pauperum monialium inclusarum Pragensi Christo se ipsam in odorem suavitatis offerret et pietatis ac compassionis intuitu ad opus infirmorum et pauperum hospitale, in quo divino estis obsequio mancipati, fecerit et dotarit. Nos igitur prosequentes sanctum eius propositum et apostolico patrocinio confoventes, ad preces ipsius hospitale predictum situm in fundo, quem prefatus rex ecclesie Romane concessit, et tam idem * quam venerabilis frater noster ..[3] Pragensis episcopus * plenarie libertati donavit, sicut in eorum litteris ad nos transmissis perspeximus * contineri,[4] in ius et proprietatem beati Petri ac sub nostra et apostolice sedis protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum deum et beati Augustini regulam * in eodem hospitali de mandato nostro institutus esse dinoscitur, perpetuis[d] ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones,[e] quecumque bona idem hospitale impresentiarum iuste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel

160. a) ,Gregorius — filiis' *desunt in R.* — b) ,prof. in perp.' *tantum compendio* ,etc'. *indicantur in R.* — c) ,karissimi' *R.* — d) *Reliqua formulae pars tantum verbis* ,etc. usque: observetur' *indicatur in R.* — e) *Reliqua formulae pars verbis* ,etc. usque: illibata permaneant' *indicatur in R.*

1) *Albertus?* — 2) *Venceslai I.* — 3) *Johannes II.* — 4) *Litterae regis et episcopi iam deperditae sunt.*

principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante Domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus[f] hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipsum, in quo prefatum hospitale situm est, cum omnibus pertinentiis suis, villam Glupetin cum omnibus villis ad eam pertinentibus, videlicet Humencle et Nidoscitus, villam Borotiç cum omnibus villis ad ipsam pertinentibus, videlicet Supenewici[g] et Drahtesici, villam Ribinic cum suis pertinentiis, villam Rokschice cum omnibus pertinentiis suis et alias possessiones vestras cum pratis, vineis,[h] terris, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium vestrorum,[i] que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de ortis, virgultis et piscationibus vestris seu de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas[k] et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere et eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum[l] post factam in eodem loco professionem fas sit de loco ipso nisi arctioris religionis obtentu discedere; discedentem vero[m] absque communium litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum[n] terre fuerit, liceat vobis clausis ianuis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto. Pro consecrationibus vero altarium * sive pro oleo sancto vel alio ecclesiastico sacramento[o] nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, sed hec omnia gratis vobis auctoritate nostra episcopus diocesanus impendat; alioquin liceat vobis hec eadem auctoritate recipere[p] a quocumque malueritis catholico antistite gratiam et communionem sedis apostolice obtinente. Quia vero interdum diocesani episcopi copiam non habetis,[q] si quem episcopum Romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem, et de quo plenam notitiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictiones vasorum et vestium, consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, recipere valeatis. Obeunte vero te, nunc eiusdem hospitalis magistro, nullus ibi[r] qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum maior pars consilii sanioris secundum deum et beati Augustini regulam providerint eligendum. Libertates preterea et immunitates, concessas vobis a rege, episcopo et capitulo supradictis, auctoritate apostolica confirmantes, nichilominus inhibemus, ne quis archiepiscopus, episcopus vel prelatus alius in * hospitale predictum vel regulares personas inibi Domino famulantes excommunicationis, suspensionis vel interdicti sententiam audeat promulgare; quam contra prohibitionem huiusmodi prolatam

160. *f) Reliqua verbis* ,etc. usque: vocabulis' *indicantur in R.* — *g)* ,Supenecwiçt' *R.* — *h) Reliqua formulae pars compendio* ,etc.' *indicatur in R.* — *i) Reliqua formulae pars verbis* ,etc. usque: extorquere presumat' *indicatur in R.* — *k) Reliqua formulae pars verbis* ,etc. usque: retinere' *indicatur in R.* — *l) Reliqua formulae pars verbis* ,etc. usque: nisi artioris religionis obtentu discedere' *indicatur in R.* — *m) Quae sequuntur, verbis tantum* ,etc. usque: nullus audeat retinere' *indicantur in R.* — *n) Sequentia tantum verbis* ,etc. usque: celebrare' *indicantur in R.* — *o) Quae sequuntur, verbis* ,etc. usque: gratis' *indicantur in R.* — *p) Reliqua formulae pars verbis tantum* ,etc. usque: obtinente' *indicatur in R.* — *q) Reliqua formulae pars tantum verbis* ,etc. usque: recipere valeatis' *indicatur in R.* — *r) Reliqua formulae pars verbis tantum* ,etc. usque: providerint eligendum' *indicatur in R.*

decernimus non tenere. Paci quoque[s] et tranquillitati vestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum vestrorum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. * Decernimus ergo,[t] ut nulli omnino hominum liceat prefatun **hospitale** temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate. Ad indicium autem huius percepte a sede apostolica libertatis unum bizantium nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur[u] in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant.[w] ‖ Amen. Amen. Amen. ‖

(R) Ego Gregorius catholice ecclesie episcopus subscripsi. *(B V.)*
† Ego Johannes Sabinensis episcopus subscripsi.
† Ego Jacobus Tusculanus episcopus subscripsi.[y]
† Ego Rainaldus Ostiensis et Velletrensis episcopus subscripsi.
† Ego Thomas tituli sancte Sabine presbyter cardinalis subscripsi.
† Ego Johanes tituli sancte Praxedis presbyter cardinalis subscripsi.
† Ego Guifredus tituli sancti Marci presbyter cardinalis subscripsi.
† Ego Sinibaldus tituli sancti Laurentii in Lucina presbyter cardinalis subscripsi.
† Ego Stephanus s. Marie trans Tiberim tituli Calixti presb. cardinalis subscripsi.
† Ego Raynerius sancte Marie in Cosmedin diaconus cardinalis subscripsi.[z]
† Ego Otto s. Nicholai in carcere Tulliano diac. card. subscripsi.

Datum Viterbii per manum magistri Guillelmi, sancte Romane ecclesie vicecancellarii,[aa] XVIII kalendas maii, indictione VIIII,[5] incarnationis dominice anno MCCXXXVIII, pontificatus vero domni[bb] ‖ Gregorii ‖ pape VIIII[cc] anno undecimo.

Bulla plumbea, quam autographo ‚in filis glaucis et rubeis sericeis' *appensam fuisse commemorat transsumptum datum Pragae a. 1336 iul. 15, iam avulsa et deperdita est.*

160. *s) Reliqua formulae pars verbis tantum* ‚etc. usque: audeat exercere' *indicatur in R.* — *t) Quae sequuntur, verbis tantum* ‚etc. usque: omnimodis profutura' *indicantur in R.* — *u) Reliqua formulae pars verbis tantum* ‚etc. usque: subiaceat ultioni *indicatur in R.* — *v) Reliqua formulae pars verbis tantum* ‚etc. usque: premia eterne pacis inveniant' *indicantur in R.* — *w) quae sequuntur usque* ‚Datum' *omittuntur in R.* — *x) In rota scribitur:* ‚Scs. Petrus. Scs. Paulus. ‖ Gregorius pp VIIII. ‖ † Fac mecum Domine signum in bonum'. — *y) Post hanc subscriptionem una linea vacua relicta est A.* — *z) Sequitur una linea vacua relicta.* — *aa)* ‚sancte Rom. eccl. vicecancellarii' *cum membranae parte avulsa perierunt in A.* — *bb)* ‚donni' *R.* — *cc)* ‚VIIII' *deest in R.*

5) *Ita perperam pro* X. *Eodem modo indictio etiam in privilegio praecedenti perperam computatur.*

161.

Otto II., comes palatinus Rheni et dux Bawariae, monasterio ordinis fratrum Minorum in ecclesia Salvatoris Ratisponae fundum eidem ecclesiae praeiacentem donat. — Inter testes: rex Boemie.

Ratisponae 1237 apr. 15.

[Lang], Reg. Boica II, pag. 260 (extr. ex autogr. tabularii Bavariae gener. Monacensis) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 427, num. 918. — Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, num. 11205.

Eodem fere tempore etiam Fridericum II. imperatorem ibidem moram traxisse Hermannus Altahensis refert: Imperator itaque ... recessit ab Austria ... celebrando festum Resurrectionis dominice *[apr. 19]* Ratispone. *(Mon. Germ. hist. XVII, p. 392); v. et. Reg. imp. V, num. 2245a .*

162.

Venceslaus I., rex Bohemiae, hospitali sanctae Mariae ordinis Teutonicorum in vico Teutonicorum Pragensi possessiones ab Otakaro I., rege Bohemiae, quondam in Bohemia et Moravia donatas, quarum nomina accurate recensentur, confirmat.

— 1237 maii 12.

Autographum in membrana scriptum in tabulario Regiomontano in Borus. (Königsberg) asservatur (A).

Voigt, Gesch. d. Ballei d. deutsch. Ordens in Böhmen (in: Denkschr. d. kais. Akad. d. Wiss. Wien, tom. X) pag. 139 = Emler, Reg. Boh. II, pag. 1163, num. 2647 (extr.)

Autographum exaravit scriba, quem nota ,Venceslaus 23' signamus. Eiusdem scribae manus repperitur etiam in regis Venceslai charta, quam anno 1240 hospitale s. Francisci Pragense de ecclesiae in monte s. Hippolyti donatione accepit (v. num. 256). Quam ob rem coniectari licet scribam e numero eorum esse, qui in cancellaria regia officio fungebantur. Sed genere dicendi charta nostra ab aliis eiusdem temporis chartis in tantum abhorret, ut dubium esse non possit, quin extra cancellariam, et verisimillime a destinatario ipso, verbis contexta sit.

C. ⁑ In nomine sancte et individue trinitatis amen. ⁑ Wencezlaus, dei gratia rex Boemorum quartus, universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis imperpetuum.‖ Predecessorum nostrorum, pie memorie regum sive ducum Boemie, facta minus accurata provisione roborata per moderni temporis multimoda et dampnosa varietatum discrimina iniquorum versutis perturbari ‖ incursibus sepenumero perspicientes, quia non minus id quam nostre dignitatis decet excellentiam, egre ferentes, ne facta nostra, quod absit, aliqua oblivionis caligine obfuscata ulla contrarietatis molestia irretita, equanimiter laborare ‖ contingat in posterum, ea sic pervigili cura et provida dispensatione roborare decrevimus, utn ullatenus alicui malignantium, eadem facta nostra perturbare volentium, ex aliqua parte Domino cooperante impugnandi patere possit accessus. Innotescat

igitur tam futuris quam presentibus cunctis christiane religionis perseverantiam profitentibus, quod nos pro remedio anime patris et matris nostre omniumque affinium et predecessorum nostrorum de bonis suis ab omni inpetitione penitus libera, que pie memorie pater noster hospitali beate dei genitricis semper virginis Marie, quod vulgo in vico Teutonicorum sonat, contulit et fundavit, sigilli nostri munimine confirmamus, ut tam nos ipsi quam coniuges[a] nostre[b] et affinium nostrorum una cum prole nostra presenti sive futura post huius laboriosi certaminis metam pro parvis magna, pro temporalibus sempiterna,[c] stola beate immortalitatis induti, ad ea, que sine fine sunt mansura, pertingere mereamur gaudia. Huius autem confirmationis nostre hec est inscriptio: Repin cum servis omnibus ac attinentiis suis, Luben cum foro, Zedeliz, Camina; item Biscowiz cum ecclesia et aliis tribus villis, quorum[d] hec sunt nomina: Nesela, Ugest, Peren cum vineis sibi attinentiis; item Reschiz,[e] item Cynemath Rybinik; item Docuan cum appendiciis suis; Nouozedeliz civitas cum villis IIII^or; item parrochia Tvmnow cum omnibus decimis; parrochia Hostradiz cum omnibus sibi attinentiis; parrochia Rohadiz cum quinque villis et omnibus decimis; parrochia Tropov cum omni iure suo; item Holaspiz cum appendiciis suis; Nyclowiz et Smidesdorf cum suis attinenciis; Crucerdorf; item Naschradiz cum omnibus appendiciis suis; item Sywonin cum omni iure suo. Ut autem hec nostra confirmatio rata et inconvulsa consistat, predicto hospitali fratrum Teutonicorum in Jerosolimis presens autenticum sigilli nostri impressione confirmamus. Huius confirmationis nostre testes sunt hii: Pernhardus Pragensis episcopus,[1] castellanus Miztedru Pragensis, Burso filius Boizlai, Heinricus castellanus in Budisin, castellanus de Pfrinberge,[2] Benis, Bavrus, Habele, Albertus de Zlevn et alii quam plures. Super hec omnia quicumque in contrarium sentire, quod absit, in posterum attemptaverit, veniat mors super illos et descendant in infernum viventes, ut absque ullius refrigerii intervallo eternis suppliciis deputati infernalis eos ignis pice et sulphure rutilans cum Juda traditore et Pylato preside cremandos involvat. Datum anno ab incarnatione Domini MCCXXXVII, indictione X, IIII idus maii.

Autographo appendebat e filis sericis rubris sigillum, quod iam avulsum et deperditum est.

162. a) *ita distincte A.* — b) *litterae* ‚nre ⁊ affini' *eodem atramento in loco raso scriptae sunt A.* — c) ‚recipientes' *vel simile verbum hic scribae incuria omissum est.* — d) *ita A.* — e) *littera* ‚e' *statim inter scribendum ex* ‚a' *correcta est A.*

1) *De Bernhardi episcopi consecratione duobus diebus ante chartae datam celebrata Ann. Erphord. fratrum Praedicatorum referunt:* Eodem die *[6. maii]* Maguntinus ab imperatore Erphordiam veniens, sollemniter a clero susceptus est. Qui proxima sequenti dominica *[maii 10]* in ecclesia s. Petri Lutolfum in Halberstatensem et Bernhardum in Pragensem consecravit episcopum, cooperantibus sibi istis presulibus: *[Eckehardo]* Merseburgense, *[Vilhelmo]* Havelbergense ac Peregrino antiquo Pragense. *Vid. Monum. Erphesfurt. ed. Holder-Egger, pag. 92.* — 2) *Castelanus, cuius nomen hic omissum est, tunc Neustup erat.*

163.

Gregorius IX. papa praeposito et capitulo sancti Petri in Vyšehrad iniungit, ut pro annuo censu duodecim marcarum, qui per Coelestinum III. in quinque marcas redactus erat, in posterum censum quinque marcarum argenti boni ecclesiae Romanae persolvant.

Viterbii 1237 iun. 22.

Autographum in membrana scriptum in tabulario capituli collegiati Vyšehradensis asservatur (A). — Apographum eiusdem temporis exstat in Gregorii IX. regestorum volumine V, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XVIII) asservatur, fol. 303r, lib. XI, ep. 145 (R).* — Aliud apographum ex originali transscriptum insertum est transsumptis Nicolai episc. Pragensis dd. Pragae 1256 iul. 11 (B) et Nicolai provincialis atque Johannis prioris ord. Praedicatorum dd. 1273 febr. 19 (C), quae in tabulario eiusdem capituli asservantur. — Exemplar saec. XIV. praebet Liber privilegiorum ecclae Vissegradensis fol. 12v, num. 22.

Hammerschmidt, Gloria Wissehradensis, pag. 389. — Palacký, Ital. Reise, pag. 27, num. 39 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 428, num. 919 (fragm. ex B) — Potthast, Reg. 10410 — Auvray, Les Registres de Grégoire IX, t. II, col. 695, num. 3761 (ex R)

In autographi membranae replicatae margine dextro haec scriptoris cancellariae apostolicae nota legitur: be. f. ***In autographi dorso in angulo superiori sinistro adnotatur*** B ***littera, quae ad cancellariae apostolicae officialem quendam referenda est. Ibidem in medio margine superiore alia cancellariae apostolicae manus adnotavit*** Scūs Petrus, ***quae nota procul dubio destinatarium (ecclesiam Vyšehradensem) significat.***

Gregorius[a] episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis[a] [1] preposito et capitulo sancti Petri Wiscegradensis salutem[b] et apostolicam benedictionem.[b] Cum olim in censuali libro ‖ nostro[2] perspexerimus[c] contineri, quod ecclesia vestra, que ad nos nullo pertinet mediante,[d] annuum censum duodecim marcarum tunc monete currentis ecclesie Romane sol‖vere tenebatur,[3] vobis proponentibus coram nobis, quod per felicis recordationis Celestinum papam, predecessorem nostrum, propter vilitatem monete, qua tempore pro‖missi census regnum Boemie utebatur, in quinque marcis boni argenti redactus fuerat idem census, prout eiusdem pape privilegium nobis exhibitum continebat,[4] et supplicantibus, ut eodem quinque marcarum censu dignaremur esse contenti, nos qui nostris temporibus pati nolumus, ut iura sedis apostolice minuantur, in huiusmodi negotio cautelam debitam adhibere

---

163. *(*) In rubricarum elencho in libri regestorum initio epistulae argumentum his verbis indicatur:* ‚CXLV. Preposito et capitulo sancti Petri Wiscegradensis super annuo censu solvendo ecclesie Romane.'

a) ‚Gregorius — filiis' *desunt in R.* — *b)* ‚salutem — benedictionem' *desunt R.* — *c)* ‚per' *in loco raso eadem manu scriptum A (fortasse pro* con *correctum).* — *d) ex* ‚mediante pertinet' *signis superscriptis correctum R.*

1) *Arnoldo.* — 2) *Vide ante pag. 135 not. 4.* — 3) *Vid. privilegium Lucii II. papae die 11. apr. a. 1144 datum in CDBoh. I, num. 136.* — 4) *V. CDBoh. I, pag. 327, l. 24.*

volentes, venerabili fratri nostro . .[5] episcopo Mersburgensi litteris nostris iniunximus,[6] ut super vilitate monete a tempore indulti ecclesie Wiscegradensi a sede apostolica privilegii sollicite inquireret veritatem, et quod super hoc tam per testes quam alias probationes legitimas inveniret, autenticis penes se pro cautela retentis, sub sigillo suo nobis fideliter intimaret. Qui mandatum nostrum exequens sollicite ac prudenter, depositiones testium productorum et alias probationes a vobis exhibitas ad nostrum remisit examen sigillo proprio interclusas. Quas cum per dilectum filium magistrum Berardum, notarium nostrum,[7] tunc causarum camere nostre auditorem, examinari fecerimus diligenter, quia vilitatem monete a tempore dicti privilegii sufficienter invenimus esse probatam, nos vestris supplicationibus annuentes, volumus, ut annuum censum quinque marcarum boni argenti nobis et successoribus nostris iuxta prefati predecessoris nostri privilegium annis singulis de cetero persolvatis. Datum Viterbii X kalendas iulii, pontificatus nostri anno undecimo.

Bulla, quae autographo e filis cannabis appendebat, iam avulsa et deperdita est.

164.

Ulricus de Karinthia, suscepto a Venceslao I. rege regimine provinciae Břeclavensis, iura quondam a Conrado Ottone duce in provincia Brunensi constituta et a Přemyslo Otakaro I. rege renovata incolis provinciae suae notificat et confirmat.

In Bzenec 1237 iul. 14.

Autographum in membrana scriptum nunc in tabulario civitatis Brunnensis asservatur (A). — Apographum saec. XV ineuntis exstat in libro privilegiorum monii. Velehradensis fol. 58, qui in tabulario terrae Moraviae asservatur (C). — Autographum quondam in eiusdem monasterii tabulario asservatum esse tum ex signatura manu saec. XVIII chartae dorso inscripta, tum ex eo cognosci potest, quod adnotatio manu saec. XIII ex. in autographi tergo scripta „Jura provincie Brezlauiensis sumpta ex iuribus provincie Brunnensis" *etiam in apographi C superscriptione repetitur.*

Dobner in: Abhandlungen der böhm. Gesellsch. d. Wissensch. 1786 pag. 476. — Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 325, num. 283. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 428, num. 920. — Jireček Herm., Codex iuris Bohemici I, pag. 68, num. 36. — Jireček Herm., Über Eigenthumsverletzungen und deren Rechtsfolgen nach dem altböhm. Rechte, pag 34—37 (Tantum statutorum verba ‚Omnes hereditates × ius canonicum'*).*

Autographum manu quadam ignota scriptum est. Unde scriba provenerit, incertum est, cum eadem manus iam in nulla alia eiusdem temporis charta occurrat. — De chartae

163. 5) *Ekkardo.* — 6) *Vide ante pag. 135 num. 109.* — 7) *Berardum notarium unam eandemque personam esse puto cum illo mag. Ber[ardo] de Setia, qui die 26. octobris eiusdem anni bis „scriptor" papae appellatur. (Vid. Auvray, l. l. II, num. 3821, 3823).*

dictatore nihil certi proferre possumus. Excepto exordio artificiose verbis contexto charta statutorum Conradi ducis tenorem e renovatione a Přemyslo Otacaro I. die 17. martii 1229 provinciae Brunnensis incolis data (CD Boh. II. num. 325) iisdem verbis repetit.

† ⁑ In nomine ⁑ sancte et individue trinitatis amen. Ego Vlricus, dono dei filius ducis Karinthie ac nepos nobilissimi et inclyti regis Boemorum, tam modernis quam eorum successoribus, suppanis, militibus totique vulgo ‖ Brezlauiensis provincie ex utraque parte Moraue constutis[a] in perpetuum. Quoniam res, que multorum utilitati deserviunt, a mortalium memoria oblivionis nubilo facilime subducuntur, nisi scripti fuerint tenacitate[b] firmate, eapropter ad nostri ‖ honoris amplitudinem et anime nostre perpetuam salutem ac omnium sub nostro districto[c] conmanentium pacis et quietis inviolabilem plenitudinem, ne quis proprio libitu aut ausu temerario dolis aut calumpnia in parem, subditum et inferiorem utriusque sexus quasi ‖ licitus efferatur, talia ponimus obstacula et ei, que in multis scaturire solet negociis, obviare cupimus improbitati. Notum sit igitur universis, quod illustris Boemorum rex,[1] avunculus noster, de sua regali auctoritate et potentia principali, quando provinciam Brezlauiensem nobis contradidit regendam ac possidendam, ad violentie et erroris omnimodam abolitionem prefatam provintiam nostro nostrorumque nobilium rogatu secundum iura provincie Brunensis regi et ordinari disposuit ac de sua regali plenitudine nostro commisit arbitrio eadem iura distendere et ampliare, ita tamen, ut exinde presens etas proficeret et futura, si nostre placeret discretioni. Legentibus ergo et audientibus nec non prefatis utentibus iusiurandis, ut nostra deposcit serenitas, dubitacionis scrupulum et nubilum suspicionis removere cupientes, ipsa iura et venerandorum Boemorum regni gubernatorum, pie videlicet memorie ducis Conradi nec non inclyte recordationis quondam Boemorum regis avi nostri Ottakari et nobilissimi avunculi nostri Boemorum regis Wenzezlai beneplacito et regali serenitate Brunensi provincie contradita et ipsorum auctoritate firmiter roborata de verbo ad verbum presenti pagine duximus inserenda hoc modo: Omnes hereditates, quas viri nobiles, tam maiores quam minores, tempore ducis Conradi sine querela iuste et pacifice hucusque possederunt, in bona tranquillitate pacis ammodo possideant. Item nullus camerarius citet aliquem, nisi certo cum testimonio eorum, quorum interest; et nominatim quilibet eorum debet ducere castellani nuncium et alium iudicis, insuper duos probos viros de circumsedentibus villis. Et si camerarius vadit ipse secundus aut tercius sine nunciis beneficiatorum, si interficitur, nichil pro eo respondeatur. Si fuerit fur apud aliquem nobilem vel apud aliquem, cuius est villa, et dederit eum curie, omnia bona sua sint et collum eius detur in principis potestatem. Insuper, si fur capitur in aliquo loco et suspenditur, omnia sua principis sunt preter fruges, que adhuc in agro remanserunt. Item quod dicitur narok, hoc non debet esse, nisi ubi constet sub certo testimonio sua bona amisisse, nisi acciderit in silva vel in aliquo loco secreto vel alicui hospiti; et antequam ad-

164 *a) ita A (pro* constitutis*) — b) primitus* tene, *sed statim correctum A. — c) ita A.*

1) *Venceslaus I.*

mittatur, debet notificari curie, quorum interest, scilicet iudici, castellano cum ceteris. Quando aliquis pauper venit de propria re conquerendo, pallium sibi nullatenus deponatur. Nullus zok aliquem accuset, nisi sub certo testimonio vicinorum de dampno constiterit; et si fuerit zok convictus testimonio fori communis, lapidetur. Quando aliquis iudicium aque debet subire, nullus eum in aquam dimittat, nisi sacerdos et eius cooperator; si deus iuverit eum, iudici det duos denarios et sacerdoti XIIII. Si denudaverit se et iudicium subire noluerit, solvat capellano VII denarios et vetule IIos. Si aliquis nobilis vir, et non drv̂ho,[d] super se habuerit narok, puer pro ipso subeat iudicium, et si non fuerit adiutus, solvat pro eo CC denarios. Quando ducitur, quod dicitur zuod, debet adesse castellani nuncius, iudicis et villici et camerarii et unus vel duo de vicinatu illo, et ultra tres non ducatur, set in tercio remaneat; et si convictus fuerit, CC in cameram regis reddat denarios et illi, qui dicitur powod, satisfaciat. Si quis equos, equas vel boves,* vaccas vel aliqua maiora subtraxerit, quantitas dampni estimetur sub certa fide et sacramento eorum, quibus iuridicio est commissa, et secundum hoc accusatores admittantur. Item fures cum sociis et fautoribus eorum pari pena puniantur. **Illud etiam, quod dicitur zlubni zud, habeant inter se libere et absolute, scilicet de capra et ove et ceteris huiusmodi, preter vaccam, bovem et equum ceteraque maiora.** Si subtrahuntur alique res, pallium aut[e] aliquid tale, hoc curie non notificetur; set si bos vel iumentum subtrahitur, curie notificetur. Et quando aliquis vulneratur de foro veniendo vel alibi, notificetur curie. Item quando aliquis nobilis capitur in furto et suspenditur, et non habet prolem, hereditas[f] ipsius regi cedat. Et si aliquis capitur in manifesto furto, uxor eius habeat terciam partem. Quicumque nobilis vel rusticus occiderit aliquem, CC denarios solvat curie et alias recedat et querat graciam et uxor sua in pace sedeat et indempnis. Si quis non habuerit filios vel filium, et filias habuerit, ad illas deveniat hereditas equaliter; et si non fuerint, hereditas deveniat ad proximos heredes. Si alicui subtrahuntur iumenta aut famuli apes furantur, debet subire iudicium ferri, scilicet vomeres. Insuper, si aliquis spoliatus fuerit per wiboy, incuset quos vult, et de hirdozt nominet, quos vult, et antique consuetudinis[g] conserventur. Quisquis theloneum pertransierit a thelonario[h] licentia non obtenta, neque theloneo persoluto, non aliter puniatur, nisi ius thelonei duplicabit et preter hoc pro pena solvet LX denarios. Si quis equum proprium currum aliquem trahentem recongnoverit, non plus quam LXa denarios pro curru et rebus in eo existentibus iudicii[i] persolvat. Item si quis equum apud aliquem invenerit vulneratum, non equum vendicet sibi iudex, nisi solummodo LXa denariis sit contentus. Item si quis citatus fuerit et obtinuerit ius suum in iudicio, neque wrez neque pohonce, set solummodo duos denarios persolvat, quod pomocne vulgariter appellatur. Item ad clamorem communem, qui nestoyte vulgariter nominatur, nullus currere teneatur, nisi de propria voluntate hoc facere voluerit. Item, si quis super rebus propriis mobilibus sive immobilibus in iudicio convenitur, eadem bona, de quibus fit questio, neque iudex, neque domini terre villicus sibi vendicet possidenda; set idem, qui super eisdem bonis convenitur, eadem bona pacifice possideat, donec eadem questio per sententiam decidatur. Item si vestigia rei furtive secus aliquam villam deperierint, eadem villa occasione eiusdem furti nullatenus

164. *d) accentus litterae* v *superpositus ita litteram proximam attingit, quod facillime* drvzo *perperam legi possit.* — *e)* ‚ut' (vt) *scribae incuria A.* — *f)* ‚s' *ex* ‚t' *corr A (fortasse scriba primitus* hereditates *scribere voluit).* — *g) ita A (pro* ‚consuetudines'*) scribae errore A* — *h) ita A.* — *i) ita (pro* ‚iudici'*) scribae incuria scriptum A.*

puniatur. Preterea nullus de illis, qui custodiunt silvam, debet spoliare aliquem in via vel in foro, nisi tunc illum spoliet, quando[k] invenit arborem secantem. Ad hoc iudex numquam iudicet in CCC denariis, nisi LX[a]. Insuper numquam iudex, debet iudicare solus, nisi presente castellano aut aliquibus nobilibus; et quando villicus iudicat, non debet ire ad capiendum consilium de iudicio, set iudicet sedens cum militibus. Item quando tempus est ire ad iudicandum et omnes sunt, et villicus non vult venire, iudex iudicet cum militibus; et de mane semper et numquam hora vespertina a iudice et a villico iudicium habeatur. Quando aliquis interficitur in via, sive homo militis, sive iudicis, sive villici fuerit, confusio magna inde fit, sollent apponi denarii, aurum et argentum; ille, qui accusat, et dominus debet iurare super sancta sanctorum. Pro debito si quis citatus fuerit et in primo termino non astiterit iudicio, vendatur, nisi legittimum possit probare testimonium[l]. Insuper nullus de hominibus nobilium, qui vadit in aliqua vel in propria legatione, sive ad forum, numquam in novo, nisi in antiquo thelonio solvat. Item ad iudicium nullus accedat, nisi de domo secundum ius primo citetur. Insuper, si villicus regis sine iudicio aliquem inpignoraverit, rex suo iure corrigat; si villicus,[m] marcam auri solvat camerarii;[m] si dominus, beneficio careat. Preterea duellum, quod in vulgari dicitur kiy, non habeant, nisi ad extraneos. In hiis omnibus excipimus privilegia religiosorum virorum a principibus * concessa et iura clericorum cum dotibus ecclesiarum, quibus[n] reguntur secundum ius canonicum. Ne autem ad presens vel in posterum error aut calumpnia sive contemptus ebulliat in predictis, et ut res dicta firmitatem obtineat in perpetuum, omni novercandi occasione propulsa, presentem paginam nostri sigilli munimine inviolabiliter duximus corroborandam. Acta sunt hec anno gratie MCCXXXVII in Bizinze pridie idus iulii.

Autographo appendet e scidula membranae sigillum rotundum e cera communi confectum, cuius diametros 46 mm sunt. — In sigilli area ducatus Karinthiae arma depinguntur: scutum bipartitum, in cuius medietate dextra conspiciuntur tres leonissae supra se positae dextrorsus gradientes cum caudis super dorsum erectis. In scuti medietate sinistra zona transversa. Circumscriptio: ✠ S · VLRICI · FIL · DVCIS KARINTHIE.

165.

Venceslaus I., rex Bohemiae, facta commutatione cum Sdislavo, plebano ecclesiae s. Petri Brunnensis, pro praediis eiusdem ecclesiae expresse nominatis totam possessionem suam in villa Bosonohy ecclesiae s. Petri donat.

Brunnae 1237 aug. 14

---

164. *k) ita* (‚qn̄‘) *A. Confirmatio Přem. Otakari I. regis provinciae Znojmensi data (CD Boh. II, num. 234) hoc loco melius* quem invenerit *scribit. — l) ita A;* ‚inpedimentum‘ *melius hoc loco scribitur in confirmatione provinciae Brunensi data. — m) ita confuse scribae incuria scribitur in A; chartae exemplum (CDBoh. II, num, 325) hoc loco recte scribit:* si villicus camerarii, marcam auri solvat. — *n) ita A;* ‚qui‘ *corrigendum esse docet statutorum provinciae Znojmensis recensio (CDBoh II, num. 234).*

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 328, num. 284 (ex A) cum supplemento in tomo VII, pag. 723, num. 63. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 430, num. 923.

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 24' insignimus, exaratum est. Quae manus iam in nulla alia eiusdem temporis charta reperitur, quam ob rem incertum est, unde scriba provenerit. — Stilo chartae cum aliis eiusdem temporis chartis comparato, cognosci potest chartam hanc ab Hilario, notario marchionis, verbis contextam esse. Etenim in promulgationis et corroborationis formulis multae verborum iuncturae occurrunt, quae in chartis ab eodem notario conscriptis (num. 74, 76, 87, 97) reperiuntur et sermonis generi notarii iam dicti propriae sunt. Quae sententia etiam eo comprobatur, quod etiam annis posterioribus nonnullae regis chartae ab Hilario dictatae sunt. (Vid. infra num. 227, 259 et 260).

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. W.,[1] dei gratia quartus rex Boemie, Sdizlao, plebano ecclesie beati Petri in Brunna, et successoribus eius in perpetuum. Labilis est hominum || memoria, sed vivit littera, qua vivente vivit et actio litterarum testimonio commendata. Universis itaque presentibus ac posteris scripti huius inspectionem et copiam habituris presentium exhibitione || duximus declarandum, quoniam cum fideli capellano nostro Sdizlao,[a] plebano ecclesie sancti Petri in Brunna, permutationis contractu hincinde sollempniter ac legitime celebrato, totum quicquid in villa || Bozonoch possedimus, sive cultum sive incultum, cum omnibus apendiciis, agris, pratis, pascuis, silvis et aliis, quocunque nomine censeantur, assignavimus ecclesie prenominate ac antedicto Sdizlao suisque successoribus, qui pro tempore fuerint, titulo permutationis prefate. Et quia permutationis negocium sic procedit, ut videlicet unus permutantium tribuat eo pacto, ut alter e contrario tantundem vel amplius, si placuerit, det de suo: idem capellanus noster Sdizlaus de prediis in Medlan[b] et Brezowiz, ad scolas ecclesie sancti Petri pertinentibus, ac de prediis in Wasan et Bzowe, ad vicarios et ad alios homines ecclesie pertinentibus, cum omnibus apendiciis, agris, pratis, pascuis, silvis et aliis, quocunque nomine censeantur, cessit nobis. Licet autem permutatio fuerit inequalis, quia plus de bonis nostris in ipsam venit, quam predicti capellani nostri, totum tamen, quicquid in Bozonoch habuimus, pro fidelitate ac servicio ipsius necnon pro dampnis et spoliis illatis ecclesie ab exercitu nostro in eandem permutationem perduximus. Prefatus[c] quoque capellanus noster ob ampliorem firmitatem permutationis pretaxate nos in duobus equis honoravit XX marcas valentibus. Ut autem hec rata perpetuis temporibus inviolabiliter perseverent, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus insigniri, testibus subscriptis, quorum nomina in sequentibus continentur: Otto

165. *a)* ‚Sdiza', *sed littera* ‚a' *statim erasa, correctum A.* — *b)* ‚M' *ex* ‚in' *statim eodem atramento correctum A.* — *c)* ‚a' *ex* ‚e' *eodem atramento statim inter scribendum corr. A.*

1) *Venceslaus I.*

burcravius de Donin, Arnoldus comes de Huckswag, Nicolaus filius Bohute, Boruta filius Borute, Albertus filius Nachępluk,[d] Zbrazlaus subpincerna Boemie, Daleborius subcameraius[e] minor Boemie, Andreas de Wsechrom, Milich[f] et fratres sui Zlaiborius et Ydik, Pribizlaus et Volkmarus de Malomiric, Scaztolov de Ceblowic, Bochko subcamerarius Morauie, Zawise de Breznik, Bohuse de Tazov, Rym de Selowiz, Karolus et fratres eius Benco et Luthzlaus de Richan,[g] Nahrad de Orsichove, Stephanus et frater eius Emmerammus de Medlov, Wecene de Pribram, Robertus de Trubzco,[h] Andreas filius Benes, Budizlaus filius Donati, Lambertus de Bozcowic, Zmilo filius Gerhardi de Zbrazlav, Welen de Orsechove, Predborius de Zlawicowiz, Leo de Boleradic, Dirsicrai filius Crezizlai de Boemia, Conradus scriba Bernensis, magister Stephanus de Oztupowiz, Otto canonicus Bolezlaviensis, Siro kapellanus domini regis, Heinricus plebanus de Cozten, Brumo civis Brvnnensis,[i] Alrammus, Peregrinus, Petrus filius Symonis, Sifridus et fratres eius Vlricus et Werenhardus, Albero[k] Egrensis et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie MCCXXXVII, indictione VIIII, XVIIII kalendas septembris. Datum Brunne per manus Willehelmi notarii.

Sigillum, quod e filis sericis coloris flavi et rubri appendebat, iam avulsum et deperditum est.

166.

Venceslaus I., rex Bohemiae, Vratislavo nobili, integritate eius per testes probata, bona paterna restituit idemque coenobio in Kounice ecclesias in eisdem bonis exstructas secundum donationem quondam Vilhelmi, patris eiusdem Vratislavi, dono reddit.

Brunnae 1237 m. aug.

Apographum exstat in codice ms. saec. XIV. bibliothecae universitatis Regiomontanae (Königsberg) num. 57 pag. 229 - 230 (C).

Boczek, Cod. dipl. Mor. V, pag. 230, num. 15 (reg.) — Voigt, Das urkundl. Formelb. des kgl. Not. Heinr. Ital. (Arch. f. öst. Gesch.-Quellen XXIX), pag, 32, num. 12.

Charta in formam immutata est, qua ex re explicari potest, quod locorum et personarum nomina omissa sunt. Ceteroquin chartae verba genuina fideliter servata esse videntur. — Chartam medio mense augusto datam esse veri simile est.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cum regie maiestatis honor diligendo iudicium et faciendo iusticiam a iustissimo celeste iudice deo

165 *d) sub* ‚e' *statim eodem atramento* ‚a' *adscriptum A. — e) ita pro* ‚subcamerarius' *scribae incuria A. — f)* ‚A' *statim in* ‚M' *corr. A. — g)* ‚R' *ex* ‚r' *statim eodem atramento corr. A. — h)* ‚T' *ex* ‚t *statim eodem atramento corr. A. — i)* ‚r' *ex* ‚e' *eodem atramento corr. A. — k) Litterae* ‚Al' *super litteras* ‚us' *quae ad nomen praecedens pertinebant, scriptae sunt A. (Scriba primitus post* Werenhardus *statim* Egrensis *scribere coepit, sed postea errorem suum cognoscens, post* ‚d' *signum* ⁹ (= us) *posuit et litteras* ‚us' *in* ‚Al' *mutavit.)*

credat et speret pro operibus iusticie congruam in futuro se recepturum mercedem, iustum est, ut hiis,[a] quibus aliquid iniuste ablatum[b] esse discernitur, ordine iudiciario restituatur; terreni enim regis humilitas, eterni iudicis[c] metuendo sentenciam, omnibus pacientibus iniuriam competentem debet facere iusticiam. Nos autem W.,[1] rex Bohemie quartus, ut decet regiam nostram maiestatem, pro modulo nostro veritatem exsequi poscentes[d] et domini Bratislay[e] innocenciam ex credibili ydoneorum virorum testimonio considerantes, loca illa, que domini .[f] et . .[f] arripuerunt,[g] et eis attinencia, que pater suus Wilhelmus pluribus annis hereditario iure possedit, ei in pristinum usum paterne possessionis reddere decrevimus, sigilli nostri appensione communientes, ne restitucionem nostram predictorum locorum aliquis[h] ausu temerario infringere presumat, set ut hoc ei, quod iusticialiter restituimus, ratum et stabile in perpetuum permaneat. Capellas, que in eisdem sunt constructe, secundum pristinam donacionem domini Wilhelmi, patris Wratizlay, ecclesie Cunicensi omnibus vite presentis temporibus[i] ecclesiastico iure possidendas restauramus, ut eciam ecclesia illa nostrum memoriale in hoc perpetuum possit habere. Acta sunt hec ab incarnacione Domini MCCXXXVII. Datum Brunne per manus <etc.>

167.

Gregorius IX. papa abbatem et capitulum monasterii in Zábrdovice tuendum suscipit omnesque eius possessiones, quarum plurimas nominatim recenset, confirmat. Viterbii 1237 sept. 24.

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnensi asservatur (A)

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 330, num. 285 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 430, num. 924 (fragm.) — Potthast, Reg. num. 10454.

In autographi membranae replicatae parte dextra haec scriptoris cancellariae apostolicae nota legitur: ‚N Jm‘. *Aliae notae cancellariae in autographi tergo reperiuntur, et quidem in medio margine superiore signum* ‚Ƀ‘ *(quo fortasse destinatarius indicatur) et in sinistro angulo superiore signum* . J. — *In medio margine superiore partis aversae notae erasae* ‚Cor[rectum]‘ *vestigia conspiciuntur.*

Gregorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis . . abbati et capitulo monasterii de Çabroduwiç, Premon||stratensis ordinis, Olomucensis dio-

166. *a)* ‚in hiis‘ *C.* — *b)* ‚ablatam‘ *C.* — *c)* ‚iudicis terre Bohemie‘ *C.* — *d)* ‚polentes‘ *C;* ‚volentes‘ *corrigit Voigt.* — *e)* ‚Brat̄‘ *C.* — *f) Nomina praetermissa punctis tantum significantur in C.* — *g)* ‚arripuerunt‘ *deest in C, sed tale vel simile verbum hic suppleatur, sententia postulat.* — *h) Sequ.* ‚usu‘ *punctis deletum C.* — *i)* ‚temporibus‘ *scribae incuria omissum in C; restitui.*

1. *Venceslaus I.*

167. 1) *Considerato signo, quod in autographi tergo positum est, Theodericum iam hoc tempore abbatem fuisse puto.*

cesis, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere assensum ‖ et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis ‖ postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras et monasterium, in quo[a] divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum iustis modis, prestante Domino, poterit adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Clobuk, Prestauilk, Diuaci, Bounici, Couthouici, Podole, Çabirdouici, Ohoçe, Kirtina, Kohi, Vthesenice, Bissou, Sireti[c]i, Meçyleçici, Cancouici, Borcouene, Caskouici, Hoçteradici, Bohumilici, Vcamene, Vgeçera, Coualouice, Drahonice et Leuice villas, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Viterbii VIII kalendas octobris, pontificatus nostri anno undecimo.

Autographo appendet e filis sericis flavis et rubeis Gregorii IX. papae bulla plumbea eadem, cuius imaginem dedit Diekamp in Mitth. d. Inst. für österr. Gesch. III., tab. paginae 626 adnexa num. 5 et 35 (Descriptionem v. ibd. pag. 623).

168.

Gregorius IX. papa Petro abbati de Strahov, Epponi praeposito et Radoslavo archidiacono Pragensi scribit de causa, quae inter Henricum ducem Silesiae et Cracoviae et Fulconem archiepiscopum nec non capitulum Gnesnenses vertebatur. Mandat, ut ducem ab excommunicationis sententia ad cautelam absolvant eique spatium trium mensium terminum peremptorium praefigant, quo per procuratorem idoneum conspectui apostolico se praesentet „super principali facturus et recepturus, quod dictaverit ordo iuris“.

Viterbii 1237 sept. 29

Apogr. exstat in Gregorii IX. registro lib. XI, ep. 263 (reg. Vatic. 18) fol. 330v cum rubrica „. .[1] abbati de Stragow, Premonstratensis ordinis, . .[2] preposito et . .[3] archidiacono Pragensibus“.

Theiner, Vet. monum. Polon. I, p. 30, num. 67. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 431, num. 925. — Grünhagen, Reg. z. schles. Gesch. (CD. Sil. VII) ed. 2., pag. 220, num. 507 — Potthast, Reg. num. 10456 — Auvray, Les reg. de Grégoire IX., t. II, c. 785, num. 3906.

167. *a) Supra* ‚in quo‘ *verbum quoddam erasum est A.*

168. 1) *Petro.* — 2) *Epponi.* — 3) *Radoslao.*

169.

Gregorius IX. papa episcopo et decano Plocensibus et decano in Kruschwitz scribit de lite episcopi Vratislaviensis cum Henrico, duce Silesiae, eiusque filio Henrico, quae a sede apostolica abbati Strahoviensi[a], Praemonstratensis ordinis, eiusque collegis „constitutis in terra sororii filii dicti ducis“ commissa erat. Mandat, si eis constiterit, „quod dicti episcopus et capitulum coram iudicibus ipsis[1] tute non valeant causam prosequi memoratam“, praefigant partibus terminum peremptorium, quo per procuratorem coram ipso papa compareant. Porro monet, iniungant eisdem iudicibus, ut absque personarum acceptatione sic in huius causae cognicione procedant, quod non videantur ad dexteram vel sinistram declinare.

Laterani 1237 oct. 23

Theiner, Vet. monum. Polon. I, pag. 31, num. 68 (e registr. Vatic. tomo 18, fol. 331v, lib. XI, ep. 268). — Erben, Reg. Boh. I, pag. 431, num. 926 (reg.) — Grünhagen, Reg. z. schles. Gesch. (CD. Sil. VII), pag. 221, num. 509. — Potthast, Reg. num. 10467. — Auvray, II, col. 790, num. 3911 (reg.)

170.

Venceslaus I, rex Bohemiae, hospitali ordinis Teutonicorum in Altenburg donat octo mansos terrae in villa Sindemansdorf, quos miles suus Andreas de Tetov iure feudi possedit.

— 1237 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario generali Dresdensi asservatur (A).

Emler, Reg. Boh. IV, pag. 714, num. 1779 (fragm.)

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 16' insignivimus, exaratum est, cuius manus etiam in nonnullis eiusdem regis chartis reperitur, quae aliis destinatariis datae sunt. (Vid. num. 108, 146, 175 et 240). — Chartam ab Vilhelmo, regis notario, verbis contextam esse, stilo cum charta num. 146 comparato, satis certe apparet.

W.,[1] dei gracia Boemie rex, universis presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui operatur in medio || terre salutem. Quanto maius est gaudium Christi pauperibus, quod eis gracia hospitalitatis inpenditur et misericorditer || subvenitur, tanto id facienti salubrius et omnium bonorum retributori acceptius pro certo esse credimus et spe||ramus. Hinc est, quod tenore presencium universis duximus intimandum, quod nos ob spem vite eterne octo mansos, quos

---

169. a) ‚Strauouieñ' *Reg.*

1) *Petro abbate de Strahov, Eppone praeposito et Radoslavo archidiacono ecclesiae Pragensis; (v. num. 168).*

170. 1) *Venceslaus I.*

dilectus miles noster Andr[ea]s de Thetow longa per tempora in villa Syndemansdorff iure feodali possedit a nobis, una cum ipso propter partem iuris, quod habebat in eisdem mansibus, hospitali Tewptonicorum apud Aldeburh[a] dedimus liberaliter ac perpetualiter possidendos. In signum huius donationis, ne processu temporis posset hec donatio inmutari, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXVII, indictionis IXe.[2]

Sigillum, quod autographo [e filis sericis] appendebat, iam avulsum et deperditum est.

171.

Robertus, episcopus Olomucensis, monasterio in Oslavany ius patronatus ecclesiae in Nová Cerekev (Neukirchen) sitae in provincia Opaviensi confirmat.

In Zábrdovice 1237 —.

Autographum in membrana scriptum in tabulario terrae Moraviae Brunnae asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 332, num. 289 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 431, num. 927 (reg.) — Grünhagen, Reg. z. schles. Gesch. I, num. 499.

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Robertus 13' signavimus. Scribam quidem destinatarii esse iam ante in nota introductoria chartae num. 135 commemoravimus, sed verba chartae in monasterio ipso formata fuisse, non est quod arbitremur.

§ In nomine sancte trinitatis amen. § Rubertus, dei gratia Olomuncensis episcopus, dilectis in Christo . .[1] abbatisse et ‖ conventui in Oslawa, Cysterciensis ordinis, salutem in Domino. Effectus iusta postulantibus indulgere et vigor equitatis et ordo exigit rationis, ‖ presertim quando petentium voluntatem et pietas adiuvat et veritas non relinquit. Cum igitur, prout vestra nobis exhibita petitio continebat, princeps ‖ magnificus dominus Primizel, marchio Morauie illustris, pium liberalitatis et devotionis zelum erga vos et monasterium vestrum gerens, ius patronatus Noue ecclesie site in terminis Opavie, nostre diocesis, quod habuisse dinoscitur, in vos duxerit transferendum, sicut in litteris suis,[2] confectis exinde plenius continetur: nos vestre devotionis supplicationibus inclinati dictique principis factum pium et providum commendantes in Domino, vobis ius presentandi ad dictam Nouam ecclesiam, nostro et successorum nostrorum et archidiaconi loci, qui pro tempore fuerit, per omnia iure salvo, aucto-

170. *a) ‚u' omissa, sed postea eodem fortasse atramento superscripta est, A.*

2) Indictio cum anno non congruit, etenim ad a. 1237 indictio X pertinet.

171. *1) Nomen ignoratur. — 2) anno 1234 datis; v. supra pag. 112, num 96.*

ritate ordinaria confirmamus; mandantes sub interminatione anathematis, ne quis hanc nostram confirmationem presumat infringere vel sibi ausu temerario contraire. Datum in Zabardawitz anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo septimo.

Autographo appendet e filis sericis rubris Roberti episcopi sigillum, quod eadem forma expressum est atque illud, quod in CDBoh. II, num. 78 descriptum est.

172.

Reinherus, abbas Kladrubensis, circuitum monasterii sui, qui Vladislavsko sive Sezemice appellatur, commutando dat Gallo, filio Marquardi, pro circuitu Čížkov.

— 1237 —.

Exstant duo autographa in membrana scripta, quorum unum (A1) in bibliotheca universitatis Pragensis, alterum (A2) in tabulario ministerii rerum internarum Pragae asservatur.

Erben, Reg. Boh. I, pag. 431, num. 929 (fragm.)

Utrumque autographum una eademque manu ignota exaratum est. Scribam e numero monachorum monasterii Kladrubensis fuisse veri simile est. Bina autographa sine dubio confecta sunt, quorum alterum militi Gallo, qui altera ex parte commutationis particeps fuit, traderetur. Sed utrumque autographum in archivo monasterii ea potissimum ex causa mansisse suspicari possumus, quod de eodem contractu alia charta (videlicet num. 173) conscripta est, sane iterum in duobus autographis, quorum alterum miles supra dictus re vera recepisset.

‡ In nomine sancte et individue[a] trinitatis. Pax omni credenti amen. ‡ ‖ Quia tempus labitur *et*[b] gesta temporis,[c] oportet ea vel voce testium vel testimonio lit‖terarum eternari, quia dum vivit littera, vivit et accio commissa littere, nec de facto sur‖git calumpnia quocumque tempore. Innotescat igitur[d] vitam agentibus, quod ego Regnerius, abbas de Cladrub, cum consensu fratrum feci concambium cum Gallo filio Marqvardi de circuitu Vladislawitz sive Zezemitz nuncupato Ciscovv[e] et omnibus pertinenciis eius, et hoc sine additamento, equa proportione bona utraque ponderantes. Testes autem, coram quibus hec acta, sunt hii:[f] dominus Wilhalmus canonicus Pragensis, scriba regis, Brazislaus, Nostup castellanus de Primda, Agna Milhostowitz,[g] Beneda de Svesing,[h] Stibor de

172. *a)* ,indidue' *scribae incuria A2. — b)* ,et' *erronee hoc loco erasum est; recte enim scriba illud* ,et' *radendo delere debuit, quod post verbum* ,temporis' *improvide scripsit A1. — c) Sequitur locus rasus, in quo* ,et' *scriptum erat A2. — d)* ,igitur' *omittitur in A2. — e)* ,Ciscovv' *fortasse eodem atramento, sed certe eadem manu scriptum est in loco raso, ubi prius fortasse* ,Probostov' *scriptum erat, A1, A2. — f) Quae subsequuntur usque ad finem, eodem fere atramento et eadem manu, sed paulo post addita sunt A1, A2. — g)* ,Hagna Milostowitz' *A2. — h)* ,Svesig' *A1;* ,Sveys' *A2.*

Svesing,[i] Brazislavs filius Brazislai; Pribislavs, Ratmirus filii Lupoldi, Zezema filius Drisislai, Perchos[k] filius tis Withle. Si quis igitur posterorum hoc factum irritare presumpserit, actori in CC marcis sciat se obligatum. Ut autem hec pagina firmum robur obtineat, sigillo domini regis,[l] in cuius presencia[m] hec acta sunt, expetivimus insigniri. Anno Domini incarnato[n] MCCXXXVII.

Autographo A1 appendet e scidula membranae sigillum Venceslai I. regis e cera naturali confectum, quod eadem forma expressum est atque illud, quod apud chartam num. 15 descripsimus. — Sigillum, quod autographo A2 etiam e scidula membranae appendebat, iam avulsum et deperditum est.

173.

Reinherus, abbas Kladrubensis, circuitum monasterii sui, qui Vladislavsko apellatur, commutando dat Gallo, filio Marquardi, pro circuitu Čížkov, consentiente Bernhardo, episcopo Pragensi, et conventu monasterii sui atque Venceslao I. rege aprobante.

— 1237 —.

Autographum in membrana scriptum in bibliotheca universitatis Pragensis asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 431, num. 928 (fragm.).

Autographum duorum scriptorum opera confectum est. Maiorem chartae partem usque ad testium elenchum scriba, quem ‚Přemysl 6‘ appellavimus, exaravit. De quo scriba vide prooemium privilegii, quod monasterio in Doubravnik Přemysl, marchio Moraviae, 29. iulii 1235 dedit (num. 119). Testium vero nomina paulo post altera quadam manu ignota addita sunt. — Notandum est in arenga huius chartae arengam privilegii modo commemorati imitatione exprimi, quae res iisdem verbis ineuntibus clare proditur. Quoniam autem in privilegio Doubravnicensi privilegium monasterio Tišnovicensi a. 1234 concessum (v. num. 88) verbis haud quaquam mutatis repetitur, fieri non potest, ut huius chartae dictatorem eundem ac dictatorem privilegii Doubravnicensis existimemus. Tum si hanc chartam cum chartis a Vilhelmo, notario regis, dictatis contuleris et ad iuncturas „quodam baculo sustentetur" *vel* „evidentius ... testimonium" *animum adverteris, etiam hanc chartam a Vilhelmo notario dictari potuisse conicies. Qua in coniectura examinanda omnis dubitatio auferetur, si commemoraverimus ab eodem notario etiam donationem monasterio Tišnovicensi 6. iunii 1235 oblatam (num. 113) esse dictatam, cuius arenga etiam arengam privilegii eidem monasterio concessi (v. num. 88) quodam modo imitat. — Testes fere omnes (duobus exceptis) diversi sunt ab illis, qui in altera charta de eadem commutatione confecta (v. num. 172) nominantur. Quam ob rem testes non ad actionem, sed ad chartae confectionem (procul dubio sigillorum appensionem) referendos esse puto. — In temporis nota dies quidem non adfertur, sed chartam non ante diem 10. maii scriptam esse ex eo cognosci potest, quod Bernardi episcopi Pragensis sigillo roborata est.*

In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. Consuevit anthiquorum laudabilis providencia ea, que in presenciarum geruntur, maxime ad

---

172. i) ‚Sve‘ A1; ‚Sew‘ A2. — k) ‚Prichoz‘ (Pchos) A2. — l) ‚regis‘ *eadem manu superscriptum est in* A2. — m) ‚presentia‘ A2. — n) *ita (loco* incarnationis*)* A1; ‚a. dnice incarn‘ A2.

posteros transmittenda scripto dili‖genter commendare, ut memoria humana tam presencium quam posterorum, naturaliter oblivioni subiecta, quasi quodam baculo sustentetur. Notum sit itaque tam presentibus quam futuris presentem paginam inspec‖turis, quod ego Regnerus, Cladorubensis monasterii abbas, de voluntate domini nostri illustris regis Boemorum Wencezlay, consencientibus et laudantibus cunctis fratribus capituli mei, consenciente etiam venerabili domino nostro episcopo Pragensi ‖ Bernhardo, cambium feci cum Gallo, milite domini regis, filio Marquardi, tradens ei circuitum monasterii mei nomine Władislausco pro suo circuito, qui vocatur Chizcov. In ipsa eciam concambii pactione inter nos statuimus, tam a fratribus monasterii Cladorubensis[a] presentibus et posteris, quam eciam a predicto milite et a sua posteritate inviolabiliter observari, ut quecumque pars nostrum predictam commutacionem retractare vel irritare attemptaverit, persolutis[b] ducentis marcis argenti, in contrarium se posse agere cognoscat. Et ut hec pactio concambii perpetue robur obtineat firmitatis, presenti caucioni sigillum domini regis et sigillum domini episcopi Pragensis propter evidencius et securius testimonium appendere postulavi. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo CCXXXVII, epacta XII,[1] indictione X coram testibus subnotatis[c]: domino Peregrino episcopo, domino Epone preposito Pragense, domino decano Arnoldo, Arnoldo preposito Wisegradese[d], Hermanno preposito Lutomiricense, Tobia preposito Bolezlaviensi, Sdizlao[e] canonico Pragense, Bohuzlao camerario regis Bohemie, Alberto iudice curie, Voccone subcamerario, Jarozlao fratre ipsius Galli, Benesio marscalco, Budizlao nobili, Brecilao,[f] Noztupo castellano de Primda, Sulizlao de Cubito, Svoise cum suo fratre Dluhomilo, Mstidruogo purcravio Pragensi, Ipocone nepote suo, Zlaunico, Bohuzlao cum fratre suo Neuglaz et aliis quam pluribus, quorum nomina non sunt subnotata.

Autographo appendebant tria sigilla, quorum solum duo adhuc supersunt: 1) Sigillum e cera communi confectum, formae ex longo rotundae (cuius altitudo fere 61 mm sunt) in latere dextro et sinistro defractum, appendet e scidula membranae. In sigilli area conspicitur figura episcopi in ornatu cum infula, qui manu dextra pedum episcopale gerit umero dextro impositum, sinistra vero librum pro pectore tenet. Circumscriptionis litterae maximam partem defractae et attritae sic restituendae esse videntur: ✠ SIGILLV̄· BERNARDI ·DEI GRA: PRAGEN · ЄP̄I. *(Sigillum eadem forma percussum est atque illud, quod chartae num. 180 appendet).* — 2.) *Secundum sigillum (quod olim procul dubio filis sericis appensum fuisse duo foramina incisa demonstrant) nunc iam deperditum,*

---

173. *a)* ,Cl' *in loco raso eodem atramento (fortasse ex* ,cr'*) corr. A.* — *b)* per (p̄) *iam voce* ,solutis' *scripta eadem manus addidit A.* — *c) Quae subsequuntur, alio atramento aliaque manu scripta sunt A.* — *d) ita scribae incuria A.* — *e)* ,di' *ex* ,a' *eodem atramento correctum est A;* ,zlao' *in loco raso scriptum (prius hic* ,arno' *scriptum erat).* — *f) ita A; scriba* ,l' *in* ,z' *mutare voluit, sed emendationem ad finem non perduxit.*

1.) *In epacta computanda notarius erravit; ad annum 1237 epacta XXII pertinet.*

sigillum Venceslai regis erat. — 3.) *Tertium sigillum e cera naturali confectum appendet e filis quondam rubri coloris. Est autem formae trianguli, angulo deorsum verso, cuius latus superius 43 mm, altitudo vero fere 56 mm sunt. In sigilli area conspicitur figura leonissae dextrorsum gradientis, quae cauda super tergum elevata pedem priorem rectum ad gressum tollit Circumscriptionis valde attritae et defractae litterae iam vix discerni possunt; sed sic restituendam esse puto:* ✠ SIGILLVM · GALLI ///////// DE . LEWENBERC. *(Imaginem vide apud Sedláček, Hrady a zámky X, in tabula, ubi sigillorum simulacra depinguntur.)*

174.

Přemysl, marchio Moraviae, donationi circuitus Semislav, quem Vojtěch de Doubravník monasterio in Doubravník donavit, consensum suum praebet.

In Hulín 1238 ian. 27.

Autographum in membrana scriptum in tabulario civitatis Brunnensis asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 333, num. 290 = Erben, Reg. Boh. I, pag. 432, num. 931 (fragm).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Přemysl 10' insignimus, exaratum est. Unde scriba provenerit, pro certo statui non potest, cum eandem manum in aliis eiusdem temporis chartis non reprehendamus. Sed scripturae formae autographum ab aliquo destinatarii scriba non esse exaratum clare testantur. — *Si chartae verba cum genere dicendi chartarum num. 74, 76, 87, 97 accuratius comparaveris, dubitare non poteris, quin ab Hilario, notario marchionis, dictata sit.* — *Indictionem scriba perperam computavit.*

⁞In nomine sancte et individue trinitatis amen.⁞Premizl, divina miseracione marchio Morauie, Woytecho viro nobili de Dubranik‖in perpetuum. Quoniam divinus cultus est iusticiam recenseri et veritas sepius exagitata spendescit [a] in lucem, illustrium principum‖clarissime congruit dignitati, universis et singulis accurate sollicitudinis munificencia providere ipsorumque acciones legitimas‖ in quibuscumque contractibus eo discrecionis temperamento dirigere, ne per duplicitatis ambiguum vel obscuritatis scrupulum contineant aliquid capciosum. Omnibus itaque modernis et posteris scripuli [b] huius inspectionem et copiam habituris exhibicione presencium duximus declarandum, quod Szemizlaus vir nobilis de Morcoviz, Woytecho, quondam genero suo, tunc in equestri habitu, nunc vero sub regulari disciplina Domino militanti, quendam circuitum cum omnibus attinenciis, agris, pratis, pascuis, silvis, fluminibus et aliis cultis sive incultis, quocumque nomine censeantur, Szemizlav vulgariter nuncupatum, in Holacensi [c] districtu cum filia sua pie recordacionis, ipsi quondam matrimonio legaliter et naturaliter copulata, pro dote donavit, in ipsa donacione id exprimens et distinguens, ut si forte ipsa premoreretur vel superviveret, nichilominus [d] predictus Woyteh de bonis pretaxatis pro sue voluntatis commodo disponendi

174. *a) ita (loco* splendescit*) scribae incuria A.* — *b) ita (loco* scriptuli*) A.* — *c) ita (loco* Holasicensi*) A.* — *d) ‚nicīominus' abbreviatum A.*

haberet liberam facultatem. Sunt autem termini prenominati circuitus tam in longitudine quam in latitudine a silva domini episcopi in Zlawcob a Zlawcob usque ad silvam Gradezcensem et ab eadem silva usque terminos silve, que Brezaw nominatur, a Brezaw in Gedlaw, a Gedlaw usque in Zterylna, a Zterylna usque ad fluvium, qui Desna vulgariter nuncupatur. Nos itaque donationi eidem hadibentes[e] favorabilem et benignum hilari liberalitate consensum, pro habundanti cautela perpetuaque memoria presentem paginam sigilli nostri duximus munimine insingniri testium subscriptione subiuncta, quorum nomina in sequentibus continentur:[f] De ordine Predicatorum frater Radozlaus et frater Gregorius, de domo sancti Johannis frater Bohuzlaus; magister Hylarius, Stizlaus, Petrus filius Zobiherd, Stanimir de Trubc, Ector miles episcopi, Predibor de Moriz, Ratiborius[g] et filius suus Jenz, Ranozir et filius suus Zmil, Milicz, capellanus marchionis Victor, Sezla, Ludiwicus[e] visicus. Acta sunt hec anno gracie MCCXXX octavo, indictione IX.[1] Datum apud Hulin per manus Victoris[h] notarii VI kalendas februarii.

Autographo appendet e filis sericis rosacei coloris sigillum Přemysli marchionis de cera alba (naturali) confectum, quod eadem forma expressum est atque illud, quod superius apud chartam num. 38 describitur.

175.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Waldsassen sex curias in villa Blšany quondam a patre suo donatas confirmat et hereditatem Ortae, venatoris sui, in villa iam dicta donat.

Pragae 1238 febr. 20

Autographum in membrana scriptum in tabulario Bavariae generali Monachii asservatur (A). — Apographum saec. XV exstat in Libro privilegiorum eiusdem monasterii, qui in eodem tabulario [Kl. Waldsassen Litteral. n⁰ 17] asservatur, fol. 39r — 39v.

Erben, Reg. Boh. I, pag. 433, num. 932 (fragm.)

Autographum exaravit scriba, quem nota ,Venceslaus 16' insignivimus. De quo quidem scriba vid. ea, quae in nota introductoria chartae num. 108 commemoravimus. — Stili proprietatibus chartarum num. 105, 108, 146, 195 aliarumque consideratis, dubitari non potest, quin charta a Vilhelmo notario dictata sit. Notandum est arengae initium iisdem verbis contextum esse atque arenga chartae Venceslai regis Zdislavo parocho die 14. augusti 1237 datae, quam Hilarius, notarius marchionis, dictavit (v. num. 165). Quae res facillime explicatur, si conicias Vilhelmum notarium regium, cum chartam a Hilario dictatam recognosceret, arengam eius adamavisse eamque iuncturarum copiae, quibus posterius in chartis a se dictatis uteretur, inseruisse.

174. *e) ita scribitur in A. — f) Quae sequuntur usque in finem, alio atramento, sed eadem manu scripta sunt A. — g)* ,Ratiborus', *sed postea* ,i' *eadem manus superscripsit A. — h)* ,Victoris' *eadem manus in spacio vacuo relicto posthac supplevit A.*

1) Ad annum 1238 indictio XI. pertinet.

‖In nomine Domini amen.‖ Nos Wencezlaus, dei gratia quartus rex Boemie, claustro in ‖ Walthsahsen et omnibus ibidem degentibus in perpetuum. Labilis est etas hominum, sed vivit littera, qua vi‖vente vivit et actio litterarum testimonio commendata. Ad depellendam tocius igitur hesitationis nebulam nos‖cant tam presentes quam futuri, quod nos ob spem vite eterne et felicitatis perpetue et precipue ob remedium patris nostri clare memorie donacionem eiusdem innovantes, sex curias sanctuariorum et hereditatem nostri venatoris Orthe, qua pretextu homicidii fuerat privatus, claustro Walthsahsensi in villa nomine Bilsene cum pratis, silvis, agris cultis sive incultis, quocumque nomine censeantur, contulimus hereditario iure possidendas et secus donationem patris nostri pie recordationis perpetualiter duximus confirmandas. In cuius rei evidenciam et perpetuam confirmationem pretaxate donationis presens scriptum sigilli nostri caractere iussimus cum subscriptione iussimus[a] testium insigniri. Testes autem huius rei sunt hii: comes Arnoldus de Hukenswagen, Hogerus de Fridberch, Brechizlaus filius Brechizlay, Hoteborius cum fratre suo Nedamiro, Odolen cum fratre suo Wlrico, Zobezlaus subdapifer, Zbrazlaus subpincerna et alii quam plures. Acta autem sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXVIII, XI indictionis. Datum apud Pragam per manum notarii Wilhalmi, X kalendas martii.[b]

Autographo appendet e filis sericis flavis et albis sigilum regis e cera communi confectum, cuius pars defracta desideratur. Sigillum ex eadem forma provectum est atque illud, quod apud chartam num. 15 describitur.

176.

Venceslaus I., rex Bohemiae, cum coniuge sua Kunigunde monasterium Vallis s. Mariae [St. Marienthal] de possesionibus suis fundatum et dotatum Adelheidi abbatissae et monialibus ordinis Cisterciensis perpetuo possidendum confert, defensionem eius suscipit eique libertates accurate expressas concedit.

— *1238 febr. 22.*

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii Vallis s. Mariae (St. Marienthal) in Lusatia superiore asservatur (A).

Sartorius, Cistertium bis-tertium, tit. XXVIII, pag. 1071 (fragm.) = Carpzovius, Neueröffneter Ehrentempel I, pag. 342 — Rohn, Antiquitas ecclesiarum distr. Boleslav., pag. 126 (frgm.) — Zobel, Urkk.-Verzeichnis I, pag. 8. (reg.); — Köhler, Cod. dipl. Lusatiae super. I, (ed. I, 1851), pag. 33, num. 19, (ed. II) pag. 49, num. 32 — Millauer, Der deutsche Ritterorden in Böhmen, pag. 112 (frgm.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 433, num.

175. a) *ita scribae incuria A.* — b) ‚X klas martii' *alio atramento obscuriore eadem manus paulisper post in fine ultimae lineae addidit.*

934 (frgm.) — Urkkb. der Städte Kamenz u. Löbau (Cod. dipl. Saxoniae reg., II. Hauptt., tom. VII) pag. 222, num. 2 (frgm.) — Doehler, Urkk. d. Kl. St. Marienthal, in: Neues Lausitz. Magazin 78 (1902), pag. 12, num. 2 (reg.)

Autographum manu scribae, quem signo ‚Venceslaus 25' denotamus, exaratum est. Quae manus iam in nulla eiusdem regis charta apparet. Cum autem etiam charta Kunegundis reginae die 14. octobris 1234 eidem monasterio data (vide num. 86) scripta sit manu eiusdem scribae (quem ibi nota ‚Cunegundis 2' signavimus), dubium esse non potest, quin scriba, quem ‚Venceslaus 25' appellamus, monachus monasterii ordinis Cisterciensis in Altzelle (Saxoniae) fuerit. Collato utriusque chartae stilo, coniiciendum est etiam verborum contextum utriusque chartae ab uno eodemque auctore ortum esse. Itaque eundem monachum utramque chartam non solum exaravisse, sed etiam dictasse verisimile est. In chartae huius textu compilando ‚Venceslaus 25' tribus chartis in tabulario monasterii Altzelle asservatis fultus est, videlicet: **I.** *Ottonis, marchionis Misniae, bonorum monasteri in Altzelle delimitatione die 2. augusti 1185 data (CD. Saxoniae regiae, I. Hptt., tom. 2 pag. 351, num. 510),* **II.** *charta Theoderici, marchionis Misniae, inter a. 1212 et mensem octobrem 1215 data (CD. Sax. I. Hptt., tom. 3, pag. 161, num. 216),* **III.** *charta Juttae, marchionissae Misniae, Henrici eius filii et Ludovici, landgravii Thuringiae, die 18. martii 1221 data (CD. Sax. I. Hptt., tom. 3, pag. 210, num. 289). Quae ex singulis hisce chartis ad verbum descripta sint, minoribus litterarum characteribus numeroque in margine adiuncto denotamus. Fusius neque indocte de hac charta egit Joh. Bauermann, Die ältesten Urkk. f. Kl. St. Marienthal aus den Jahren 1234—1245, in: Neues Lausitz. Magazin, tom. 99 (1923) pag. 100 sqq.; sed ubi annum secundum calculum Florentinum numeratum esse affirmavit (pag. 110), sine dubio erravit. — T e s t e s ad actionem pertinere verisimile est. Si testium nomina respexeris, de privilegio concedendo sine ulla dubitatione in monasterio in Osek actum esse cognosces. Quia autem in chartae textu permulta e chartis monasterii in Altzelle ad verbum descripta sunt, verisimile est Michaëlem, monachum Cellae s. Mariae, cuius nomen in testium serie legitur, exemplum eorum, quae in privilegio futuro contineri possent, iam prius conscriptum e monasterio suo secum attulisse indeque, regis et reginae consensu impetrato, privilegii autographum nitidius descriptum confecisse.*

§ In nomine sancte et individue trinitatis.§ Watizlavs,[a] divina favente gratia Bohemorum rex, et Cvnegvndis,[a]‖dilectissima eius coniunx, eadem procurante gratia regina, omnibus hanc cartam inspecturis salutem et huic scripto veritatis testimonium perhibere. Cum nobilitatis nostre decus et regalis‖hoc deposcat clementia, universorum iustis peticionibus tam benignum prebere assensum ac favorabilem, ut quivis pro sua necessitate et exigentia patrocinatus nostri misericordiam‖sibi adesse gaudeat, inter omnes, quos ac[b] tali nostre protectionis consolatione et refrigerio confovendo suscipimus, illos maxime laxioribus pietatis nostre amplexamur brachiis, quorum merito et oratione speramus non solum animarum nostrarum apud redemptorem nostrum eterna mereri remedia, sed etiam temporalis regni nostri tranquillitatem et gubernacula dilatari. Scriptum quippe est: ‚Benefac iusto et magnam invenies a Domino retributionem'.[1] Ut

176. *a) Nomen literis maiusculis nitide scriptum est A. — b) ita (pro* hac*) A.*

1) *Cf. Eccles. XII, 2.*

ergo bone voluntatis nostre propositum favorem dei consequatur et premia in forma iustorum et perfectorum, ordinem Cisterciensem preelegimus, cuius labores continuos, orationes indefessas, ieiunia çottidiana, hospitalitates assiduas et cetera sine intermissione pietatis opera ibi considerantes, claustrum Vallis sancte Marie in honore eiusdem virginis et genitricis dei de iustis nostris possessionibus fundatum et dotatum ad observantias eiusdem ordinis construximus et domine Adelheidi, abbatisse,[2] sacrosanctisque monialibus ibidem deo sub habitu et professione iam dicti ordinis militantibus contulimus sine omni reclamatione perpetuo possidendum.[3] Sane universis denuntiamus, quod eidem loco et possessionibus eius (I) tali modo nos et successores nostros advocatos fore decrevimus, ut absque[c] ulla utilitate advocatie seu iusticia, pro solius videlicet eterne vite remuneratione defensores existamus, sicut etiam talis ordinis exigit religio. Volumus pretera firmiter observari, ne aliqua abbatissa alicui laico iure beneficii possessiones predicte ecclesie nostre presumat concedere, et idem huic carte inserimus denotandum. Nec advocati de Bvdesin, de Gorliz, de Lvbavia, de Richem- (III) bach, de Wizenburch vel alii iudices, in quorum terminis ex bonorum hominum largitione vel emptione possessiones vel nunc habent, vel habiture sunt, ad villas monasterii venire presument, nisi de vocatione abbatisse, tantum de furtis, homicidiis, * menbrorum mutilatione et stupri violentia iudicaturi, quibus necessaria providebunt solum illi, propter quos eorum aliquem contigerit advocari. Res vero, si quas idem advocati et iudices racionabiliter tempore iudicii acceperint, duas partes abbatisse et conventui, terciam partem nostre camere volumus assignari. Ipsa etiam domus iam sepe dicta cum suis colonis et habitatoribus ut ab omni exactione et sinistra impetitione liberam se nunc et semper esse gaudeat, hanc cartam sibi conscribi fecimus. Insuper volumus, ne aliquis nostrorum villicorum aut nuntiorum dominium in prediis ipsarum (II) habeat, et hoc facimus, ne non solum eas gravemus, set[d] ne etiam eas gravare videamur. Ceterum scire volumus universos, quod tantam libertatem eidem ecclesie Vallis sancte Marie contulimus, ut currus ipsarum sine exactione thelonei terras nostras pertranseant, currus inquam deferentes dominarum res necessarias. Ut autem hanc donationem et libertatis recognitionem loco prefato ausu temerario nullus aut in presentiarum aut in posterum presumat infringere, paginam presentem et sigillorum nostrorum impressione et idoneorum virorum communimus testimonio, quorum ista sunt nomina: Zlauco abbas in Ozzech, Theodericus monachus eiusdem loci, Mychael monachus Celle sancte Marie, Bertoldvs abbas de Porta apostolorum, Otto, Sigerus, Thimo capellani nostri, Jarozlaus de Hruscith, Gallus de Cowan, Chastolaus de Sitavia, Haul filius Marquardi, Bohuzlaus camerarius noster, Borso filius eius, Mladata filius sororis Bohuzlai, Johannes gener Bohuzlai, Odelen,[e] Hageno de Zvethiz,

---

176. *c) ‚bs' litterae in loco raso ex ‚d' eodem atramento correctae sunt A. — d) ‚f;' abbrev. A. — e) ita distincte A.*

2) *Adelheidis erat Ottonis I. de Donin filia; v. Knothe, Gesch. des oberlausitzer Adels, pag. 153.* — 3) *Vide chartam Kunegundis reginae die 14. octobris a. 1234 datam (num. 86).*

Bohuslavs filius Radim, Albertvs iudex de Brvchiz, Chotebor de Copiz, Hvgo et Jaros[f] fratres de Waldenberch, With de Belosciz, Albertus Derbeniz,[g] Johannes de Wineriz, Cv̊nradvs de Steinbach, Theodericvs, Stopan[h], Swidegervs de Warta et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo tricesimo octavo. Datum per manum Wilhelmi, notarii nostri, V̊I̊II kalendas martii, indictione XIª, regnante domino nostro Jesu Christo feliciter amen.

Autographo appendebant duo sigilla. Primum, quod iam deperditum est, sigillum erat regis Venceslai. Superest tantum sigillum reginae Kunegundis, appendens e filis sericis coloris flavi et rubri, quod eadem forma confectum est atque illud in charta num. 1. (Vide huius tomi pag. 1). Circumscriptionis partim defractae haec litterae supersunt: ✠ SIGILLVM . KVNIGVN //// DE // GRACIA . BOEMORVM . REGINE.

177.

Venceslaus I, rex Bohemiae, monasterio in Chotěšov villarum Turov, Černotín et Vrabina ab Ottone, praeposito de Mělník, consensu suo emptarum possessionem confirmat.

Apud Plasy 1238 mart. 23.

Autographum in membrana scriptum in tabulario ministerii rerum internarum Pragae asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 435, num. 936 (fragm).

Autographum manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 26‘ signamus, exaratum est. Scribam e numero illorum fuisse, qui in cancellaria regis officio fungebantur, ex eo cognosci potest, quod eadem manu etiam nonnullae eiusdem regis chartae aliis destinatariis datae scriptae sint. (Etenim eadem manus occurrit exempli gratia in charta a. 1240 mense augusto Ulrico Nigro civi Brunensi data, in charta, quam a. 1243 mense martio monasterium Siloense accepit, item in charta a. 1243 m. decembre plebano s. Michaelis Znoimae concessa etc.). — Considerato genere dicendi chartarum, quae „per manus“ Rembotonis notarii datae sunt, chartam hanc ab eodem notario verbis contextam esse manifeste cognosci potest. — Notandum, quod indictionis numerus cum anno non congruit.

‖In nomine Domini amen.‖ Nos Wencezlaus, dei gracia rex Boemorum[a] quartus, omnibus in perpetuum. Cum universa, que geruntur sub sole, momentanea sint et transitoria, legitima ‖ requirit necessitas, ut que processu têmporis a memoria elabi contingunt humana, littere, que numquam moritur, remedio fulciantur. Protestamur igitur et ad cunctorum volumus perveni‖re noticiam pre-

176. *f) Primum scriba* ‚Janvs‘ *scripsit, sed postea eodem atramento correxit A. — g) ita A (loco:* de Rbenitz = Rvenitz). — *h) ita (sine dubio loco* ‚Stepan‘) *A.*

177. *a)* ‚Boem̊‘ *A.*

sentis scripti testimonio, quod empcionis et vendicionis contractus, qui de villis subscriptis, videlicet Tvrow, utroque Crynotin, Wrabinâ cum arbustis et attinen-||tiis suis inter viros venerabiles O.,[1] prepositum Melnicensem, et conventum de Hotesov de voluntâte commûni emersit, de nostro quoque consensu celebratus et a nobis nichilominus extitit approbatus. Unde ipsum ad vota utriusque partis monasterio et conventui de Chotesow de speciali regie celsitudinis gracia confirmamus volentes, ut eisdem possessionibus tamquam aliis hereditatibus monasterii sui fratres et sanctimoniales eiusdem libere perfruantur et ipsas pro velle suo in usus redigant et eas perpetuo pacifice possideant et quietę. Ne autem huîus nostre confirmacionis decretum quisquam heredum nostrorum valeat aliqua racione in posterum irritâre, presentem paginam conscribi et conscriptam dedimus prefato convêntui nostri sigilli appensione munitam et subscriptorum testimonio roboratam. Testes autem sunt hii: Nostup castellanus de Prifemberk, Albertus iudex curie nostre, Brechizlaus filius Brechizlai, Slauibor et Paulik filii Ottonis, Sezema filius Smil, Swoyse et Dlugomilus frater eius; Paulik, Zdeslaus et Leo filii Gumperti, Sasyn iudex Pliznensis et Drizislaus frater eius; Wecomilus, Henricus et Wlichek de Zwekow et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis MCCXXXVIII, indictione X.[2] Datum apud Plazz X kalendas aprilis per manus notarii nostri Rembotônis.

Autographo appendet e filis sericeis coloris rubri flavi et violacei sigillum Venceslai I. regis e cera communi confectum, eadem forma percussum atque illud, quod apud chartam num. 15 describitur.

178.

Henricus II, dux Silesiae et Cracoviae, fratribus hospitalis sancti Johannis Hierosolymitani villam Lasov (Lossen) iure theutonicali locandam donat. — Inter testes, qui „affuerunt eodem tempore“: ‚dominus Bolezlaus, quondam dux Bohemie, et frater suus dominus Sobezlaus.‘

In Hobena 1238 [post mart. 19.]

Autographum in membrana scriptum in tabulario magni prioratus Melitensium Pragae asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 352, num. 303 — Erben, Reg. Boh. I, pag. 446, num. 962 (reg.). — J. Delaville Le Roulx, Cartulaire ... des Hospitaliers de S. Jean de Jérusalem II, pag. 527, num. 2195.

Chartam post diem 19. martii datam esse ex eo cognosci potest, quod in temporis notatione additur: ‚illo anno, quo pater noster mortuus est‘.

177. 1) *Ottonem.* — 2) *Ad annum 1238 indictio XI. pertinet.*

179.

Přemysl, marchio Moraviae, pro officiis sibi ab abbate Gerlaco praestitis monasterio in Hradistě villam Polom donat iisdem libertatibus munitam, quibus ceterae villae a monasterio possessae fruuntur, quibusque, dum ad mensam marchionis pertinebat, fruebatur.

Pragae 1238 mart. 30.

Apographum saec. XVII. servavit Mich. Siebenaicher, Historica relatio de conditoribus monast. Gradicensis, cuius cod. ms. in tabulario terrae Moraviae Brunnae asservatur, tom. I, fol. 68r (B).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 334, num. 291=Erben, Reg. Boh. I, pag. 435, num. 937 (fragm).

Quis chartam verbis conceperit, certo decernere difficillimum est. Nihilominus veri simillimum est eius dictatorem fuisse Ludovicum, marchionis notarium. Quae opinio eo nititur, quod sub arengae finem et in promulgationis formula nonnula, licet exigua, cum charta num. 194 die 1. aug. 1238 mon. Velehradensi concessa congruunt, quam chartam etiam a Ludovico notario datam esse ipsius chartae verbis affirmatur. Tamen mirum est, quod sub chartae finem, praesertim in corroborationis formula nonnullae verborum iuncturae occurrunt, quas Vilhelmum, notarium regium praecipue adamavisse constat (ex. gr. conf. num. 105, 108, 124). Quam rem fortasse explicabimus, si etiam Vilhelmum notarium, quamvis in charta non nominetur, eius conficiendae certum in modum participem fuisse coniecerimus. Quod tunc fieri potuit, cum Pragae de charta edenda agebatur marchioque petebat, ut ei sigillum regium appenderetur. Quoniam enim donatione sua marchio Gerlaco abbati damnum reparare studuit, quo abbas propter auxilium marchioni aestate anni 1237 contra regem rebellanti collatum afflictus erat, sine ulla dubitatione necesse erat, ut eiusmodi donatio ab ipso rege confirmaretur. Regem autem re vera consensum suum praebuisse e sigillo regio chartae appenso apparet. Itaque fieri potuit, ut, dum de consensu regio impetrando ageretur, etiam Vilhelmus notarius, qui in cancellaria regia eo tempore fere omnibus rebus pertractandis interfuit, in donationis chartae textu conficiendo vel commutando stili sui vestigia quaedam relinqueret.

In nomine sancte[a] et individue trinitatis. Amen. Premisl,[b] miseratione divina marchio Morauie,[c] venerabili in Christo abbati Gerlaco totique sacro conventui Gradicensis ecclesie in perpetuum. Post primi parentis ruinam eiusque peccatum homo eius miserie successurus didicit angustie et ceteris[d] incommodis et precipue oblivioni tarde miserabiliter subiacere. Necesse igitur fuit, actus hominum scriptis tamquam in archa memorie et ceteris[d] certis indiciis providere ac sollicite commendari. Noscat igitur presens christianitas et in Christo futura, quod nos domino abbati et conventui Gradicensi ob multiplicia eius, que nobis fideliter ac devote exhibuit servitia, nec non ob remedium pie recordationis illustris patris nostri, regis Ottacari,[e] amissioni ipsius claustri, quam pro nobis sustulit,

179. a) ‚sanctae' *et similiter etiam infra semper* ‚ae' *pro* ‚e' *simplici B.* — b) ‚Przemisl' *B.* — c) ‚Morauiae' *B.* — d) ‚coeteris' *B.* — e) ‚Ottocari' *B.*

compatientes, condigne eidem gratificari volentes, villam Polom iure hereditario[f] cum pratis, silvis,[g] tempe et ceteris[d] suis appendiciis, que ad eandem pertinent, perpetuo contulimus possidendam; ita ut eam possit vendere ac alienare pro suo commodo et sui utilitate conventus. Libertatem quoque, qua et alie ville eiusdem ecclesie gaudent, et quam habuit, cum ad mensam nostram spectaret, eidem provida deliberatione statuimus concedendam. Insuper dilectum fratrem nostrum et illustrem regem Bohemie rogavimus, ut hanc paginam sigilli sui dignaretur munimine roborare. Venerabili etiam, ac in Christo diligendo Olomucensium supplicavimus episcopo, ut presens scriptum sigilli sui caractere[h] roboraret. Nos etiam sigillum nostrum in presentis pagine robur et munimen duximus apponendum. Ad maiorem etiam huius rei evidentiam, et totius scrupulum ambiguitatis abigendum nobiles nostros rogavimus, ut titulos suorum nominum subscriptos apponerent in testimonium veritatis. Nomina autem eorum hec sunt: dominus Rathiborius de Deblin, dominus Onsso et filii sui Bludo subdapifer et Spitata, dominus Victor subcamerarius, Conradus camerarius, Johannes[i] subpincerna, Marquardus marscalcus,[k] dominus Milicz dapifer, Beneda magister venatorum, Johannes[i] filius Rathiborii, dominus Ranozir[l] et filius suus, Smil, Cunczo, capellani, dominus Burchardus notarius Oppauiensis, cives Oppauienses: Winadus, Steven, Heroldus, Maroldus; Albertus de Vreudendal[m] et alii quam plures clerici et laici. Acta autem sunt hec anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo, tertio kalendas[n] aprilis, indictione decima. Data Prage per manum Ludouici, notarii nostri.

180.

Venceslaus I., rex Bohemiae, monasterio in Tišnov a matre sua Constantia regina fundato omnes possessiones, quarum plurimae nominibus exprimuntur, confirmat.

Pragae 1238 apr. 4.

Autographum in membrana scriptum in tabulario ministerii rerum internarum Pragae asservatur (A).

Boczek, Cod. dipl. Mor. II, pag. 339, num. 293. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 437, num. 939 (fragm.)

Autographum scripsit scriba, quem nota ‚Venceslaus 27' signamus. Quem quidem scribam unam eandemque personam cum illo esse, cui in Přemysli marchionis chartis notam ‚Přemysl 2' apposuimus, scripturae ductus et litterarum formae manifeste demonstrant. — Genere dicendi et stili proprietatibus huius chartae cum chartis num. 53, 74, 76, 87, 97, 165 et 174 diligenter comparatis chartam a Hilario, notario marchionis, verbis contextam esse clare cognosci potest. — Notandum, quod in temporis notatione indictio cum anno non congruit.

179. *f)* ‚haereditario' *B.* — *g)* ‚sylvis' *B.* — *h)* ‚charactere' *B.* — *i)* ‚Joannes' *B.* — *k)* ‚marschalcus' *B.* — *l)* ‚Ranczir' *B.* — *m)* ‚Vrendendal' *B.* — *n)* ‚calendas' *B.*

‡In nomine sancte et individue trinitatis amen.‡Nos Wenzezlaus, miseracione divina quartus rex Boemorum,[a] illustri domine dilectissime matri sue Constancie,|| regine regni eiusdem, in perpetuum. Quanto divina providencia viros illustres, reges videlicet ac principes in ecclesia dei constituit clariores, tanto ipsos ad pro merenda premia claritatis eterne in diligendis ac dirigendis caritatis operibus secundum religionem fidei catholice devociores convenit inveniri et potissime in hiis, que || ad opus Christo cottidie famulancium in pias causas et bonos usus misericorditer convertuntur. Hinc est, quod universis Christi fidelibus, tam modernis quam posteris, scripti huius inspectionem et copiam habituris exhibicione presencium duximus declarandum, quoniam una cum fratre nostro Premizl, illustri marchione Morauie, ad pias preces domine ac matris nostre Constancie, inclite regine Boemorum,[a] pro fundando monasterio monialium[b] grisei ordinis in loco, qui Tusnowiz dicitur, Brunnensis districtus, cum devocione ac benivolencia toto animo inclinati, tam laudabili intencioni favorabilem exhibuimus ac benignum hilari liberalitate consensum, id principaliter intuentes, quoniam pretaxata domina mater nostra tam pro nostra progenitorumque nostrorum quam pro salute propria sumptibus largissimis in ipsis claustralibus edificiis sine intermissione laborat ad consummacionem operis inchoati. Quoniam vero semiplenum bonum videtur, quod sine adiectione relinquitur, nos beneficiis regalibus crescere cupientes universa bona, sive in villis aut theloneis vel burgis forensibus et aliis quibuscumque, quocumque nomine censeantur, qualescumque reditus extiterint, seu predia per fratrem nostrum supramemoratum vel alios quoscumque, cuiuscumque sint nominis, ad pretaxatum monasterium donacionis vel commutacionis seu vendicionis aut alterius cuiuslibet contractus titulo devoluta, ad honorem omnipotentis dei ac gloriosissime genitricis eius virginis Marie auctoritate regia predicto monasterio ac ibidem deo famulantibus in perpetuum confirmamus graciamque, quam eidem claustro in confirmacione huiusmodi vel donacione alia qualicumque fecimus, ratam tenere perpetuo sine revocacione vel diminucione promittimus. Nomina villarum sepefati monasterii sunt hec: Tusnowiz,[c] ubi construitur ipsum claustrum, Lomniz, Khneniz, Draszow, Scachchowiz, Szelezne, Tyszow, Wemizliz, Luckow, Naluschan, Byrdniz, Yglaua cum theloneo,[d] Wynnanow, Seysche, Capeniz. Intelligendum est etiam hec omnia cum omnibus suis attinenciis, agris videlicet, pratis, pascuis, silvis, fluminibus, molendinis et aliis quibuscumque cultis[e] sive incultis[e] confirmacionis predicte iure censeri. Ut autem huius nostre confirmacionis liberalitas pia et felici recordacione perpetua et inviolabilis perseveret, presentem paginam sigilli nostri karactere[f] dignum duximus insigniri, testium subscripcione adnexa, quorum nomina sunt in sequentibus subarata: Bernardus Pragensis episcopus, Eppo prepositus, Tobias decanus, Her-

180. *a)* ,Boem̊' *A.* — *b)* ,monach' *sed statim inter scribendum radendo correctum A.* — *c)* ,Tuss' *sed altera* ſ *statim erasa A.* — *d)* ,lo' *statim inter scribendum ex* ,n' *corr. A.* — *e)* ,l' *ex* ,t' *statim inter scribendum correcta A.* — *f)* ,karacté' *A.*

mannus prepositus Lutomiricensis, Stephanus prepositus Szaszensis, Bohuzlaus camerarius, Miztidru burgravius Pragensis, Albertus iudex, Rudolfus dapifer, Neoztup burgravius de Primda, Zobezlaus dapifer regis, Zbratizlaus pincerna, Bohuzlaus et Neulaz frater eius, Bohuzlaus filius Protiue. Acta sunt hec anno gracie MCCXXXVIII, indictione X.[1] Datum Prage per manus Wilhalmi notarii II nonas aprilis.

Autographo appendent e filis sericeis coloris rubri flavi violacei duo sigilla e cera communi confecta. 1.) *Sigillum formae ex longo rotundae (altitudo 61 mm, lat. 37 mm). In sigilli area episcopus in solio sedens depingitur, qui manu dextra pedum umero dextro impositum, sinistra autem librum tenet. Circumscriptio quidem valde attrida est, sed litterae satis clare legi possunt:* + SIGILLV̄ · BERNARDI · DEI · GRA · PRAGEN · EPI·. *(Vide etiam ap. chartam num. 173.)* 2). *Venceslai I. regis sigillum eodem typario expressum atque illud, quod supra ap. chartam num. 15 describitur.*

181.

Zbraslavus, pincerna regis, testamento de possessionibus suis facto, quasdam villas expressis verbis nominatas fratri suo Hoiero et uxori Domaslavae certis sub condicionibus assignat, idemque alias villas nominatim allatas vel earum reditus hospitali s. Francisci Pragensi, monasteriis ordinis Praedicatorum Pragae et Reginae Hradecii nec non monasterio Fratrum minorum apud s. Jacobum Pragae donat.

[In Vykleky 1238 m. aprili]

Autographum in membrana scriptum in tabulario s. milit. ordinis Crucigerorum cum stella rubea Pragae asservatur (A).

Emler, Reg. Boh. II, pag. 1218, num. 2786 (extr.).

Autographum manu quadam ignota exaratum est, neque coniectari potest, unde scriba eius ortus sit. — Charta temporis quidem indicatione omnino caret, sed tamen e donatoris munere satis accurate statui potest, quando data sit. Etenim Zbraslavus de Miletinka usque ad diem 20. februarii 1238 regis subpincerna, sed 4. aprilis eiusdem anni pincerna nominatur. Cum autem iam die 5. mai eiusdem anni alius vir, videlicet Bavarus, pincernae regis officio functus sit, veri simillimum esse videtur testamentum mense aprili a. 1238 conscriptum esse.

In nomine Domini amen. Quoniam vita hominis super terram est vapor ad modicum parens et tandem exterminatur,[1] ideo ego Sbrazlaus, filius Wchine et domini Wenzeslai regis || Bohemie pincerna, gratiarum[a] preventus infirmitate et exitu communi de hac vita michi appropinquante, de bonis, que vivens possedi, tale feci testamentum. Primo, quod ego immensas gratiarum

180. 1) *Indictionem notarius perperam computavit; etenim ad a. 1238 indictio XI pertinet.*

181. a) *ita* (grarum) *distincte A procul dubio loco* gravi. 1) *Jacob. 4-15.*

actiones refero || domino meo regi, quod usque in finem vite mee me in nullis gravavit, sed semper pocius fovit et dilexit. Et ideo de gratia sua plurimum confidens post deum et sanctos eius, uxorem michi dilectam nomine Doma||zlawam, quam ipso favente michi sociaveram, committo in omni gravamine protegendam, animam vero meam post deum et sanctos eius predicte uxori mee committo procurandam et omnia debita mea eidem iniungo persolvenda, preter quedam patrimonialia debita, que fratri meo Hogero commisi persolvenda. Et hoc ita: emi quendam circuitum ad uxorem domini Petri de Scalich pro centum LXX[a] marcis, et de hiis marcis uxoris mee fuerunt centum et XIII marce, pro quibus villam ipsius nomine Sluhi[b] vendideram, et in Horimeues, ubi vendidi pro XII marcis. Unde de hoc circuitu assigno uxori mee Domazlawe tres villas: Trebehosc, Stremen, Zasada, de quibus dabit pincerne meo Stiborio octo marcas. Et hii ambo, uxor mea videlicet et frater meus, pro debito domini mei regis, quod tenebar in Praga uxori Gotfridi, si dominus rex monitus solvere noluerit, solvent de bonis supra memoratis XII marcas. Fratri vero meo Hogero assigno de eodem circuitu Dechtow et duo Zabreze et hoc, quod emi in Trotina, quod dedi Sbich dapifero vero meo pro servicio ipsius temporaliter possidendum; id est, si fratri meo Hogero servierit; si vero servire noluerit eidem, teneatur dictus frater meus H.[2] pro servitio, quo michi servivit, dare de bonis, que habuit, X marcas et de eadem parte bonorum eorumdem idem frater meus teneatur solvere uxori domini Petri de Scalich XXIIII marcas. Item post mortem uxoris mee do villam, que vocatur Vgesdech,[c] que est circa Orazic, ad hospitale sancti Francisci in Praga. Item post mortem predicte uxoris mee villam, que vocatur Orasich, dedi filie mee Adleydi, ita quod si eadem Adleydis prolem habuerit, predicta villa Orasich erit puerorum; si autem pueros non habuerit, villa sepe dicta Orasich dabitur pro anima domine, cuius fuit villa, eidem hospitali, videlicet sancti Francisci. Cuius rei testis est magister Albertus de hospitali. Item omnia bona mea do uxori mee iam prefate, quam diu vivit, possidenda, hec videlicet: Lune, Robecic, Vgesdech, pro quo filiis Pauli solvet Hogerus sex marcas, Orasich et aliud Vgesdech, quod dedi hospitali, et in Praga dimidium bonorum. Et post mortem prelibate uxoris mee de bonis meis propriis do fratri meo Hogero Robcic et Vgesdech circa Robcic et totum in Praga. Nepti mee, filie Thaz, do Zemechi, quod commutavi cum rege; et in eadem villa, quod emi ad dominum Johannem, avunculum meum, do filiis Nacese. Riuino, fratri meo, do Lune. Item Viclec, quod emi pro pecunia uxoris mee iam dicte, nulli do nisi ei, quia eius fuit et est; et in Hauran, quod emi pro V marcis, hoc etiam do eidem uxori mee. Item in Psou, quod hereditarie deservivi a domino rege, do pro anima mea, ita quod uxor mea vendat vel ultra mare pecuniam transmittat; et si quis

181. *b) ex* ‚Sluj' *statim inter scribendum correctum A. — c) ex* ‚Vgedech' *littera* ‚s' *superscripta correctum A.*

2) Hoierus.

de hominibus meis volet[d] pro anima mea ad limina sancti Jacobi,[3] teneatur uxor mea de eadem pecunia ei assignare sex marcas. Item in Cichouic quod habui, converto pro anima mea, ita quod vendatur et de pecunia assignentur Predicatoribus in Praga VI marce et in Gradech eisdem fratribus quinque marce. Item de pecunia Psouensi, quam assignavi pro anima mea, feci ut darentur XX marce Diuino filio Norberch et in Gradech fratribus Minoribus quatuor marce; et in Praga fratribus de sancto Jacobo committo dare elemosinam, quantum uxori mee secundum deum videbitur. Acta sunt autem hec in Vicleck coram hiis testibus: duo fratres Predicatores: frater Chuno et frater Stephanus, duo fratres Minores: frater Petrus macer et frater Gerodus, dominus Daliborius de Cogih, Diwis de Dobromirich filius Norberk, Sbrazlaus filius Peley, Odelen de Conarowich, Ludwic filius Ludwici de Nesuetich, Marcus de Wrescan, Sciborius de Wesehlap, Petrus de Souenich et aliis quam pluribus. Unde supplico domino meo regi et aliis omnibus, coram quibus ista, que conscripsi, si oportuerit, preponentur,[e] quod propter deum eis plenam fidem dignentur adhibere.

Autographo appendet e scidula membranae sigillum de cera communi confectum, scuti trianguli formam habens, cuius altitudo 55 mm sunt, lateris superioris longitudo 49 mm sunt. In sigilli area cornu capricorni conspicitur. Circumscriptio · ✠ · SIGILLVM · ƵBRASLAV · DAPIFER · REGIS.

182.

Gregorius IX. papa ab Agnete abbatissa et conventu monasterii s. Francisci Pragae, ordinis s. Damiani, resignationem hospitalis s. Francisci recipit eisque concedit, ut invitae ad recipiendum possessiones aliquas cogi nequeant.

Laterani 1238 apr. 15.

*Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine VI, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XIX.) asservatur, fol. 8r, lib. XII, ep. 49 (R).**

Wadding, Ann. Minor. III, p. 9, num. 10. — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag. 236, num. 255. — Palacký, Ital. Reise, pag. 27, num. 142 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 437, num. 940 (frgm.) — Potthast, Reg. num. 10571. — Auvray, Registres de Grégoire IX, tom. II, col. 978, num. 4282 (reg.)

..[1] abbatisse et conventui inclusarum ancillarum Christi, monasterii sancti Francisci, ordinis sancti Damiani, Pragensis.[a] Pia credulitate tenentes, quod

181. *d) ita A. — e) ita* (p̊ponentur) *distincte scribitur in A.*

3) *in Compostella.*

182. *(*) Inter rubricas in libri initio epistulae argumentum indicatur sic*: XLVIIII. Abbatisse et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii s. Francisci, ord. s. Damiani, Pragensis, ut non cogantur recipere aliquas posessiones.

a) Superscriptio colore rubro scripta est, R.

1) *Agneti.*

in vobis, quarum mentibus nichil extra deum sufficit, patris eterni spiritus eloquatur, petitiones vestras quasi ab ipso formatas sola celestia sapientes et benigne suscipimus et favorabiliter exaudimus, presertim cum, sicut evidentibus patet indiciis, vos regine virginum, locum in loco pauperum, etiam quando celi regem genuit, non habentis, contemplantes penuriam, ubertatis perpetue fidelibus productivam, indecens reputetis servos et ancillas foveri deliciis, cum pannis vilibus involutus in presepio steterit unigenitus omnium conditoris. Hinc est, quod hospitalis sancti Francisci Pragensis diocesis, cum iuribus et pertinentiis suis olim vobis et per vos monasterio[b] vestro ab apostolica sede concessi, vestra libera resignatione recepta, vobis, que contemptis visilibus ad invisibilium delicias properantes vitare studetis obstaculum de temporalium spinis in offensam faciem dei querentium consurgere consuetum, devicti precibus vestris et lacrimis, presentium auctoritate concedimus, ut invite cogi ad recipiendum de cetero possessiones aliquas non possitis. Nulli ergo ... nostre concessionis <etc.> Si quis autem <etc.>[c] Datum Laterani XVII kalendas maii, anno duodecimo.

183.

Venceslaus I., rex Bohemiae, confirmat monasterio Plasensi villam Darová a Zdeslavo camerario se consentiente donatam, tum etiam villam Kostelec a milite Protiva de Žinkovy emptam et villam Koryta ab abbate monasterii Kladrubensis, conventu eius consentiente, comparatam.

Plasy 1238 apr. 19.

Autographa bina in membrana scripta in tabulario ministerii rerum internarum Pragae asservantur (A,[1] A[2]).

Erben, Reg. Boh. I., pag. 438, num. 941 (fragm.) — Scheinpflug, Material. zu einer Gesch. v. Plass, in Mitth. f. Gesch. d. Deutsch. i. B. XII, pag. 73, num. 41 (reg. cum nota temporis corrupta 8. maii).

Duorum autographorum utrumque alia manu exaratum est. Autographum A[1] a scriba, quem signo ‚Venceslaus 28' denotamus, scriptum est. Eius manu praeterea nisi charta Venceslai I. regis data eidem monasterio die 5. maii 1238 (v. num. 188) exarata est nulla. Quoniam alibi in nulla eiusdem temporis charta manus illa occurrit, verisimillime putandum est hoc autographum a scriba destinatarii esse confectum. (Qua cum sententia optime congruit, quod in scriptura privilegii a Venceslao I. rege monasterio Velehradensi eiusdem ordinis Cisterciensis die 18. februarii 1232 concessi simillimum ductum et characterum efficiendorum modum conspicimus. Qua de re deduci potest scribam utriusque autographi ex uno eodemque scriptorio originem traxisse). Autographum A[1] sine ulla dubitatione postquam iam tota charta exarata erat, sigillo munitum est; etenim litterae in ultima eschatocolli linea foraminibus turbatae sunt, ubi fila sericea, quibus sigillum appenderetur,

182. b) ‚moaſterio' *R.* — c) *Formularum tenorem integrum quaeras ex. gr. supra pag. 42 l. 1 sq.*

ducta erant. — Verborum contextum a Vilhelmo, regis notario, ortum esse affirmabis, si protocolli seriem ex. gr. cum charta num. 62, vel corroborationis formam cum chartis num. 64, 108, al., contuleris. — Alterum autographum A^2 a scriba quem nota ‚Venceslaus 29' insignimus, exaratum est. Etiam hunc scribam inter monachos monasterii Plasensis esse quaerendum putamus, cum eadem manus nusquam nisi in tribus chartis a Venceslao I. rege eidem monasterio die 1. februarii 1252 concessis occurrat. In textu autographi A^2 maxima quidem ex parte verba autographi A^1 repetuntur, sed tamen in nonnullis enuntiatis autographum A^2 ab A^1 differt, quod passim verba aliquot addita sunt. Notabile est in A^2 formulam „Datum ... kal. maii“ *deesse. Quae res facile explicari potest, si verba illa in A^1 ab inferiore margine membranae replicatae obtecta esse ideoque a scriba facile omitti potuisse consideraverimus. Gravius est, quod etiam in re ipsa A^2 ab A^1 differt, cum textus aliquot enuntiatis de parte Misae fluminis copiosius determinata, quae ad villam Darová pertineret, auctus sit. Hoc autem additamento nequaquam efficitur, ut suspicio qualiscunque oriatur, sed hoc solum concedi potest utrumque autographum tempore haud eodem confectum esse et chartam A^2 ab altero scriba monasterii in Plasy paulo post esse exaratam. Conventum enim monasterii id optavisse veri simile est, ut termini fluminis ad villam nuper acquisitam pertinentis in charta ipsa accuratius definirentur, quam in autographo A^1 factum est. Tamen cave de fide chartae A^2 certiora quaedam continentis dubites; etenim etiam eam sinceram esse sigillo authentico confirmatur, quod quin genuinum sit, dubitari nequit.*

(A^1)

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen.§ Nos Wenzezlaus, dei gratia quartus rex Boemorum,[a] universis fide christiana || preditis presentem paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam actus hominum memorabiles nonnumquam oblivio tempori succedens intercipit, || nisi a litteris trahant firmamentum, scire volumus presentes et secuturos, quod Sdezlaus, camerarius noster, villam Daraw ecclesie Plazensi contulit in || remedium anime sue, et hoc nostro de consensu et voluntate. Predicte etiam ecclesie fratres villam Cozteliz dictam cum omnibus attinentiis suis a Protiwa milite de Zizinkaw quadraginta quinque marcis coemerunt. Nichilominus et villam Corih cum omnibus ad eam pertinentibus, pratis, pascuis et omnibus attinentiis ab abbate de Cla-

(A^2)

§ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. § Wencezlaus, dei gratia quartus rex Boemorum, || universis fide christiana preditis presentem paginam inspecturis in perpetuum. Quoniam actus hominum me||morabiles nonnumquam oblivio tempori succedens intercipit, nisi a litteris contrahant firmamentum, tam ad posterorum || quam presentium noticiam tenore presentium cupimus pervenire, quod Sdezlaus, noster camerarius, nostro accedente beneplacito et consensu, villam suam Darow una cum aqua Misa ex utraque ripa ab eo loco, ubi torrens de silva pertinente ad villam Zcrusche influit ipsi Mise, usque ad eum locum, ubi rivus Zcrimussil in ipsa Misa terminat cursum suum, necnon et cum molendinis, piscationibus, agris, pratis, frutectis et aliis pertinenciis dicte ville monasterio Plazensi

183. [a] ‚Boem̄' *A^1.*

dorvn, omnibus monachis suis consentientibus, centum et decem marcis puri et examinati argenti idem fratres emerunt, additis centum ovibus. Quam pecuniam prefati monachi Cladorunenses converterunt in solutionem possessionum Tyzowa et Prinna. Has inquam tres villas et omnes ipsarum attinentias prescripto modo nostro de favore et assensu iure debito Plazensis abbas et fratres sui prenominati possederunt cum nostre confirmationis astipulatione pro mutue dilectionis, qua nos verbo et opere diligunt et amplectuntur, repensione. Testes huius rei sunt: Hawl filius Marquardi, Newhlaz submarscalcus, Ahno, Beneda de Swessin; Wlchco, Wezmil, Heinricus fratres de Zvekow; Ernestus, Antonius, Otto fratres Predicatores et alii plures. Ad huius itaque rei evidentiam presentem paginam sigilli nostri karectere[b] fecimus insigniri. Acta sunt autem anno Domini MCCXXXVIII, indictione XI. Datum in Plaz per manum Wilhelmi notarii XIII kalendas maii.

Autographo appendet e filis sericeis flavis et rubris sigillum regis e cera coloris minii confectum, quod eodem typario excussum est atque chartae num. 15 sigillum.

in anime sue remedium liberaliter et libere cum omni iuris integritate contulit et donavit. Predicte etiam ecclesie fratres villam Cozteliz nuncupatam cum omnibus attinenciis suis a Protiwa * de Zizinkow quadraginta quinque marcarum precio coemerunt. Sed et villam Corith cum omnibus ad eam pertinentibus, pratis, pascuis et attinenciis universis ab abbate de Cladrup, omnibus monachis suis consentientibus, centum et decem marcis puri et examinati argenti, additis insuper centum ovibus, idem fratres Plazensis monasterii sunt mercati. Quam pecuniam prefati monachi Cladrupenses converterunt in solutionem possessionum Tyzowa et Prinna. Has itaque tres villas memoratas et omnes ipsarum attinencias pleno iure predicto modo et ordine conquisitas de nostro favore et assensu sepedictum Plazense monasterium donationis ac empctionis[a] titulo decrevimus in perpetuum possidere. Ut igitur hec rata permaneant et nulla possint in posterum improbitate seu malignitate convelli, paginam hanc inde conscriptam nostre confirmationis astipulatione, testium annotatione ac sigilli nostri iussimus munimine roborari. Testes itaque sunt: Hawl filius Marquardi, Newhlaz submarscalcus, Ahno, Beneda de Swessin; Wlcho, Wezmil, Henricus fratres de Zwekow; Ernestus, Antonius, Otto fratres Predicatores et alii plures. Acta sunt autem hec anno Domini MCCXXXVIII, indictione undecima.

Autographo appendet e filis sericeis coloris rubri sigillum regis e cera coloris minii confectum, quod eodem typario excussum est atque chartae num. 15 sigillum.

183. *b) ita A[1].*

a) ita A[2].

184.

Gregorius IX. papa priori provinciali ordinis Praedicatorum in Polonia et priori Pragensi eiusdem ordinis committit curam hospitalis s. Francisci Pragensis ad quinquennium visitandi et reformandi. Laterani 1238 apr. 22.

Apographum exstat in Gregorii IX. papae regestorum volumine VI, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XIX) asservatur, fol. 8v, lib. XII, ep. 51 (R).*

Wadding, Ann. Minor. III, p. 402, num. 6. — Ripoll, Bullar. ord. Praedic. I, p. 100, num. 179. — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, p. 237, num. 257. — Palacký Ital. Reise, p. 27, num. 143 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 438, num. 942 (frgm.) — Grünhagen, Reg. z. schles. Gesch. I, pag. 194, num. 519. — Potthast, Reg. num. 10582. — Auvray, Les reg. de Grégoire IX, tom. II, num. 4284 (reg.)

.. provinciali in Polonia et ..[1] Pragensi, prioribus ordinis fratrum Predicatorum.[a] Vota devotorum ecclesie, que fructum salutis eterne continere perspicimus, quo potiora sunt, omnibus libenter ad effectus deduci gratiam procuramus. Hinc est, quod cum dilecti filii ..[2] magister et fratres hospitalis sancti Francisci Pragensis, nullo medio ad Romanam pertinentis ecclesiam,[b] doctrine vestre cupiant habere presidium, ut facilius proficere valeant ad merenda gaudia beatorum: devotionem vestram rogamus et hortamur attentius per apostolica scripta mandantes, quatinus favore benivolo prosequentes pia desideria eorumdem, ipsis usque ad quinquennium[c] bis vel semel in anno visitationis officium impendatis, corrigentes et reformantes tam in capite quam in membris, que correctionis et reformationis officio noveritis indigere. Preterea super institutionibus per fratrem Johannem,[3] ministrum provincialem ordinis fratrum Minorum, auctoritate nostra sicut dicitur, factis ibidem, que in parte studium correctionis seu mutationis exposcere proponuntur, eadem auctoritate providere curetis, prout secundum deum saluti dictorum magistrorum et fratrum videritis expedire; contradictores etc.⟩[d] Datum Laterani X kalendas maii, anno duodecimo.

185.

Gregorius IX. papa [Alberto], magistro hospitalis s. Francisci Pragae, eiusque fratribus possessionem eiusdem hospitalis, ab Agnete, abbatissa, et conventu monialium ordinis s. Damiani renuntiati, concedit et hospitale sub apostolice sedis protectione perpetuo permanere declarat. Laterani 1238 apr. 27.

184. *(*) Rubricarum elenchus in libri initio epistolae argumentum sic indicat:* ‚LI. Provinciali in Polonia et .. Pragen(si), prioribus fratrum Predicatorum, super visitatione hospitalis ipsius'. — *a) Superscriptio colore rubro scripta est R.* — *b)* ‚ecclesiam pertinentis', *sed signis corr. R.* — *c)* ‚qnqnnium' *R.* — *d) Formulae integrae haec verba sunt:* contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

1) *Žiroslavo?* (Syrozlaus). — 2) *Albertus.* — 3) *cognomine Anglicum.*

Apographum exstat in Gregorii IX. papae regestorum volumine VI, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. tom. XIX) asservatur, fol. 8v, lib. XII ep. 50 (R).*

Wadding, Ann. Minor. III, p. 402, num. 7. — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, p. 240, num. 260. — Palacký, Ital. Reise, p. 27, num. 144 (reg.) — Fejér, Cod. dipl. Hung VII, ps. 1, pag 255. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 439, num. 943 (fragm.) — Potthast, Reg. num. 10588 — Auvray, Les reg. de Grégoire IX, tom. II, col. 978, num. 4283 (reg.)

..[1] magistro et fratribus hospitalis sancti Francisci Pragensis.[a] Carissima in Christo filia nostra Agnes, germana illustris regis Boemie, et conventus inclusarum ancillarum Christi monasterii sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani, nobis humiliter supplicarunt, ut hospitalis sancti Francisci loci eiusdem, quod olim cum iuribus et pertinentiis suis eis et per ipsas sedes apostolica monasterio memorato concessit,[2] liberam resignationem recipere curaremus. Nos igitur huiusmodi resignatione recepta, hospitale ipsum, quod beati Petri iuris et proprietatis existens vobis et successoribus vestris concedimus in perpetuum libere possidendum, sub apostolice sedis protectione sancimus perpetuis permanere temporibus et nulli alii preterquam Romano pontifici subiacere. In recognitionem autem dominii et percepte a sede apostolica libertatis ecclesie Romane censum annuum unius bisantii persolvetis. Nulli ergo[b] nostre concessionis et constitutionis.[c] Si quis autem \etc./[d] Datum Laterani V kalendas maii, anno duodecimo.

186.

Gregorius IX. praeposito et conventui monasterii in Doubravník, ordinis s. Augustini, possessiones quondam a Stephano, patre praedicti praepositi, donatas confirmat.

Laterani 1238 apr. 27.

Autographum in membrana scriptum in tabulario monasterii s. Thomae Veterobrunnensis asservatur (A). — Apographum saec. XVII. exstat in Annal. monii. s. Thomae, quorum cod. ms. in eodem tabulario repperitur, pag. 8 (B).

*Boczek, Cod. dipl. Mor. II. pag. 354, num. 305 (ex B perperam ad a. 1239). — Erben, Reg. Boh. I., pag. 447, num. 966 (reg.) — Potthast, Reg. num. 10587 et * 10589.*

In membranae replicatae latere dextro haec nota cancellariae apostolicae conspicitur: cal, *quae ad scriptorem autographi referenda esse videtur. — Animadvertendum est in aliis chartis eodem tempore eidem monasterio datis de* „sororibus inclusis monasterii s.

185. (*) *Inter rubricas in libri initio epistolae argumentum his verbis indicatur:* L. Magistro et fratribus hospitalis s. Francisci Pragensis super concessione hospitalis s. Francisci.

a) *Superscriptio colore rubro scripta est R.* — b) *Hic omittitur:* omnino hominum liceat hanc paginam. — c) *Hic omittitur:* infringere vel ei ausu temerario contraire. — d) *Formulam integram quaeras ex. gr. pag. 139 l. 2 sq.*

1) *Alberto.* — 2) *Vid. ante num. 110.*

Francisci" *agi nec non* „monasterium pauperum inclusarum" *commemorari, quibus nominibus sanctimoniales ordinis sancti Damiani appellari solent. Itaque valde mirum est, quod hae litterae* „preposito et conventui .... ordinis s. Augustini" *missae sunt. Tamen dubitari nequit, quin litterae genuinae atque sincerae sint, cum in autographo nihil conspiciatur, quod suspicionem movere possit.*

‖Gregorius‖ episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis ..[1] preposito et conventui monasterii ‖ de Dubraunich, ordinis sancti Augustini, Olomucensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod ‖ iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitu‖dinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, possessiones, quas quondam Stephanus, pater tuus, fili preposite, monasterio vestro pia liberalitate donavit, sicut eas iuste ac pacifice possidetis, vobis et eidem monasterio per vos auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Laterani V kalendas maii, pontificatus nostri anno duodecimo.

Autographo appendet e filis sericeis coloris flavi et rubri Gregorii IX. papae bulla plumbea, cuius imaginem dedit Diekamp iu Mitth. d. Inst. f. österr. Gesch. III, tab. ad pag. 626, num. 5 et 34.

187.

Gregorius IX. papa abbatissae et conventui monasterii s. Francisci Pragae propter asperitatem regionis rigorem regulae in quibusdam observantiis temperat.

Laterani 1238 maii 5.

*Autographum exstat in Gregorii IX. papae regestorum volumine VI, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. t. XIX) asservatur, fol. 14v, lib. XII, ep. 78 (R)**

Wadding, Ann. Minor. III, p. 401, num. 5. — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, p. 240, num. 262. — Palacký, Ital. Reise, p. 28, num. 145 (reg.) — Erben, Reg. Boh I, p. 439, num 944 (fragm.) — Potthast, Reg. num. 10592 — Auvray, Les reg. de Grég. IX., tom. II, col. 1000, num. 4322.

Notandum, quod Marinus de Ebulo epistolam suae collectioni formarum intexuit. Vid. Schillmann, Die Formularsammlung des Marinus von Ebulo, p. 349, num. 2973 De relevandis religiosis).

186. 1) *Adalberto (Vojtěch).*

187. *(*) Rubricarum elenchus in libri regestorum initio epistolae argumentum his verbis indicat:* LXXVIII. Abbatise et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii s. Francisc. Pragensis, ordinis s. Damiani super quibusdam observantiis.

..abbatisse et conventui inclusarum ancillarum Christi monasterii sancti Francisci Pragensis, ordinis sancti Damiani.[a] Pia meditatione pensantes, quod patris eterni filius de utero gloriose virginis pro salute humani generis incarnatus, cuncta cum suavitate disponens, suorum universitati fidelium remedia diversa protulit, per que in ipsius laudibus devota persistere delectetur, libenter ad id volumus haberi solliciti, per quod ipso iuvante circa divine legis observantiam vobis devotionis fervor et perseverantie gratia valeant adaugeri. Cum igitur ex frigida dispositione patrie, in qua estis sub disciplina regularis observantie ad redemptoris gloriam constitute, proveniat, quod rigorem concesse vobis regule non possitis in omnibus, ut cupitis, sustinere, de paterna benignitate providendum duximus, ut austeritatem huiusmodi salutaris moderantie studio temperemus. Vobis itaque presentium auctoritate concedimus, ut non obstante, quod omni tempore secundum eandem regulam in cibo quadragesimali ieiunare debetis, diebus dominicis et quinta feria bis comedere et lacticiniis refici valeatis. In omni vero pascha et sollempnitatibus beate virginis ac etiam apostolorum, sive in festo Natalis Domini nec non tempore manifeste necessitatis, utpote infirmitate, nulla vestrum ad ieiunium teneatur, et si forte aliqua ex vobis infirma fuerit, abbatissa vel soror maior nichilominus cum ipsa de ieiunio et cibo dispensandi habeat potestatem. Preterea volumus, quod diebus illis, quibus in quadragesima maiori et minori secundum regulam in pane et aqua tenemini ieiunare, refectionem in omnibus sicut aliis diebus quadragesimalibus habeatis. Ceterum habendi duas tunicas, scapularia et mantellum cum pellibus ac subtilares et utendi fisconibus plenis feno vel palea nec non cervicalibus vobis licentiam impertimur. Nulli ergo <*etc.*> nostre concessionis <etc.>[b] Si quis autem <etc.>[c] Datum Laterani III nonas maii, anno duodecimo.

188.

Venceslaus I., rex Bohemiae monasterio in Plasy pro villa Kožlany, quam ei quondam debitum suum rependens dederat, donat aliam possessionem suam Žihel vocatam.

In Plasy 1238 maii 5.

Autographum in membrana scriptum in tabulario ministerii rerum internarum Pragae asservatur (A).

Erben, Reg. Boh. I, pag. 439, num. 945 (fragm.) — Scheinpflug in Mitth. d. Ver. f. Gesch, d. Deutsch. in Böhm. XII, pag. 73, num. 40 (reg.)

Autographum exaratum est manu scribae, quem nota ‚Venceslaus 28' signavimus. Quem quidem scribam e numero monachorum in Plasy fuisse iam in nota introductoria chartae

187. a) *Superscriptio colore rubro scripta est R.* — b) *Formulae verba omissa ex epistola num. 186 facile restitui possunt; vide pag. 233 l. 15 sq.*

num. 183 commemoravimus. — Chartam ab Vilhelmo, notario regis, verbis conceptam esse inde apparet, quod in ea eadem stili peculiaria atque in chartis num. 62, 64, 105, 108, 193 occurrunt.

‖ In nomine sancte trinitatis et individue unitatis amen. ‖ Nos Wencezlaus, dei gratia quartus rex Boemorum,[a] cenobio sancte Marie virginis in Plaz et omnibus ‖ ibidem degentibus in perpetuum. Cum mortalium fluxa et labilis sit memoria, precavendum est, ut ea, que sollempniter ab hominibus in tempore contrahuntur,[b] ne simul cum tempore ‖ pereant, testimonio et litteris perhennentur. Notum igitur esse volumus presentibus et futuris presentem paginam inspecturis, quod nos cum dilectis nobis Heinrico abbate et conventu ‖ in Plaz concambium fecimus super villa Coslan, quam ipsis contuleramus tum pro ducentis marcis puri argenti, quibus eis eramus obligati, tum etiam pro remedio anime patris nostri, simul et nostre. Qua possessione propter nemus venationi aptum quia carere de facili nequivimus, nec ipsis hoc idem cautum et utile perspeximus, habito consilio ad instantiam predicti abbatis et fratrum suorum aliam possessionem, que Sehela dicitur, absolute cum pratis, agris, campis, silvis, aquis, piscationibus et omnibus attinentiis eodem modo et causa prelibata ipsis et eorum utilitati in perpetuum[c] deserviendam manu potestativa simul et supplici super aram sancte dei genitricis porrecta contulimus possidendam. In huius itaque rei evidentiam, ne a quoquam hominum hec nostra tam sollempnis donatio queat infirmari, presens scriptum cum subscriptione testium nostre maiestatis sigillo fecimus insigniri. Testes hii sunt: Heinricus frater Chaztolay, Jarozlaus cum fratre suo Gallo, filii Marquardi; Zobezlaus subdapifer, Newhlas submarscalcus, Bawarus pincerna, Wezmilus de Vserob, Detricus de Hunchice. De Thevtonicis: burgravius de Aldeburch, Chunradus de Steynbah, Herwicus de Dycin, Bernhardus cum fratribus suis Chunrado, Rynardo et alii quam plures.
Acta sunt anno Domini MCCXXXVIII, indictione XI. Datum per manum Wilhelmi in Plaz, tercio nonas maii.

Autographo appendet e filis sericis flavis sigillum Venceslai regis e cera coloris minii confectum eadem forma excussum atque illud, quod apud chartam num. 15 describitur.

189.

Gregorius IX. papa Agnetem, ancillam Christi, quae abbatissae munus resignavit, plurimum laudat et ad excelsas virtutes capessendas sollenniter exhortatur.

Laterani 1238 maii 9.

---

188. *a)* ‚Boem‘ *A.* — *b) Scriba primum* ‚contrahantur‘ *scribere voluit, sed syllaba* ‚ha‘ *non perfecta statim correxit A.* — *c)* ‚pptuum‘ *A.*

*Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine VI, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. tom. XIX) asservatur, fol. 16v — 17r, lib. XII, ep. 89 (R).**

Wadding, Ann. Minor. III, p. 12. — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, p. 241, num. 263. — Palacký, Ital. Reise p. 28, num. 146 (reg.) — Erben, Reg. Boh. I, pag. 440, num. 946 (reg.) — Potthast, Reg. pontif. num. 10595. — Auvray, Les registres de Grég. IX, tom. II, col. 1007, num. 4335.

Agneti, ancille Christi et gloriose virginis in mulieribus benedicte.[a] De conditoris omnium ineffabili gratia et virtute procedit, quod contemplationis tue spiritus sic in alta celorum erigitur, ut ab ipso etiam abyssi profunditas penetretur, prout innuitur[b] ex dei magnalium varietate mirabili, quam pridem in tue sinceritatis litteris expressisti. Ex ipsa enim collegimus exultantes, quod tu in aquilonis partibus constituta, relictis terre finibus qui sunt: cupiditas vanitas et voluptas, in se stultorum oculos defixos habentes, cum regina austri audire processeris veri sapientiam Salomonis, circa cuius pedes tanquam in scola virtutum pervigil et sedula perseverans, ibi sic ad plenum bonitatem, disciplinam et scientiam didicisti, ut sue voluptatis torrente potata, ex hoc in illud eructes, nunc de thesauro tui pectoris fervorem desiderii novi proferens, nunc circa executionem veteris incommutabilem voluntatem exponens. Super hoc quidem nato gloriose virginis, cui sua disponente clementia obtulisti candorem munditie virginalis, quas possumus gratias exhibentes, ex intimo cordis affectu tibi, benedictionis filia, suademus, ut in hiis, que sola dei virtus in te operata dinoscitur, nichil homini, sed totum ascribere studeas creatori, a quo mirabiliter angelorum et hominum ministeria dispensante cuncta bona principium et perfectionis suscipiant complementum; coronam perempnis glorie obtentu devotionis et fidei consequentibus subditis, per quos idem quasi per instrumentum sue beneplacitum exequitur voluntatis, sicut in modernorum speculo, beato Francisco, gloriantes in Domino contemplamur, qui nutu regis eterni de spina subito translatus in florem, postpositis mundi fallaciis, ad cultum continue transiens puritatis, commisse sibi desuper gerendo fideliter legationis officium, patris eterni filio grande lucrum attulit animarum, institutis per ipsum specie stigmatum redemptoris, sicut pluribus dignis fide patuit, insignitum per orbis latitudinem tribus ordinibus, in quibus per dies singulos cunctipotens redditur multipliciter gloriosus. In hiis enim quasi tribus propaginibus in vite contentis, quas coram se per sompnium pincerna Pharaonis inspexit, fratrum ordo Minorum, sororum inclusarum et penitentium collegia designantur, que sancte ac individue trinitatis dedicata cultui, dum flores opinionis laudabilis et uvas conversationis honeste proferunt ac vinum sacre compunctionis effundunt, multis de fidelium universitate producitur, ut in

189. *(*) Rubricarum elenchus in libri regestorum initio epistolae argumentum his verbis indicat:* LXXXVIIII. Eidem exortatio ad virtutes.

a) ‚Eidem' *R; superscriptionem supplevi ex ep. 88 (vid. infra num. 190). — b)* ‚Innuit' *R.*

sanctitate ac iustitia Domino servientes comprehendant felicitatis eterne bravium, tibi ab eterno, filiarum in Christo karissima, sicut de pietate divina confidimus, preparatum. Quis enim fidelium pro constanti non teneat, quod cum tu considerans paupertatis habitum, in quo pro salute humani generis haberi voluit conditor singulorum, in ancillam pauperem et humilem reginam transtuleris olim multis deliciis et honoribus habundantem, percipies perempnis thesauri monilia, que vacando virtutum amplexibus virgo et martyr Agnes beatissima creditur consecuta? Quis deum timentium plenis non dicat labiis, quod te vacantem virginali munditie in sponsam sibi elegerit excellentia redemptoris? Rogamus itaque devotionem tuam et hortamur in domino Jesu Christo, quatinus sollicita super hiis laudis frequentare canticum, que gaudentibus angelis de te providisse dinoscitur presidens curie supernorum, ad hoc sine intermissione[c] intentionis tue summam dirigere studeas, ut que pluribus in salutis exemplum constituta cerneris, sanctarum concursu comitata virginum in eterna tandem collocari patria merearis, nobis super hoc illam percepturis immensitatem letitie, que solet patri de virtuoso filio et stabilis honoris consequente gloriam provenire. Datum Laterani VII idus maii, anno XII.

190.

Gregorius IX. papa Agnetem, quae sedi apostolicae formam vitae in monasterio eius observandae ad confirmandum destinavit, ab eiusdem formae observantia absolvit eique mandat, ut regulam, quam transmittat sub bulla sua, suscipiat et in monasterio suo futuris temporibus observet.

Laterani 1238 maii 11.

*Apographum exstat in Gregorii IX. regestorum volumine VI, quod in tabulario secreto Vaticano (inter Reg. Vatic. tom. XIX) asservatur, fol. 16r — 16v, lib. XII, ep. 88 (R) *.*

Wadding, Ann. Minor. III, p. 10 — Sbaralea, Bullar. Francisc. I, pag. 242, num. 264. — Palacký, Ital. Reise, p. 28, num. 147. — Erben, Reg. Boh. I, pag. 440, num. 947 (fragm.). — Potthast, Reg. pontif. num. 10596. — Auvray, Les registres de Grég. IX, tom. II, col. 1007, num. 4334.

Agneti, ancille Christi et gloriose virginis in mulieribus benedicte.[a] Angelis gaudium et conversis ad Dominum super eo devotionis augmentum advenisse credimus, quod regalem apparatum abiciens assumpsisti paupertatis habitum, ut

---

189. c) ‚intmissioe' *omisso titulo super* ‚t' *R.*

190 (*) *In rubricarum elencho in libri initio epistolae argumentum his verbis enarratur:* LXXXVIII. Agneti, ancille Christi et gloriose virginis in mulieribus benedicte, super concessione regule.

a) *Superscriptio colore rubro scripta est R.*

vestigia regis eterni sequentibus promissa percipere valeas premia supernorum. Verum ut in hac parte actore[b] deo dirigi tua possit intentio et compleri, est tibi sollicite vigilandum, ut quantumcumque cor tuum inspirante deo ad virtutum observantiam inflammentur, ad cultum obedientie prompta semper et facilis pro illius gloria, qui usque ad mortem crucis est patri factus obediens, habearis. Cum igitur nos, licet immeriti, universitatis fidelium patres simus a Domino constituti, hoc gerentes corde precipuum, quod propitiante deo per nostre servitutis officium salus provenire valeat animarum, monita nostra debes et devota mente suscipere et efficacis diligentie studiis adimplere, presertim super hiis, in quibus hoc solum agitur, quod gratum conditori omnium habeatur. Sane, filia benedictionis et gratie, cum nobis adhuc in minori constitutis officio dilecta in Christo filia Clara, abbatissa monasterii sancti Damiani de Asisio, et quedam alie devote Domino mulieres, postposita vanitate seculi, elegissent eidem sub religionis observantia famulari, ipsis beatus Franciscus, quibus tanquam modo genitis non cibum solidum, set videbat competere potum lactis, formulam vite tradidit, quam pridem nobis in quadam cedula per dilectum filium .. priorem hospitalis sancti Francisci Pragensis, virum utique discretum et providum, destinasti, humili supplicatione deposcens, ut presentatam nobis per eundem sub sigillo tuo formam confectam ex predicta formula et quibusdam capitulis, que in ordinis beati Damiani regula continentur, confirmare auctoritate apostolica curaremus. Nos quidem ad rationis consilium recurrentes, ex diversis causis expedire non vidimus, quod id ad complementi gratiam duceremus. Primo, quia predictam regulam studio compositam vigilanti et acceptatam a predicto sancto nec non per felicis recordationis H.[1] papam, predecessorem nostrum, postmodum confirmatam,[2] dicte Clara et sorores, concesso ipsis ab eodem intercedentibus nobis exemptionis privilegio, sollempniter sunt professe. Secundo, quia ipse, formula predicta postposita, eandem regulam a professionis tempore usque nunc laudabiliter observarunt. Tertio quia, cum sit in ipsa statutum, ut ubique ab omnibus eandem profitentibus uniformiter observetur, ex presumptione contrarii grave posset ac importabile scandalum exoriri, presertim quia cetere sorores prefati ordinis, dum integritatem regule sic violatam attenderent, turbatis mentibus in ipsius observantia, quod avertat Dominus, titubarent. Rogamus itaque devotionem tuam et obsecramur in domino Jesu Christo, in remissionem tibi peccatorum iniungentes, quatinus premissa solerti meditatione considerans et prudenter advertens, quod, quicquid tibi suggeratur ab aliquo forte zelum, set[c] scientiam non habente, id in tuis affectibus debeat haberi potissimum, quod deo placitum et

190. *b) ita R; fortasse* ‚auctore' *corrigendum est — c) Sequitur adhuc* f *linea transfixa* (f) *R*.

1) *Honorium III.* 2) *die 19. decb. a. 1219; v. Potthast, Reg. num. 6179: Cf. Römische Quartalschrift XVI (1902), pag. 101, not. 3.*

acceptum nobis, salutare tibi et proximis esse valeat, annuente clementia redemptoris: predictam regulam, omni occasione postposita, diligenter observes et a tuis sororibus observari procures, infallibili spe tibi proposita, quod per hoc anime tue de misericordia divina proveniret, ut mereatur gemmis adici, quibus celestis aule solium noscitur insigniri. Nec super hoc tibi obsistat trepidatio ex eo consurgens, quod tanquam eorum ignara, que de concessione regule memorate prediximus, te ad sepe dicte formule observantiam obligasti; nam nullo modo teneris ad illam, cum per sedem apostolicam approbata non fuerit et a sepe dicta Clara eiusque sororibus ac aliis non servetur. Quid ultra? Quia non videtur votum infringere, qui commutat ipsum in melius, te ac sorores tuas ab observantia predicte formule de indulte nobis a deo potestatis plenitudine absolventes, volumus et mandamus, quatinus eandem regulam tibi sub bulla nostra transmissam reverentia filiali suscipias in monasterio tuo perpetuis futuris temporibus cum illis articulis observandam, super quibus ea caritate devicti, que celi regem ad compatiendum langoribus humane fragilitatis induxit, duximus dispensandum, prout in litteris apostolicis, directis tibi per memoratum priorem, super petitionibus ex parte tue sinceritatis oblatis, quantum in Domino fieri cum salute anime tue potuit, favorabiliter expeditum perspicies contineri; firmam de nobis habitura fiduciam, quod si a te aliquando vel sororibus iam dicti monasterii de ipsius regule in aliquibus temperando rigore aut super aliis requisiti fuerimus, super hoc tuis et ipsarum votis secundum deum paternis affectibus annuemus. Datum Laterani V idus maii, anno duodecimo.

191.

Bernhardus, episcopus Pragensis, attestatur Všeborium nobilem tempore consecrationis altarium in ecclesia in Zderaz protestatum esse villas nominatim expressas eidem ecclesiae a se donatas esse; quae donatio etiam eiusdem nobilis charta roborata est. *Pragae 1238 maii 24.*

Superest tantum versio bohemica saeculi XV, inserta confirmationi Ferdinandi I. regis datae in arce Pragensi die 24. dec. (sabb. ante festum Nativ. Christi) a. 1541, cuius apographum exstat in registro tabularii ministerii rer. internarum Pragae, quod inscribitur „Maiestalia No 284", fol. 98 (C). Eiusdem privilegii aliud apographum saec. XVIII in tabulario Musaei nationalis Pragae asservatur (B').

Erben, Reg. Boh. I, pag. 441, num. 948 (fragm. boh.)

Genere dicendi chartarum eiusdem temporis diligenter observato, chartae verba genuina quodam modo restituere conatus sum.

Bernhart,[a] z božie milosti svatého Pražského kostela biskup dvame-

Bernhardus, dei gratia sancte Pragensis ecclesie episcopus vicesimus se-

191. a) ‚Bernarth *B'*.

cítmý, všem v Kristu věrným, tak přítomným jako budúcím, k nimž by list tento přišel, pozdravenie v Pánu. Poněvadž s lety pomíjejícími a osobami nastávajícími ustanovení prvních vždycky hynou a s námi se pohřebují, opatrným rozvážením listy se dávají, aby paměti pomíjející[b] nápomocny byly a ustanovenie předkuov užitečně na budúcí časy a věrně zachována byla. Z té příčiny aby vědomost jměli i přítomní i přítomných náměstkové, že když my některého dne, totižto v devátú kalendu června měsíce v kostele Zderaz jménem slavně jsme posvětili dva oltáře s bratrem naším panem Peregrinem, duostojným také biskupem Pražským,[c] přišed před osoby naše pan Všebor muž urozený, vysvědčil jest, že jest dal témuž kostelu vsi z dědictvie svého právem dědičným, věčně, pokojně, svobodně aby je držali, jakož jest je tím spuosobem týž kostel se vším právem a náležitostmi níže psanými již dávno pokojně svobodně držal a jimi vládl[d] Tato jsú pak jména vsí: Horušany a Dobrovec celé s polmi vornými i nevornými, zahradami, lukami, pastvinami[e], lesy, křovinami, mlýny, vodami, vodotoky, se všemi příslušenstvími a náležitostmi, právy, půžitky a užitky[f], nadáními a svobodami, umenšení a otpor i každú jinú překážku vyhražujíc. Item tyto vsi: Lipetin, Drahslov[g] s včelami, Kopysti s lesem a rybníkem tu u Mostu a též také Svatého Václava ves zúplna s polmi vornými i nevornými, soudem,

cundus, universis in Christo fidelibus, tam presentibus quam futuris, ad quos littere iste pervenerint, salutem in Domino. Quoniam annis labentibus et personis succedentibus instituta priorum semper pereunt et nobiscum sepeliuntur, deliberacione circumspecta littere traduntur, ut memorie transitorie succurrant et a predecessoribus ordinata utiliter in futurum et fideliter conserventur. Eapropter notum sit tam modernis quam modernorum succedentibus, quod nobis die quadam, videlicet nono kalendas mensis iunii, in ecclesia Zderaz nomine duo altaria sollempniter consecrantibus cum fratre nostro domino Peregrino, venerabili quondam etiam Pragensi episcopo, in presentia nostra constitutus dominus Wssiebor, vir nobilis, protestatus est, quod eidem ecclesie villas quasdam hereditatis sue iure hereditario contulit, perpetuo pacifice libere possidendas, sicut eas eo modo eadem ecclesia cum omni iure et pertinentiis infra scriptis iam dudum pacifice libere tenebat et possidebat. Hec autem sunt villarum nomina: Horussani et Dobrowecz integre cum agris cultis et incultis, ortis, pratis, pascuis*, silvis, rubetis, molendinis, aquis aquarumque decursibus, cum omnibus pertinentiis et attinentiis, iuribus, redditibus et proventibus, concessionibus et libertatibus, subtractione et contradictione alioque impedimento quolibet procul motis. Item hec ville: Lipetin, Drahslaw cum apibus, Kopysti cum silva et piscina ibidem pro-

191. *b)* ‚pomíjící‘ *C.* — *c)* ‚Pr. biskupem‘ *B'.* — *d)* ‚pokojně, svobodně aby je držali a jimi vládli‘. *B'C.* — *e)* ‚a svobodami‘ *additur in B'.* — *f)* ‚užitky a pužitky‘ *B'.* — *g)* ‚Drachslow‘ *B'C.*

**In versionis exemplari B' sequitur* ‚et libertatibus‘ (a svobodami). *Quae interpolatio demum in autographo confirmationis Ferdinandeae posterius inepte addita esse videtur.*

povinností, zbírkami, pomocmi a s jinými věcmi vejš dotčenými a s platem po pěti šilincích penězích dobrých a čistých, věrdunk stříbra aby vážili, a po čtyrech stryších žita a ovsa po puol,[h] zrna dobrého, ze všech malých lánuov na každý rok kostelu pověděnému platiti mají, přidadúc všecky případnosti, kterýmž by koli jménem mohly jmenovány býti. Té věci my svědkové sme a pan Peterzym[i] předpověděný, kněz Tobiáš[k] Pražský děkan, kněz Heřman probošt Lithoměřický, Jurik, Jakub, Heliáš kanovníci Pražští, Pavel kanovník[l] královský, Radoslav arcipryšt[m] Boleslavský, Jetřich, Vítek, Miroslav, Drahobud,[n] Voldřich, Vavřinec, Štěpán a Havel kaplané naši. Tato jsú pak jména rytířuov našich: Mrakota, Budislav, Rak, Rylnot,[o] Kynolt, Stůjhněv, Vitoslav, Voldřich, Jan a druhý Jan, Kumpert[p] truksas náš s bratřími svými, totiž Pilungem[r] a Sezemú, Benda, Robert, Albrecht, Sdivoj, Erhart, Hrebis, Hugo, Šalomún. A toho skutku aby nějaká neshladila dlúhověčnost, tento list skrze Markvarta, písaře našeho, napsati sme rozkázali a naší pečetí utvrditi. Toto také nadání v listu pana Všebora pod jeho a bratra jeho pana Kojaty pečetmi jest upevněno. Kterýchžto věcí na svědomí tento list spuosobiti a pečetmi naší a předřečeného biskupa kázali jsme utvrditi. Dán ve dvoře našem v Praze léta od vtělení páně tisícého

pe Pontem, nec non Sancti Wenceslai villa integra cum agris cultis et incultis, iudicio, oneribus, collectis, subsidiis et aliis supradictis et cum censu quinque solidos argenti boni et puri unius fertonis valore et quatuor mensuras siliginis et avene modium, grani boni, de omnibus parvis laneis singulis annis ecclesie predicte persolvere teneantur, omnibus casibus additis, quocumque nomine censeantur. Huius rei nos testes sumus et dominus Peregrinus predictus, Thobias decanus Pragensis, Hermannus prepositus Lutomericensis, Jurik, Jacobus, Helias canonici Pragenses, Paulus capellanus regis, Radozlaus archipresbiter Bolezlauiensis, Theodericus, Witco, Mirozlaus, Drahobud, Vlricus, Laurentius, Stephanus et Gallus capellani nostri. Hec autem sunt nomina militum nostrorum: Mracota, Budizlaus, Rac, Reinoldus, Stoygnew, Witozlaus, Vlricus, Johannes, item Johannes, Gumpertus dapifer noster cum fratribus suis, scilicet Pilungo et Sezema, Beneda, Ruobertus, Albertus, Sdywoy, Erhardus, Hrebis, Hugo, Salomon. Quod factum ne diuturnitas aliqua extinguat, presentem paginam per Marqwardum, notarium nostrum, conscribi et sigillo nostro iussimus communiri. Hec eciam donatio litteris domini Wssieborii sub eius et fratris sui domini Koyate sigillis est munita. Quorum in testimonium presens scriptum fieri et sigillis nostris et predicti

191. [h]) *ita B', C, procul dubio verbo* ‚modium' *perperam lecto.* — [i]) *ita B' et C.* — [k]) ‚Kobiass' *B'.* — [l]) *ita (procul dubio describentis incuria loco* capellanus) *B' et C.* — [m]) ‚alcziprisst' *B'*, ‚alczipresst' *C.* — [n]) ‚Drahodub' C. — [o]) *omittitur in B'.* — [p]) ‚Kumper' *C.* — [r]) ‚Pilmigen' *perperam legitur in B' et C.*

dvústého třitcátého osmého, svěcení našeho druhého, devátú kalendu měsíce červena.

episcopi fecimus roborari. Datum in curia nostra Pragensi anno ab incarnatione Domini millesimo CCXXXVIII, consecrationis nostre secundo, VIIII kalendas iunii.

ADDENDA et CORRIGENDA.

Pag. 1 l. 4 *lege: in tabulario ministerii rerum internarum Pragae*

„ 8 l. 21 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 11 l. 33 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 14 l. 5 *lege: in tab. terrae Moraviae Brunnae*

„ 20 l. 21 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 22 l. 33—35 *pro: Qui quidem — num. 59). lege: Unde scriba provenerit,nu lla probabili coniectura statui potest.*

„ 24 l. 26 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 32 l. 8 *pro:* pemaneat, *lege:* permaneat,

„ 32 post l. 22 *adde: Charta ab eodem notario atque charta num. 32 (i. e. a Vilhelmo notario regis) verbis contexta est.*

„ 37 l. 19 *pro:* MORAVeI. *lege:* MORAVIe.

„ 37 l. 33 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 44 l. 29 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 45 l. 36 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 46 l. 28 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 47 l. 24 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 48 l. 16 *adde: Aliud apographum exstat in copiario Siloensi saec. XV, quod in canoniae Strahovensis tabulario asservatur, pag. 28 (C) et 26—27 (D).*

Pag. 48 l. 35 *lege:* c) ‚Humpolz‘ *C*;

„ 48 l. 36 *lege:* d) ‚Gyglaua‘ *C*;

„ 48 l. 37 *lege:* f) ‚Dobra, Scrisouwe‘ *D*;

„ 48 l. 37 *lege:* g) „Bogdanze, Pustsyna‘ *D*;

„ 52 l. 1 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 60 l. 6 *pro:* amitteretur. *lege:* mitteretur.

„ 65 l. 1 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 74 l. 21 *lege: in tab. minist. rer. intern. Pragae*

„ 77 l. 19 *lege: a Johanne,*

„ 84 l. 28 *pro:* Olomucensis,[2] *lege:* Olomucensis,[3]

„ 121 l. 16 *pro: 145, lege: 146,*

„ 153 l. 8 *pro: cuis lege: cuius*

„ 174 l. 21 *lege:* Perrkôs

„ 194 l. 29 *pro:* suspensinois *lege:* suspensionis

„ 195 l. 21 *pro: hospitate lege: hospitale*

„ 199 l. 37 *pro:* utn ullatenus *lege:* ut nullatenus

„ 218 l. 13 *pro: bonorum monasteri lege: de bonorum monasterii*

„ 218 l. 23 *adde: Etiam Dr Prochno in Zittauer Geschichtsblätter XV, 1938, pag. 1 consuetudine annum die 25. martii inchoandi apud Cistercienses Germaniae usitata fultus chartam anno 1239 secundum morem nostrum computato attribuendam esse putat. Quam sententiam non esse iustam indictio XI demonstrat, quae recte cum anno 1238 congruit.*
